

H. Lat. 135.

casto cum pectus
in Imperio

Ahilo Empatoris spectat ad me F. A.
Singers pit: Pastorem et priorem
in geffen Kleinay
~~maria~~

Anno 1446. 23 Aprilis.

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

1000



Geistliches Uhrwerk.



Compen
ITÆ &
THEAT
Ordine h
DIVERSAS
Distrib
Symbolis &
illustra
Sc
not soluto, mo
In q
MORS
Duello config
Juxta ill
Cetim s, vacans
Gomphi a dicitur
Erectum est
F. JOSEPH
tuv. Coloniensi
Additio
S. Gregor Naz
Ipsius, sicut vita ipsi
Vita: sicut quatuor
Cum Pe
onia, Ex Typogra
& filii in

Compendiosum
**VITÆ & MORTIS
THEATRUM,**
Ordine Alphabetico
DIVERSAS IN SCENAS

Distributum,
Symbolis & Emblematibus

illustratum;

Stylo
mox soluto, mox ligato elaboratum:

In quo

MORS ET VITA

Duello configunt mirando,

Juxta illud Senecæ:

Certum est, vitam mortemque per vices ire
& composita dissolvi, & dissoluta componi.

Erectum est & ordinatum

à F. JOSEPHO KUCKEISEN

Prov. Colonensis Fr. Min. Recoll. Alumno.

Addito salutari Monito

S. Gregor. Naz. Carm. 13 pag. 86.

Dispice, nam Vita hec Mors sit, tibi Mors quoque rursum
Vita: secus quamvis forsan ipse puer.

Cum Permissu Superiorum.

Cologna, Ex Typographo Viduae Caspari Drimbora
& Filii in Platea lata. 1745.

1. neX & VIta VI perItâ ,
VIVo beLLO & DVeLLO
pVgnant anIMosè.*
2. Ah! trVX LICtor Mors est VICTor :
VIta VICTa, faLCe ICta
pLorat qVerVLoSè.*

Vox Vitæ ad Mortem.

3. neX fatalIS! faLX feraLIS
teMpVs VItae haVD attrItæ
faLVa gratiosè.*

Vox Mortis ad Vitam.

4. frVstrà pLoras & eXoras,
LeX est nata, LeXqVe Data
VaLDè ponDerose.*

Vox Vitæ ad DEUM.

5. tV, ô DeVs! es reX MeVs,
qVæ scClstI aC IVssIstI,
seqVar generose.*

Vox DEI ad Vitam.

6. reVIVIsCes, atqVe DIscEs,
qVoD beata DentVr prata
VItae VIrtVosæ.*

1372:456:01

D. O. C.

DEO IMMORTALI,
Qui est & omega. Principium & Finis.

Apocal. 1. v. 8.

PATRI INGENITO,

Qui mortificat & vivificat, dedit ad infernos & reducit. *1. Reg. 2. v. 6.*

FILIO EJUS UNIGENITO,

Qui

Solvens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam. *Ecclesia in Nativ. B. M. V.*

Qui

Dux vitae mortuus regnat vivus.

Eccles. in Dom. Resurrect.

Qui offertur in Ecclesiâ pro Vivis & Mortuis

S. Thom. Aquin. in opusc. 57.

Qui judicaturus est Vivos & Mortuos.

2. ad Tim. 4. v. 1.

Habens claves Vitæ & Mortis,

Cœli & Inferni.

SPIRITU SANCTO PARACLITO,

Qui est & erit

In labore requies, in æstu temperies, in fluctu solatium. *Eccles. in Pentecoste.*

Post

Post Sanctissimam & Increataim
TRINITATEM

Bmæ VIRGINI MARIÆ,

Quæ est
herolCa Mortis DestrVCtrIX,
VeræqVe VItæ reparatrx;

Quæ est
Vitæ cum Morte , & Mortis cum Vitâ
electa Reconciliatrix ;

Quæ est
in Vita & Morte

Vera Pandora omnium donorum.

Cornel. Jacobi s. v. 18.

Dein

S. MICHAELI ARCHANGELO,

Qui est

Triumphantis Ecclesiæ Præfctus ,
& Militantis Protector ,

DEI Nuntius pro Animabus justis.

Denique

SERAPHICO PATRI FRANCISCO,

Qui oraculo Pontificio
dictus est

Ante obitum mortuus , post obitum vivus.

Cui

Vivere Christus erat & mori lucrum :

Qui in vivis quotidie moriens

Post mortem vivit in sœcula sœculorum.

Post

Post Dedicationem in Polo
Dedicatio in Solo

*Perillustri ac Ge-
neroſo Domino*

D. FRANCISCO
de BECKER,

Sacræ Cæſareæ & Catholicæ
MAJESTATIS
POSTARUM PRÆFECTO
Coloniæ

*Domino ac Mecænati suo
Fugi Observantiâ Colendissimo.*

† 3

Epi-



Epistola Dedicatoria.

Mirabile profectò & suprà modum spectabile
fuit Theatrum, quod ex Helinandro L.
16. describit S. Antoninus p. 1. rit. 4. cap. 1. Fuit
illud (Heracleæ in civitate Spartanorum Domi-
nio subjectà) adeò mirabili structurâ affabre
factum, ut inter septem mundi miracula, seu
portenta connumeraretur. Unius duntaxat
erat lapidis, nihilominus adeò amplum &
spatiosum, ut innumerabilem multitudinem
caperet. Ingens ejus machina super septem lapi-
deas bases nitebatur. Erat insuper ibidem aliud
quaoddam mirabilius prodigium, ut nullus ver-
bum aliquod adeò secrete proferre posset, quod
non ab omnibus ita bene perciperetur, ac si singu-
lis ad aurem diceretur.

PERILLUSTRIS AC GENEROSE
DOMINE! Exhibeo TIBI hic Thea-
trum, ast non adeò mirabile, nec adeò specta-
bile, sicut prius fuerat: imitatur tamen illud
a longè, & quasi in umbrâ. Compendiosum
quidem est, nihilominus tantæ latitudinis, ut
non innumerabilem tantum, sed omnem omnino
homi-

hominum multitudinem complectatur. Unius est lapidis, immo lapilli, quo vitrea, immo vitro fragilior, hominis compago, unico etiam ictu confringitur. Nititur hac machina super septem bases, puta super septem hominis, aut vite humanae etates, qua et si lapidea essent, tamen style Mortis ferreo attererentur. Produnt in eodem, sed alternas per Scenas, due tantum Personae comica, scilicet VITA & MORS mirè inter se, modo suaviter, modò tragicè confluentes. Utinam utinam earum vox, etiam secreto emissā, omnium aures perstringeret. Olim in Theatris (ut notat Cornelius à Lapide in Acta Apostolorum cap. 19. v. 40.) spectabantur hominum & ferarum pugnae, gladiatores & bestiludia: hic autem spectanda veniunt Mortiludia, nam, ut his præsertim temporibus quotidiana satis ostendit experientia,


Ludit in humanis Mortis vis improbaribus,

Eteertam fragilis vix habet hora fidem.

Munusculum hoc (quod velut anni proximè elapsi partum in ipso anni præsentis exordio Xenii loco TIBI offero, ac NOMINI TUO consecro) TIBI debetur ob sincerissimum tuum affectum. quo Paternis gloriore inherendo vestigiis non tantum almarum nostram Provinciam Colonensem, sed & inlytam Nationem nosiram Ger-

mando-Belgicam (enī proinde ob multiplices
favores cum gratiosā Familia tuā merito affi-
liatus existis) semper prosecutus es, & adhuc
prosequi non desistis. Debetur TIBI ob singu-
larem in Litteratos, quorum in Lycais insignia
& praeclarissima doctrinæ specimina non ita pri-
dem ipsemē p̄st̄isti, benevolentiam ac mun-
nificantiam. Debetur TIBI tanquam supremo
per his partes Veredariorum Magistro, ut sic
opusculum hoc, complectens Legem universi,
eo citius & facilius ad exterorum manus di-
vulgetur & devolvatur. Exile quidem, meri-
disque tuis ac beneficiis longè impar est hoc Xe-
niolum, non desines tamen illud gratiose obtutu
aspicere, benevoloque affectu in TE suscipere.
Ego interim TIBI precor, quod olim Cæsari
appreciatus est Ovidius Li. 2. Fastorum N. 56.

Dent Tibi cælestes, quos Tu Cælestibus annos,
Proque Tuā maneat in statione Domo.



Licen-



LICENTIA


R. A. P. Ministri Provincialis.

Licentiam concedimus Rev. Pat. JOSEPHO
KUCKEISEN, Provinciae Coloniensis FF.
Minorum S. P. FRANCISCI Recollectorum Ss.
Theologiae Lectori Emerito, ac Archi-
fraternitatis Electoralis S. ARCHANGELI MI-
CHAELIS Bonnae Praesidi, ut libellum, cui Ti-
tulus : THEATRUM VITÆ ET MOR-
TIS, servatis de jure servandis typo manda-
re valeat.

Datum Heidelbergæ in Conventu nostro
FF. Minorum Recollectorum die 25. Augu-
sti Anno 1745.

F. RAPHAEL GYMNICH,
Minist. Provincialis m. pp.

Appro



Approbatio Ordinis.

Sapientiam Antiquorum de Vitâ & Morte studiosè exquisitam, gratoque stylo concinnatam, quia præsens exhibit libellus, THEATRUM VITÆ ET MORTIS intitulatus, quin veræ fidei, bonisque moribus contradicat, ideo prælo dignus.

Ita censebam in Conventu Coloniensi Fratrum Minorum Recollectorum die 11. Sept. Anno 1745.

F. GRATIANUS HORN,
Ss, Th. Lector actualis m. p.

Appro.

Approbatio Ordinis.

DE Mandato A. R. P. Ministri Provincia-
lis attentiūs perlegi libellum , cui Titu-
lus : THEATRUM VITÆ ET MORTIS
&c. à R. P. JOSEPHO KUCKEISEN Ss. Theo-
logiae Lectore Emerito , & Archi- Confrater-
nitatis S. ARCHANGELI MICHAELIS Bonnæ p.
t. Præside studiosè congestum ; inveniq; eun-
dem Fidei orthodoxæ & bonis moribus nedum
per omnia consonum , sed & bonæ , malæque
mortis piè repræsentativum : unde plures ex
illo haurite poterunt non parvam utilitatem ,
& præsertim pro concionibus funeralibus ,
schedisq;ue mortuariis promptè componen-
dis facilitatem , dignum proinde judico , ut
publici juris fiat .

Dabam Coloniæ in Conventu nostro Fra-
trum Minorum S. FRANCISCI Recollectorum
ad Olivas dicto , die 14. Augusti Anno 1745.

F. JOANNES MATARE,
Ss. Theol. Lect. Emeritus , & Eccles.
Metrop. p.t. Pœnitentiarius. m. pp.

Approbatio Censoris ordinarii.

PRÆCLARUS LIBELLUS, cui Titulus: THEATRUM VITÆ ET MORTIS. Authore A. R. P. JOSEPHO KUCKEISEN Ss. Theologiae Lectore emerito, & Archi-Confraternitatis Electoralis S. ARCHANGELI MICHAELIS Bonnæ p. t. Laudatissimo Præside eleganter & eruditè compilatus, orthodoxæ Romanæ fidei, bonisque moribus minimè repugnat: Quapropter eundem publicâ luce pro bonæ vitæ & felicis mortis stadio accuratiùs commensurando utilissimè evulgari concedo.

Coloniæ Agrippinæ 18. Decemb. 1745.

JOANNES NEUMAN J.U.D.

Insignium Collegiatarum S. Severini, & Archidiaconalis S. Cuniberti & ad Ss. Apostolorum Canonicus & Decanus, Proto-Notarius Apostolicus, Serenissimi ac Reverendissimi Principis Electoris Coloniensis Consiliarius Ecclesiasticus, ac per Archi-Diœcesin. Librorum Censor ordinarius, m. pp.

Præ-

Præfatio ad Lectorem.

Mirum sane Duellum, ac singulare prorsus certamen fuit illud, quod olim commissum est inter Davidem & Goliath. 1. Reg. 17. Impares omnino erant personæ in arenam descendentes; imparia quoque fuerunt eorum arma, quibus inter se confligebant. David puer erat & pastor ovium, veniens in fundâ & lapide: Goliath verò fuit vir bellator ab adolescentiâ suâ; munitus gladio & hastâ & clypeo. Quis non putasset, quod hoc in prælio Goliath sit certè prævalitus contrâ Davidem? contrarium tamen probavit evenus.

Lector amice! Præsenti in Theatro etiam singulari quodam certamine inter se confligunt VITA & MORS, suntque formâ & armis planè impares. Vita sensibus adhuc integra, pelle & carnibus adhuc vestita Morti procedit obviam: Mors verò pallida & macilenta vix ossibus hæret. Hæc falce tantum aut arcu sagittis instructo est armata; illa verò omnis generis instrumenta ad manum habet. Mox stringit gladium, mox hastam vibrat;

mox fuste & baculo utitur, mox furcam aut tribulam arripit &c. Nihil interim his omnibus contrà Mortem proficit, sed hæc semper palmam reportat, victrixque recedit. *Resistitur ignibus, ait S. August. in Psal. 121. resistuntur undis, ferro, Regibus, Potestatibus;* venit una Mors, quis ei resistit? Nihil est illa fortius &c. Zorobabel (ut refert Cornelius in cap. 4. Eldræ & Nehemiæ v. 24.) quondam à Rege Dario interrogatus: *Quid esset omnium fortissimum?* respondit: *Veritas.* Ego taliter interrogatus responderem: *Mors.* Non tantum fortis, sed & crudelis ac implacabilis est Mors: &, quod maximè lugendum est, quilibet Terrigena, etiam pacatissimus, ab eadem provocatur ad Duellum, cui se subducere nemini conceditur. Etiamsi ea adhuc longè agente legationem mittas, ac roges ea, que pacis sunt, hanc tamen, ne inquis quidem conditionibus, ab eadem extorquebis. Quamvis in abditissimis terræ meatibus & anfractibus te abscondas, à facie arcus ejusdem non effugies. Licet habitaveris in extremis terræ aut maris, nec ibidem asylum invenies.

Cum ergo hæc ita sint, non raro occurrit occasio, quod (etiam quandoque ex abrupto) defunctis parentandum sit, vel oretenuis, vel

per

hanc

per scedulas mortuarias: quare, ut hoc eò facilius succedat, ad Váriorum instantiam ea, quæ in Aliorum voluminibus hinc & inde dispersa inveni, híc in unum fasciculum colligavi, ac pro majori gusto per scenas theatrales distribui. Poterunt saltem Indocti (pro Doctis enim non scripsi, quia ab his potius erudi-ri, quam Eo, erudire cupio) & in libris non adeò multūm versati aliquid emolumenti exinde percipere. Certè Plinii majoris, ut testatur ejus Nepos Li. 3. Epist. 5. paræmia erat, *Nullum esse librum tam malum, ut non aliquà parte prodeisset.* Invenies etiam frequenter materiam, ex historiis præsertim ac aliorum sententiis, quæ te ad salutarem mortis imminentis memoriam extimulare posset.

Duo sunt Theatra (ut scribit S. Chrysostomus Hom. 17. in Epist. ad Rom. teste Cornelio 1. ad Cor. 4. v. 9.) alterum amplissimum, ubi Rex Regum, hoc est Deus nobilissimus Angelis stipatus ad spectandum sedet; alterum angustissimum, ubi Æthiopes pauci, rerum, ignari stant, id est homines. His non ineptè annumerari potest tertium, scilicet inferni, in quo primariam personam agunt dæmones, Æthiopes reverà nigerrimi. Inter primum & tertium medius existit viator, quem maximè juvat

juvat *Memoria mortis*, ut non descendat ad tertium, sed ascendat ad primum. Ne autem hæc materia, quam aliqui vel à longè audire abhorrent, legenti fastidium pariat, lepida quædam & faceta subinde admiscui; nam, ut canit Horatius de Arte.

*Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.*

Hæc eadem de causâ h̄ic immediatè subneciam Aenigmata quædam vel ad Mortem & Vitam, vel saltem ad temporis instabilitatem alludentia. Tu interim vale & fruere.

*Vive precor, sed vive Deo, nam vivere mundo
Mortis opus, una est vivere vita Deo.*

S. Augustin. Epist. ad Paulinam.

Fili hominis propone Ænigma. Ezech. 17. v. 2;

Ænigmata quædam S. Scripturæ.

1. Quis hominum nunquam natus, & tamen mortuus est?

R. Adamus, quem Dominus Deus formavit de limo terræ. Gen. 2. Idem est de Evâ, quam ædificavit ex costâ Adami. Ibidem.

2. Quis natus & nunquam mortuus est?

R. Enoch & Elias. Vide infra Scenâ sextâ.

3. Quis mortuus est, & nunquam corruptus?

R. Uxor Patriarchæ Loth, *Quæ verfa est in Statu natali*. Gen. 19.

Hæc tria Ænigmata Philosophus quidam proposuit S. Theodoro, discipulo S. Bachomii.

4. Quis est homo moriens & generans?

R. Quod sit Isaac immolandus à Patre suo Abrahâ; erat enim tunc *moriens*, quia dum Pater arripuit gladium ad immolandum filium, hic exeruit cervicem ad excipiendum ictum: unde etiam habetur pro Martyre, sicut S. Joan. Evangelista. Erat etiam *generans* in compatatione ad Posteros, quos Deus tunc promittebat. Vide Cornelium Gen. 22. v. 10. & ad Hebræos 11. v. 19.

5. Quis est Neque initium dierum, neque finem vite habens?

R. Ex Apostolo ad Hebr. 7. v. 3. Quod fue-

Ænigmata.

fuerit Melchisedech, qui etiam ibidem dicitur
fuisse *Sine Patre, sine Matre, sine Genealogia*.
Sed quomodo hæc sunt intelligenda? Respon-
detur primò, id non dici absolute, sed respectu
Sacerdotii, quia non jure hæreditario, nec per
carnis successionem Sacerdotium iuivit; neque
legitur Sacerdotii sui habuisse successorem, uti
Aaron habuit Eleazarum. Secundò responde-
tur hæc ideo dici, quia Scriptura non meminit,
quando natus & mortuus sit Melchisedech,
sicuti meminit nativitatis & mortis Aaronis;
idque hoc fine, ut Melchisedech, cui tenuiter
& exiliter tantum hæc verba competunt, ad-
umbraret Christum, qui verè & realiter non
habet initium, nec finem dierum, sed est æter-
nus. Sic etiam dicitur fuisse sine Patre &c.
Quia Gen. 14. Scriptura cum repente inducit,
non præmissa ejus stirpe & Genealogia. De
cætero Epiphanius Hæresi 55. & 67. Patrem
eius Heracliam, matrem Astereth nomi-
natam scribit. Vide Cornelium in
locum citatum.



Ænig-

Ænigma Sphingis de Homine.

MAnè quadrupes, Meridie bipes, Vesperiæ tripes. Nam homo in infantiâ manibus & pedibus innititur, in juventute incedit bipes & erectus; in senio autem adsciscit Scipionem, cui innititur.

Ænigma septuplex.

Desumptum ex Cornelio Prov. 20. v. 26.

1. Quid pessimum? Tyrannus.
2. Quid omnium optimum? Deus.
3. Quid maximè expetendum? Salus animæ;
4. Quid turpissimum? Mali Dæmones.
5. Quid potentissimum? Rex.
6. Quid longissimum? Tempus.

7. Quid brevissimum? Beneficiū, immores enim sunt homines beneficiorum, & citò obliscuntur. Unde etiam Aristoteles teste Laëtio Li. 1. cap. 3. ad quæstionem: *Quid citò senescit?* optimè respondit: *Gratia.* Ad quæstionem autem: *Quid tardè?* *injuria.* Quàm præclari sunt pedes illius, de quo dici potest: *Memor est beneficii, uestim immemor injuria.*

Sex

Sex Ænigmata Ven. Bedæ.

1. Qui sunt, qui sani ægrotant?
2. Qui aliena negotia curant.
2. Quâ ratione homo lassus non fit?
2. Lucrum faciendo.
3. Quid est longissimum?
2. Spes vel cogitatio.
4. Quid est Regi & misero commune?
2. Nasci & mori.
5. Quid est optimum & pessimum?
2. Verbum, nam *Vita & Mors in manna*
lingua. Prov. 18. v. 21.
6. Quid est, quod alii placet, alii displicet?
2. Vita, hæc enim placet prosperè agentibus & displicet miseris. Unde Poëta:
Non placet hæc miseris, placeat licet ipsa beatis:
His brevis est; illis longa fit ipsa nimis.
Vita bona placet Deo, displicet Diabolo:
vita mala econtrà placet Diabolo, displicet
Deo & Angelis ejus. Benè ergò monet Poëta:
Est & erit verum: *Mors ultima linea rerum,*
Hanc, homo! dum finis, pulvis es atque cinis.
Aest quatum rerum, quarum Mors meta dierum?
Harum, quas quæris, quas & in orbe teris.
Si sapis, has spernas, post hæc ut sydera cernas;
Virtus sola bonis digna sedere thronis.

Aliud

n. Beda,
ant?
on fit?
commune)
mum?
Mors in mai
t, alii dispe
rosperè agem
Poëta:
licet ipsa beati
ipsa nimis.
policit Diabolo
polo, dispe
o monet Poëtu
a linearerum,
vis es arque cint
ors meta dienmi
s & in orbeteris
ut sydera cernas
e thronis.
Aliud

Aliud Ænigma ejusdem.

QUænam sunt, quæ non inveniuntur in hoc mundo?

Respondet Beda in collectaneis, *Septem sunt, quæ non inveniuntur in hoc mundo*; *vita sine morte, juventus sine senectute, lux sine tenebris, gaudium sine tristitia, pax sine discordia, voluntas sine injuria, regnum sine commutatione.*

Ænigma Plauti in Truculento.

Neque vivens, neque mortuus sum, neque quid nunc faciam scio, neque ut hinc abeam, neque ut hunc adeam, scio.

R. Timore torpeo.

Ænigma Platonis.

Vir non vir, videns, non videns, lapide non lapide, percussit avem non avem, sedentem super arborem non arborem.

R. Est Eunuchus luscus, qui pumice percussit Vespertilionem sedentem super sambucum.

Ænigma Alexidis de somno.

Non mortalis, neque immortalis, sed habens quoddam utriusque temperamentum, ut neque hominis parte vivat, neque Dei, sed nascatur semper.

Ænigma de Somnio.

Sponte meâ veniens varias ostendo figuræ,

Fingo metus varios nullo discrimine veri,
Sed me nemo videt, nisi qui sua lumen claudit.

Ænig-

Ænigma Phœnicis apud Symposium.

Vita mihi mors est , morior si cæpero nasci ,
Sed prius est fatum , lactæ quām lucis origo :
Sic solos Manes ipsos mihi dico parentes.

Aliud ad Phœnicem.

Nec sum , nec non sum , morior simul atque re-
nascor ,

Sumque mihi lethi & redeuntis imaginis author.

Ænigma Plauti.

Vivos homines mortui incurvant boves.

Aliud Ænigma.

Tria animalcula post mortem omnibus im-
perant , quænam sunt illa ?

P. Sunt *Anser* in penna , *Ovis* in membra-
nâ & *Apis* in cerâ sigilli ; nam ex his Decreta
Principum conficiuntur.

Ænigma de Viperâ.

Dum vivis morior , moreris dum vipera , vivo :
Perpetuò ut vivam perpetuò morere.

Ænigma Myrrhæ.

De lacrymis & pro lacrymis mea cæpit origo ;
Ex oculis fluxi , sed nunc ex arbore nascor ,
Lætus honor frondis , tristis sed imago doloris.

Ænigma Navis.

Viva fui , vivos pavi , nunc mortua curro.

Curro super vivos , damna nec ulla fero.

Ænig-

Ænigma de Mundo.

Nec tenabo Sophista Regis Ægypti sequens
Ænigma proposuit Aësopo. Est templum
magnum, & in ipso columnæ duodecim ha-
bentur urbes; quarum quælibet triginta trabibus
fascinatur; has vero trabes duas circumfusæ mul-
ieres.

R. Templum est mundus, columnæ vero
annus, urbes menses, trabes autem dies, &
mulieres ipsæ dies & nox.

Ænigma de anno.

Albinus Flaccus disputans cum Pipino Ca-
roli magni filio dicebat: Quid est annus?
Quadriga mundi. Quis dicit? Nox & dies,
frigus & calor.

Quis est auriga ejus? Sol & Luna.

Quot habet palatia? Duodecim.

Qui sunt Prætores Palatiorum?

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo.
Virgo, Libraque, Scorpius, Arcitenens, Ca-
per, Amphora, Pisces.

Ænigma de diebus Anni.

Sumæ caput Venti, Xerxis caput adde, ge-
menti

Deinde caput Lauro, Tria C quoque pingito in
auro.

N.B. CCCLXV. facit 365. dies, quot
sunt in anno.

Ænig-

Ænigma de Sole.

Quale animal dic esse putas, quod mobile totum
Est oculus, neque pars præterita ulla manet?
Quotidie gignit natum, sine matre creatum,
Qui tamen unâ ipsâ hâc interit ille die.
Cujus item Soror absente est genitore creata,
Partita imperium Fratris & interitum.
Ita Pontanus volum. 3. Progym. p. 1. cap. 41.
Aliud de Sole.

Nil equidem video, per quem videt omnia tellus

Ænigma de Lunâ & lunationibus.

Est unus Genitor, cujus sunt pignora bis sex,
His quoque triginta natæ, sed disparsæ formâ,
Aspectu hinc niveæ, nigris sunt vultibus inde,
Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.
Explicatio. Genitor est Luna, pignora bis sex
sunt duodecim menses; triginta Natæ sunt tri-
ginta lunationes, quæ de die sunt albæ, de
nocte autem nigræ. Sunt immortales quoad
speciem, moriuntur autem quoad individuum.

Ænigma Theodectis de Nocte & Die.

Duae sunt Sorores, quarum una parit alteram,
& ipsa quæ genita est, gignentem in-
terimit, gignitque alteram, à quâ & ipsa in-
terimitur.

Prologus.

Candens ac atrum vitæ mortisque theatrum
Hic modò spectabis, quisquis in orbe sapis.

I.
Viatores! spectatores
Estote nunc benevoli,
Istas Scenas haud obsecanas
Lustrate non malevoli.

2.
Vitæ sortem, sævam mortem
Personas hic conspicite:
Miro bello ac duello
Configunt hic explicite.

3.
Tres Sorores (prô dolores!)
Succidunt vitæ stamina:
Vita forti cedens morti
Succumbit sic exanima.

4.
Mortis leges magni Reges
Senserunt atque Cæsares:
Hi nascendo, moriendo,
Plebeis non sunt impares.

5.
Mors immanis nec Romanis
Pepercit Pontificibus:
Purpuratis & mitratis
Insultat hæc Capitibus.

A

6. Null-

Prologus

6. Nullis thronis aut coronis
Favet in desiderio :
Nec Majestas, nec potestas
Sunt tutæ in imperio.
7. Salomones & Solones
Sunt hujus sub dominio ,
Dives Cyrus , pauper Irus
Sunt ejus in servitio.
8. Æquè doctos ac indoctos
Mortis trahunt funiculi :
Professores & Doctores
Sic Mortis sunt discipuli.
9. Mars sub tuto non est scuto ,
Quantumvis sit terribilis :
Hunc mors terit , falce ferit ;
Sic Marti Mors horribilis.
10. Hæc figuram & staturam
Samsonis flocci faciens ,
Uno iœtu & conflictu
Triumphat tela jaciens.
11. Speciosam & formosam
Deturpat illa faciem :
Incrassatis , impinguatis
Inducit quoque maciem.

12. Ver-

12. Vespuillones
Qua gauder
Taddei fada n
Candianur
13. Mors bonac
Profectio n
Opes amorem ac
Cachem
14. Mors el tri
Albaret
Mors et herba
Nunis in
15. Non habet
Exspectat
Anges truces
Videtur
16. Tunc D
Tenebri
Inlungenes n
Mordet
17. Igneus
Damna
Proles Patre
Mordet

12. Vespillones & latrones,
Qui gaudent in funeribus,
Tandem fæda mortis præda
Conduntur sub cineribus..
13. Mors bonorum , Mors malorum
Profectò multum differunt,
Opes , aurum ad thesaurum
Cælestem nihil conferunt.
14. Mors est tristis cunctis istis,
Adhærent qui divitiis :
Mors est herba sat acerba
Nutritis in deliciis.
15. Nox horrenda ac tremenda
Exspectat delicatulos :
Angues truces , stygis Duces
Videbunt ibi patulos.
16. Tunc Dracones & Bufones
Terrebunt diabolici :
Insurgentes mox serpentes
Mordebunt ut famelici.
17. Ignis uret , nec comburet
Damnatos in suppicio :
Proles Patrem , Frater Fratrem
Mordebit in convicio .

Prologus

18. Mors amœna his est scena,
Quos ornat Dei gratia:

Cæli grata, præparata
Conscendent hi palatia.

19. Non est atrum hoc theattum,
Horrenda nec tragœdia,

Sed optata (post hæc fata)
Electis est comœdia.

20. Nullus luctus, nullus fluctus
Beatis est tristitia:

Lati soni, dulces toni
Spargentur tunc lætitia.

21. Expers fellis, plenus mellis
Tunc cibus eis dabitur:

Potus suavis, plenus favis
Abundè tunc gustabitur.

22. Arcent spectra, tangunt plectra
Tibicines Angelici:

Omni horâ, sine morâ,
Concentus sunt hymnidici.

23. Contemplantur, admirantur
Constanter Dei faciem:

O beatam, fortunatam
Cælestis aulæ aciem!

Sce-

Adam Dux Vitæ & Mortis.

Sublato è vivis Zenone Philosophorum Cœtyphæo Antigonus Rex cum stupore exelamâsse fertur: *Quale Theatrum amissimus?* Prodeunte in scenam Protoparente nostro Adamo non immeritò quis exclamat, *Quale Theatrum hic conspicimus?* Non unam tantum scenam, sed integrum implet Theatrum Adamus; quidquid enim in hoc Theatro conspiceris, quidquid in codem inveneris, ab Adamo velut communi omnium stipite suam trahit originem. Quare non ineptè primus omnium procedit in scenam, nam ipse *vita & mortis Dux* est. Ip'se est, cui ex limo terræ formato Deus primò inspiravit spiraculum vitæ; ipse est, cui primò dixit: *Pulvis es & in pulverem reverteris*, Gen. 3. O mirabilem & verè miserabilem metamorphosin! Janum, Annorum & Mensium Deum, pacis & belli arbitrum, Poëtæ bifrontem depingunt, ità ut unâ facie respiciat præterita, alterâ autem futura. Bifrontem etiam dixeris Adamum, ita quidem, ut fronte anteriori vitam præseferat, posteriori verò formam mortis cadavericam ostendat. Mezentius Tyrannus, amarus vitæ pariter ac mortis tortor vivos colligabat mortuis, adversos aduersis, scilicet os ori, nates naribus, ma-

nus manibus, pedes pedibus adaptans, uero
corum scetore tabescentes necarentur. Und
Virgilius 8. Aeneid. *Complexu in misero long
sic morte necabat.* Si Adamum post lapsum
consideres, etiam vitam & mortem in eodem
colligatas reperies; Quid enim est vita morta-
lis, nisi quedam prolixitas mortis, ut ait S. Greg.
Hac autem omnia propriâ Adami culpâ acci-
derunt, quoniam Deus mortem non fecit, nec
latur in perditione vivorum, ait Script. Sap. 1.
v. 12. Deus creavit hominem ad vitam & im-
mortalitatem; verum homo peccando mortem
sibi accessit, ac per peccatum a Deo quasi invito
mortem extorsit. Deus ergo non fecit mortem
per se, sed per accidens, non volens, sed nolens:
fecit enim eam, non ut creaturam v. g. homi-
nem vel Angelum, sed ut creature recalcitra-
ris supplicium. Nam ut ait S. Fulgentius Li. 1.
ad Modicum cap. 19. *Illus rei Deus ultior est,*
cujus non est auctor. Judæorum Cabalistæ (ut
restatur Cornelius in Acta Apost. cap. 2. v. 33.)
dicunt, Adam habere tres litteras, quæ singulae
Virum illustrem significarent. Prima est *A.*
quæ significat *Adamum.* Secunda est *D.* quæ
significat *Davidem.* Tertia est *M.* quæ signifi-
cat *Messiam* sive *Christum.* Hos ergo tres di-
cunt facere *Adam*, id est, unum quasi hominem,
eo quod anima Adæ migrârit in Davidem &

ex Davide in Christum. Ita illi. Verum fabulosa, & Christo Domino maximè injuriosa est hæc metempsychosis; quæ quia velut inventum & commentum Pythagoræ à Philosophis christianis passim rejicitur, eidem ulterius repudiandæ hic supersedeo, ad alia magis utilia & memoria-bilia transiturus.

Adamus, qui fuit opus sextæ diei, vocatur *Protoplatus*, quia est primò plasmatus seu à Deo velut figulo formatus ex *Adamâ*, id est terrâ rubrâ cuiusdam agri, qui est juxta Hebron, si vera sit multorum traditio. Non fuit gigantea, sed justâ staturâ: alias enim ipse fuisse monstrum hominis. Conditus est Adam in ætate perfectâ, atque ad generandum aptâ, puta juvenili aut virili; unde Adamo & Evæ, dum vix conditi erant, dixit Deus: *Crescite & multiplicamini*. Non tamen fuit Hermaphroditus, seu utrumque sexum complectens, ut quondam somniavit Novator quidam in Franciâ, nam Scriptura expressè dicit Gen. 1. v. 27. *Masculum & fœminam creavit eos*, puta Adamum creavit masculum, Evam verò fœminam. Nomen *Adam* græcè continet quatuor mundi plagas acrosticè, seu per litteras sui initiales. Adam enim, si initiales exponas, idem est, quod ἀρατολή, δύσις, ἄρπτος, μεσημβρία. id est Oriens, Occidens, Aquilo, Meridies. Per hoc

mysticè designatum est, quòd Adam sit totius mundi Rex, quodque habeat perfectum in omnes mundi plagas dominium. Creatus est Adam extra paradisum, sed posteà in eundem à Deo est translatus. Per sex horas duntaxat in paradiſo commoratus est; nam, ut docent S. Ephrem, Philoxenij & alii, creatus est horâ nonâ matutinâ, & paradiſo expulsus est horâ tertiatâ pomeridianâ, idque factum est feriâ tertiatâ in die Veneris, quo die etiam Christus in cruce mortuus est extra Jerusalēm, & latronem nosq; omnes Paradiſo restituit. Sex pœnæ infictæ sunt Adamo, quæ congruè respondent sex ejus peccatis. 1. Ejus peccatum fuit *Inobedientia*: ob hanc sensit carnis & sensū rebellionem. 2. fuit *Gula*: ob hanc punitus fuit labore & fatigatioне. 3. fuit *Furtum Pomi*: ob hoc punitus fuit carnis dolore, puta fame, siti, frigore, calore, morbis &c. 4. fuit *Infidelitas*, quâ discredidit Deo, & credidit dæmoni: ob hanc punitus fuit morte, quâ anima discedit & separatur à corpore. 5. fuit *Ingratitudo*: ob hanc privari meruit suā substantiā, quam à Deo accepit & incinerari. 6. fuit *Superbia*: per hanc meruit privati paradiſo, cælo & cælitibus & detrudi in tartara. Adam vixit annis 930. & mortuus est feriâ 6tâ in die Veneris, ut docet Irenæus Lib. 5, cap. 32. Eva mortua est decem annis post ipsū, ante diluvium annis 716.

Scena

Administratorii Spiritus Angelici in vita & morte.

POst primum hominem prodeat in Scenam Angelus, non malus, sed bonus, non damnatus, sed beatus. Prodiit olim, nempè ab initio mundi, in scenam angelus satanæ, sed in omnium nostrum perditionem. *Serpens decepit me*, ait Eva ad Dominum Deum Gen. 3. Utinam dixisset ad serpentem illud Marci 8. v. 33. *Vade retrò me satana*; sic circa nos omnia salva fuissent. Quod interim factum est, infectum fieri nequit. Præsenti in scena sit alia rerum facies; Apage, apage maligne spiritus! Recedat angelus malus, accedat Angelus bonus. *Reliquis eum diabolus*, & ecce Angeli accesserunt & ministrabant ei. Math. 4. v. 11. Tobias junior, dum obvium haberet S. Archangelum Raphaëlem in specie juvenis splendidi præcincti & parati ad ambulandum, ita eundem est allocutus: *Unde te habemus bone juvenis?* Tob. 5. v. 6. si quis taliter salutaret Angelum suum Custodem, quid quæsto aliud ipsi responderet, nisi hoc: *Mis-sus sum à Deo è cœlo, ut precedam faciem tuam, & custodiam te in viâ, ne forte offendas ad lapi-dem pedem tuum?* Mira certè dignatio & verè magna dilectio charitatis, ut ait S. Bernardus in Psal. *Qui habitat. Omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui*

hereditatem capiunt salutis. ad Heb. 1. v. 14.
 Ambulant nobiscum in omnibus viis nostris, in-
 trant & exeunt nobiscum, attente consideran-
 tes, quam p̄e, quam honeste in medio pravarica-
 tionis conversemur, ait S. August. soliq. cap. 29.
 Totum quantum ad nos officium Angelorum est,
 ut defendant nos à malo, & conservent nos in
 bono. Abbas Cellensis L. de mysteriosa exposi-
 tione Tabernaculi. Intelligite nunc, quantus
 honor nobis existit, ad quos sicut amicos, ita Mi-
 nistros Angelos suos destinat Deus. Ambros. in
 Epist. ad Hebr. cap. 1. Grati ergo redamemus
 eos, honoremus eos, quantum valemus, quan-
 tum debemus. S. Bernard. serm. 12, in Psal. 90.
 Socrates dicitur habuisse genium Parendrum (id
 est familiarem) cuius consilio & monitu omnia
 agebat, ut refert Corn. in Epist. 1. ad Cor.
 cap. 7. v. 35. sic & tu, ô homo viator! pro
 paredro tuo habe Angelum Custodem, ejus-
 que consilio & monitu omnia age. Observa
 eum, & audi vocem ejus. Exodi 23. v. 21. Cante
 ambula, ubi sunt Angeli, ut custodiant te in om-
 nibus viis tuis. S. Bernard. serm. 40, sup. illud:
 Accesserunt &c. In quovis angulo, in quovis
 diversorio Angelo tuo reverentiam habe. Tu ne
 audeas illo praesente, quod me praesente non au-
 deres. Idem in Psal. Qui habitat.

Non sum quidem Angeloptes, id est, Angelorum conspector; quinimò non semper adeò consultum est, sed periculoso aspicere Angelos; nam Manuc, postquam videbat Angelum in flamma ascendere, dixit ad uxorem suam Judicum 13. v. 22. *Morte moriemur, quia vidimus Dominum, nihilominus referam aliquas figuram, in quibus Angeli, quamvis alias incorporei & invisibilis, hominibus apparuerunt.*

Prophetæ Moysi, cùm 40. annos habitasset in Madiæ, anno vitæ ejus octuagesimo, apparuuit Dominus (id est Angelus Domini , ut vertunt septuaginta) in flamma ignis de medio rubi. Exodi 3. v. 2.

Dominus præcessit Israélitas 40. annis in deferto per diem in columna nubis & per noctem in columna ignis, ut dicitur Exodi 13. v. 21. Tunc autem Angelus erat quasi motor & autiga columnæ, ut notat Cornelius in locum citatum.

Daniel Propheta, dum esset juxta fluvium magnum, qui est Tigris, levavit oculos suos & vidit: Et ecce vir unus vestitus lineis & renes ejus accincti auro obrizo, & corpus ejus quasi Chrysolithus, & facies ejus velut species fulguris, & oculi ejus ut lampas ardens, & brachia ejus & quæ deorsum sunt usque ad pedes quasi species æris candentis &c. Dan. 10. v. 5. & 6. Vir iste erat Archangelus Gabriel. An-

12 Forma & Figura Angelorum.

Angelus Domini descendit de cælo ... erat autem aspectus ejus sicut fulgur, & vestimentum ejus sicut nix, Math. 28. v. 2 & 3.

Quæres 1. Quare Angeli plerumque appa-
ruerint in specie juvenis?

R. Id fieri ob eorum vigorem & robur, sunt
enim immortales, æterni, immutabiles, ideoq;
nunquam senescunt & deficiunt, sed semper
vegeti, vivaces, celeres & agiles perdurant.
Præterea sunt Milites Dei; juvenes autem sunt
optimi & expeditissimi ad bellandum. Unde
illud: *Opera sunt virorum, bella jave-
num, consilia vero senum.*

Quæres 2. Cur apparuerint in vestibus li-
neis & albis?

R. Quod vestis linea & candida significet
puritatem, innocentiam & castitatem Angelo-
rum.

Quæres 3. Cur Angeli dicantur alati? R.
Per hoc significari primum eos esse agillimos &
maximâ vi motivâ præditos. 2dò. eos perfe-
ctissimâ cognitione & amore in Deum tendere.

Quæres 4to. Quare pingantur nudipedes?
R. Hoc significat, quod liberi, absoluti & ex-
pediti, atque ab exterioris omnis adjectionis la-
be sint puri; & ad divinæ simplicitatis similitu-
dinem pro civibus tendant, inquit S. Dyonis.
de cœlesti Hierarch. cap. 15.

Ama-

Amaritudo Mortis,

Siccine separat amara mors? I. Reg. 15.
v. 32.

Quemadmodum olim dixit Philosophorum Princeps: *Terribilium omnium terribilissimam mors.* Ita etiam pariformiter potuisse dicens: *Amarorum omnium amarissima mors:* quibus enim mors terribilis est, illis & certò amara est. Quinimò aliqui sentiunt, nomen *Mortis* derivari ab *amaro*; unde Isidor. lib. 11. Orig. cap. 2. *Mors dicta est, quod sit amara.*

O mors, quām amara est memoria tua homini habenti pacem in substantiâ suâ! Eccli. 41. v. 1.

Metuo mortem, quia acerba mihi est. S. Cyrill. Alexandr. orat. de exitu animæ & de 2do adventu.

Linquenda tellus, & domus & placens
Uxor, neque harum, quas colis atborum,

Te præter invisas cupressos

Ulla brevem Dorpinum sequetur.

Ita Horat. lib. 1. ode 14.

Rebus abundantes adventū mortis abhorrent;

Sic in divitiis spem posuere tuam.

Sunt peccatori quoque spicula mortis amara;

Nam coram summo judice stare timet,

Ne tibi sit durus, in mortisque adventus amarus,

Peccati noxas divitiæisque cave.

Fabula & Affabulatio ex Aesopo.

Senex quidam incisa à se ligna cum ferret, multam ibat viam, ac ob multos labores multosque sudores, deposito in loco quodam one-re, mortem invocabat. Sed mors cum ades-set, causamque peteret, propter quam sevo-caret, perterrefactus senex ait: *ut omnis mecum attollas.* Fabula significat, omnem hominem esse vitæ cupidum, licet infortunatus sit & mendicet, nam & huic Mors est amara. Prae-clare ad rem S. August. serm. 113. de Temp. ita ait: Nonne audivimus & vidimus homines, in aliquibus tribulationibus & angustiis, con-flictationibus & ægritudinibus dum sunt con-stituti, & vident se laborare, nihil aliud dice-re: Domine mitte mihi mortem, acceler a dies meos &c. Et quando venit ægritudo, curritur, adducuntur Medici, solidi & munera promittuntur &c. Audiamus etiam Plinium lib. 7. cap. 50. ita discurrentem: *Tot metus, tot curæ, toties invocata mors, ut nullum frequentius sit votum.* Veniente vero morte gau-dent sibi dici illud Ovid. 14. metam. *Ut ve-ro fuga vos ab acerbâ morte reduxit.*

Sapiens adventum necis exceptare solemus:

Dum venit, invitî nos comitamur eam.

Scena

L

Arbor repræsentat hominem.

Hominem atbore, sed inversæ, non absimilem esse, nemo inficias ibit: id enim jam pridem observârunt & docuerunt antiqui Sapientes & Philosophi, unde Philosophorum Princeps Aristoteles ad quæstionem: Quid est homo? respondit: Est arbor inversa, quia scilicet pedes quasi ramos deorsum, caput vètò & cerebrum quasi radicem sursù mittit, èo quod homo ex cœlo cœlestem vitam ducre, accelestes virtutum fructus proferre debat. Hâc ratione *Homo* à Clemente Alexandrino in adhortat, vocatur *Planta cœlestis*, quia cœlum versùs radicem habet. Analogias varias inter hominem & arborem adducit Cornelius explicans illud Marci 8. ¶. 24. *Video homines velut arbores ambulantes.*

Primo homo similis est arbori proceritate & altitudine. Sic, ut alios taceam, Christus ipse fuit specioso & procero corpore, puta altitudine septem cubitorum, ait Nicephorus li. I. cap. ult. unde Cornel. à Lap. adaptat ei illud Cant. §. ¶. 15. *Electus ut Cedri.*

zdo rectitudine quoad altitudinem, & rotunditate quoad latitudinem, ut patet.

3tiò cortice & comâ; quod enim in arbore est cortex folia, hoc in homine est pellis & pilis, crinesque.

4^{ta} ramis: homo enim extensis brachiis est
 quasi arbor extensis namis. 5^{ta} vitâ & venis;
 sicut enim homo vivit aliturque cibo, chilo &
 sanguine per venas in totum corpus distributis;
 sic arbor vivit aliturque succo per vibras in
 omnes partes dispartito. 6^{ta} arbor è parvâ flu-
 tice sensim crescit in altum, sic & homo crescit
 occulto velut arbor aeo: adeoque sicut homini
 sua est pueritia, adolescentia virilis, ætas, senium
 & mors; sic est & arbori. 7^{ta} timò, sicut animalibus
 ita & arboribus sua est cutis, sanguis, caro,
 nervi, venæ, ossa, medullæ, ut docet Plinius Li.
 16. c. 38. unde & ex arboribus nasci animalia,
 ac præsertim anates in insulis Scotiæ vicinis,
 experientiâ constat. 8^{ta} docet idem Li. 17. c.
 27. Arbores sicut homines laborare fame, cru-
 ditate, peste, cæterisque morbis ægrotare. 9^{ta}
 asserit idem Li. 13. cap. 4. arboribus, præfer-
 tim palmis, sexum, inesse sicut hominibus, ut
 aliae sint mares, aliae fæminæ. *Mas*, ait, *in pal-
 mite floret, fæmina citrà florem germinat tan-
 tum spinæ modo.* 10. Aquilone gaudent arbo-
 res, illoque firmantur, Austro verò blandi-
 ente fatiscunt, ait Plinius Li. 17. cap. 2. sic ho-
 mines per adversa in virtute roborantur & pro-
 ficiunt juxta illud: *Crescit in adversis virtus
 eximia.* Per prospera verò solvuntur & defi-
 ciunt.

11. Ar-

11. Arbor bona producet bonos fructus, mala malos: sic homo bonus bona opera profert, malus mala. Quare sicut ex fructibus cognoscitur arbor, sic ex operibus homo, ut docet Christus Matth. 7. v. 17. Imitare ergo, ô homo! sicutum Ægyptiacam, quæ, ut tradit Ruellin. tantæ est fæcunditatis, ut uno anno septies fructum ferat, & si unum decerpseris, alter continuo pullulet.

12. Sicut homines, ita & arbores moriuntur. Vivunt arbores vitâ, non quidem rationali, prout irrationaliter volebant Manichæi, neque sensitivâ, ut docuerunt Anaxagoras & Empedocles, imò Plato ipse, quorum opinionem S. August. Li. de quantitate anima, vocat *magis ligneam*, quam sint ipsæ arbores: sed vegetativâ. Hæc ipsis tollitur vel naturaliter, dum scilicet ex defectu humidi radicalis senescunt, putrescent & arescent; vel violentè, dum scilicet vel vento è terrâ eripiuntur, vel axe succiduntur ante tempus, juxtâ illud Dan. 4. v. 11. *Succidite arborem*. Unde Ludovicus de la Cerda illustrans illud 4. Georgicon: *Interfice messes*. docet exemplis verba necandi, enecandi, moriendi, demoriendi, intereundi, occidendi, expirandi & interficiendi usurpari de herbis, fructicibus & arboribus. Imò ipsa scriptura dicit Psal. 77. v. 47, *occidit in grandine vineas*

Vidi

Vidi aliquando in Alsatiâ emblematis loco depictam arborem viridem & frondosam. Ex uno ramorum à sinistris pendebat campanula, juxta quam stabant Christus Dominus, tenens in dextera malleum, eodem pulsaturus campanulam, sicque daturus signum Morti, ut arboreni hanc succidat. Christo Domino ad latus astabat B. Virgo Maria. Ante arboris stipitem stabat Mors iam ad nutum parata & accincta, ut securim mittat ad radicem juxta illud Math.

3. v. 10. Nam securis ad radicem arborum (id est hominum, ut explicat Cornelius in cap. 4. Danielis) posita est. A dextris arboris stabat Diabolus, qui habebat funem alligatum ad arborem, coque volebat arborem, dum succisa caderet, ad suam partem attrahere. Infra arborem Flecebat aliquis, qui plicatis manibus ad B. Virginem orabat dicens:

*Frondes frugis inops: si mors jecat, attrahet orcus:
Iudicis extentam Virgo morare manum.*

Petebat utique inducias longioris vitæ, in ordine ad agendam de peccatis commissis pœnitentiam, ne præoccupante morte de ipso à parte rei verificetur, quod ex humilitate de se ipso dixit doctissimus Idiota Li. 4. contempl. *Quia arbor steriles & infructuosa fui, in ignem aeternum projectus ardebo.*

Scena

Brevitas vitæ.

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, quasi flos egreditur, & fugit velut umbra. Job. 14. v. 1. & 2.

Nihil sunt dies mei. Job. 7. v. 16.

Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est. Constituisti terminos ejus, qui prateriri non poterunt. Job. 14. v. 5.

Dies mei velociores fuerunt cursore, pertransierunt quasi naves poma portantes. Job. 9. v. 25. & 26.

Velut somnium avolans non invenietur, transiet sicut visio nocturna. Job. 20. v. 8.

Ecce mensurabiles fecisti dies meos, Psal. 38. v. 6. ubi S. Hyeron. sic verit: Ecce breves posuisti dies meos.

Illud axioma & epiphonema Eccles. 1. Vanitas vanitatum. Aquila, Symmachus, ceterique omnes (exceptis Septuaginta, ut ait ibidem S. Hyeron.) ita vertunt: Vapor vaporum, & omnia vapor. Optimè ergo S. Jacobus cap. 4. v. 15. ad quæstionem, Quæ est vita vestra? respondet: Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, & Sapiens Sap. 2. v. 5. Umbra transiens est tempus nostrum, & non est reversio sicut nostri.

Modicum corruptibilis vitæ tempus. i.
Mach. 6. v. 25.

Hominum est vita brevis. Hippocrates
Aphor. Li. 1.

Punctum est quod vivimus, & adhuc pun-
cto minus. Seneca Li. 6. Epist. 49.

Homo vitæ commodatus, non donatus est.
Vita omnis brevis est, ideo immortalitas est
mors hominis. Seneca in proverbiis.

Nulla vita est non brevis, nam si ad natu-
ram rerum respexeris, etiam Nestoris & Stati-
liae brevis est, quæ inscribi monumento suo
jussit, annis se nonaginta novem vixisse. Se-
neca Epist. 77.

Quomodo fabula, sic vita; non quamdiu,
sed quam bene acta sit, refert. ibidem. Breve
est vitæ hujus cutriculum. S. Hyeron. in cap.
6. Epist. ad Gal.

Etsi longa videatur ætas, cum venerit mors,
convincitur brevis, quia finitur. S. Augustin.
quidq; finem habet, breve est. S. Gregor. Na-
zianz. idem in Psal. 120. laudando funus fra-
tris sui ait: *David dies humanos palmi mensu-
ram definit.* Quod imitatus videtur Poëta græ-
cus Anthol. Li. 3. cap. 6. ubi vitam vocat pau-
corum annorum parvas mensuras.

Theo-

Theophrastus moriens accusâsse naturam dicitur, quod cervis & cornicibus vitam diutinam, quorum nihil interesset, hominibus, quorum maximè interfuisset, tam exiguum vitam dedit: quorum si ætas potuisset esse longinquier, futurum fuisset, ut omnibus perfectis artibus, ac omni doctrinâ hominum vita erudiretur. Cicero Li. 3. Tuscul. Questus est etiam Aristoteles, naturam animalibus quina aut dena sæcula ad vivendum induluisse, homini vero ad tanta genito tantò citeriorem terminum stare, ut refert Seneca Li. de brevitate vitæ. Frustraneæ interim & infundatae sunt hæ querelæ; nam ante diluvium homines viixerunt ad nongentos annos & ultrà, ut patet legenti librum Genesis. Cur autem ex post Deus arctaverit ætatem ad 120. annos, S. Chrysost. Hom. 25. in Gen. dat hanc rationem dicens. Deum id fecisse ex misericordiâ, ne diutius vivendo diutius miserias hujus vitæ sentirent, ac cupiditates sectando gravius peccarent, idèoque acriùs punirentur. Præclarè igitur ait S. Ambros. Li. de interpel. David: *Vivendo damna contrahimus innocentia, morte finem erroris adipiscimur;* unde, ut ait idem Li. 2. de Cain. cap. 9. *Longavitas Caino indul-*

ta vindicta est. Ut hæc melius capias, cape
 incommoda senectutis, quæ recenset Salo-
 mon Eccles. 12. ubi v. 1. ita incipit: *Memen-*
to creatoris tui in diebus juventutis tue, ante-
quam veniat tempus afflictionis, & appropin-
quent anni, de quibus dicas, non mihi placent.
 Hoc deinde probat per defectum totius cor-
 poris, & id illustrat pulcherriam, emblema-
 tibus, quæ lege & excute. *Primo* ait, solem
 seni, lunam & stellas tenebrescere. Unde
 Herodes Poëta græcus ait tempus post sexag-
 ginta annos esse cæcum. Verba ejus sunt hæc:
Ubi sexagesimum solem reflexisti, ô Grille, Gril-
le, moritur, cenisque fias, cacum est, quid-
quid inde sequitur temporis. *2dū*, reverti nu-
 bes post pluviam, id est catarros continuos
 oriri ex continuis stomachi vaporibus genera-
 tos. *3tō* commoveri custodes domūs, scili-
 cet manus & brachia. *4tō* nutare viros for-
 tissimos, hoc est crura & tibias. *5tō* otiosas
 esse molentes in minuto numero, id est dentes
 paucos. *6tō* tenebrescere videntes per fora-
 mina; id est oculos in concavitatibus capitis
 positos. *7timō*, claudi ostia in platea, hoc
 est labia in latitudine faciei. *8vo*, obsurdes-
 cere filias carminis, id est aures, quæ factæ
 sunt

sunt, ut voces & carmina audiant. 9. nō florere amygdalum, id est capillos canescere. 10. impinguari locustam, id est, ventrem surgidum: locusta enim tota videtur esse venter. 11. dissipari capparim, id est appetitum; capparis enim excitat appetitiam cibi. 12. rumpi funiculum argenteum. id est medullam spinalem dorsi. 13. recurrere vitam auream, id est, Meningem, seu membranam tenuem, quae cerebrum continet, ejusque est involucrum, & instar vite illud includit. 14. conteri hydriam super fontem, id est venas, quae à jecore sanguinem excipiunt, & per corpus distribuunt. 15. confingi rotam super cisternam, id est caput super cor, à quo caput recipit velut à fonte omnes spiritus vitales. 16. denique, redire in pulvrem terram. Hinc senes incurvantur, ut terram suam aspiciant. Vide Le Blanc in Ps. 70. v. 6. N. 41. Cornelius à Lapide autem in Synopsi dicti capitatis enumerat viginti & unum. Nimisura *primum est*, afflictio ex morbis variis. 2. displicantia & rādium ex rebus omnibus. 3. quod cœlestes motus & influxus destruant senes. 4. continua distillationes & catarrhi. 5. sensuum defectus.

6. Nu-

6. Nutatio crurum & tibiarum. 7. Minutio dentium. 8. Caligo oculorum. 9. Exilitas vocis ex arteriarum in pectore constrictione & clausurâ 10. Tennitas somni. 11. Defectus aurium & auditûs. 12. Timor, pavor & stupor. 13. Canities similis amygdalo floribus candescenti. 14. Tumor ventris, pedum & crurum instar locustæ. 15. fastidium cibi. 16. abitus ex hâc vitâ per mortem. 17. funus, quod communi amicorum planctu celebrabitur. 18. contractio medullæ spini dorsi. 19. contractio meninges, sive involuci cerebri. 20. confractio venarum & sanguinis ex jecore procedentium. 21. confractio capitis ex corde spiritus haurientis. Ad hâc mala physica accedunt moralia, nam, ut ait Palacius, solent senes esse rixosi, morosi, importuni; dicunt faciunte que inepta multa. Unde meritò Menander senem vocat *molestem animal*. Benè etiam conqueritur Cicero Atticus dicens: *Amarium me fecit senecta*. Nam, ut ait Euripedes: *nullum est gravi senectute gravius malum*.

Tantis ærumnis cum sit subjecta senectus,
Quis sapiens tantos optet habere dies?

Sym-

I.

Tale quidem genus est hominum, quale & foliorum, ait Homerus apud Lipsium Li. 2. Sumus *velut quercus defluentibus foliis*, Isaiae 1. v. 30. Cecidimus quasi folium universi, Isaiae 64. v. 6. Sumus quasi folium, quod vento rapitur, Job. 13. v. 25. Unde Poëta: Omnes defluimus folii languentis ad instar;

Omnis sic hominum gloria sterlus erit.

2. Florum vita brevissima est. Flores sunt quasi fluores, quod citò decidunt, ait S. Isidor. Li. 17. orig. cap. 6. Deflorescunt omnia septem diebus, ait Plin. de arbor. Li. 16. cap. 25. unde habent lema: *In juventute senescimus*. Talem vitam esse indolem, testatur Job dicens de homine: *Quasi flos egreditur &c.* vide plura Scenâ 16.

3. Flos est *Hemerocallis*, cuius vita diaria est; sic etiam volucris ad Hispanum fluvium *Hemorobios* dicta, quæ eodem die pueri, juvenis, senis ætatem experta soli morienti commoritur. Ad rem Suidas: *O mortales unius diecula! quotidianorum gnari, futura non prospicientes perpendite, ad quam tenditis aeternitatem.* Justinus & Irenæus acutè observant, mortalium neminem secundum Dei calendarium diem integrum vixisse, nam apud Deum sunt mille anni sicut dies hesterna, qua præteriit, Psal. 89.

B

v. 4.

¶. 4. nemo autem vixit mille annis ; unde omnes dici possemus *Hemerobii*, id est : *Ad diem virentes*

4. Scipio Bargalius Rosæ nascenti subscriptis :
Nascendo senescit. Ferrus : *Vix orta fugit.* Ad rem 3. Isidorus : Nihil fugacius saeculo , rebusque saeculi , quas dum tenemus , amittimus. Mutamur & currimus , nescientes ad mortis terminos pervenimus , L. 3. in Amos. Unde S. Aug. in Ps. 18. Ridendi sunt , qui se de mortalibus jaestant , à quibus rebus plerumque aut vivi deseruntur , aut mortui ea necessè est , ut deserant.

5. Spinacea radicibus ita tenuibus nititur , ut subtilissimos capillos non excedant. Emblematis hujus mentem Carducius sequenti Dy-
sticho aperit :

*Exiguâ radice viret spinacea : terris
 Edita sic hominum vita caduca manet.*

6. Fæni , etiamnum herbescentis , fasciculus à Rosso epigraphen accepit : *Cito arescet.* Hu-
manam vitam , nimium quantum brevem &
caducam , hæc imago ad vivum exprimit.
Nam , ut ait Siracides Eccl. 14. v. 8. *Omnis
caro sicut fænum veterascet.* Unde admirabun-
dus exclamat Augustinus in Psal. 102. *Quid
superbit fænum , ad tempus modò florens , post
pauci-*

paululum exarescens? Quid superbit fœnuna ad tempus vigens, & hoc ad parvum tempus?

7. Fungus herba (germanicè ein Pfifferling) ab ipso exortu suo indies corrupti solitus epigraphen sustinet: *Velox orior, morior.* Ad rem Castor Durantes:

Funge vale, genitum nil miror nocte sub unâ,

Sic properant rapido noxia queque pede.

Certe, ut ait S. Petrus Damiani opusc. 56.

cap. 9. *Humeana vita varietas momentaneâ temporum varietate concluditur.*

8. Caducam vitam nostram instar nivis coram sole transiitram commonstrat Epigraphe:

Citò dilabitur Unde Ovid. L. 1. Amor. Eleg. 8.

Labitur occultè, fallitque volubilis etas,

Et celer admissus labitur annus equis,

Tunc reverâ felix ille, qui potest dicere cum Poëtâ:

Nix ego, sol Christus, radiorum ardore liquecio.

9. Nihil hominis vita aliud est quam rotâ, quæ perpetuo rotatu versatur, ait S. Antiochus Hom. 30. nam, ut ait S. Gregor. Naz.

orat. 16. *Natura nihil est in rebus humanis firmum & aquabile, ac durabile, atque in eodem statu permanens constanter, sed res nostra velut orbe quodam volvuntur: alias sàpè uno eodem que die, atque etiam interdum horâ, mutatio-nes advenientes.*

10. Gregor. Nazianz. Tom. 2. pag. 155.
comparat vitam nostram turbini, seu trocho
à pueris agitato, & flagellis huc illuc rotato.
Sic autem concinit:

Hæc parva varia, vita est pat turbini:
Simul movetur, fixus est & qui simul
Sursum movetur, ac deorsum volvitur,
Fixum esse, quamvis æstimas, non stas tamen,
Fugiens tenetur, & manens rursùm fugit,
Multumque saltat, sed fugere nequit tamen
Trahiturque motu, rethrahit & statum suum.

Nil ergo vita est, si velis describere, quām
sumus, herbae flos, breve aut insomnium.

11. *Umbra transitus est tempus nostrum.* Sap. 2.
v. 5. nam ut ait Psalmista Pater ejus Psal. 101.
v. 12. *Dies mei sicut umbra declinaverunt.* Ve-
rissimè igitur dixit Poëta:

Umbra sumus, vana simulacra fugacia forme.

12. Initium vitæ & initium mortis, in primis
spiritualis. *Homo quando nascitur, jam tum*
cum morte nascitur, quia de Adam peccatum
trahit. S. August. Tract. 49. in Joan. Deinde
etiam corporalis, vix enim nascimur, jam
mori incipimus. Quod perpendens S Bernard.
serm. de fallaciâ vitæ ait: *Nec vita sane dicen-*
da est, quā nimirūm soli vivitur morti. Op-
timè igitur Seneca: *Omnis dies omnis hora,*
quām nihil sumus, probat.

Certitudo Mortis.

ORaculum est, non Sibillæ deceptum foliis, sed æternæ veritatis depromptum ore: Statutum est hominibus semel mori. ad Hebr. 9. v. 27. Evidentissimam effati hujus veritatem fatis quotidianis demonstrat universa hominum multitudo: *Quis enim est homo, qui vivet & non videbit mortem?* Psal. 88. v. 47. Nemo sanè: *Sicut enim suis spatiis transiunt universa sub calo.* Eccles. 3. v. 1. ita etiam omne humanum genus, quocunque est, quocunque erit, morte damnatum est. Seneca Epist. 72.

Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cum illo. Eccl. 14. v. 20.

Alia generantur & alia dejiciuntur; sic generatio carnis & sanguinis alia finitur, alia nascitur, ibidem v. 19. Unus introitus est omnibus ad vitam & similis exitus. Sap. 7. v. 6.

Revertatur pulvis in terram suam, unde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Eccles. 12. v. 7.

Ibit homo in domum æternitatis suæ. ibidem v. 5.

Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur. ita Thecritis ad Davidem 2. Reg. 14. v. 14.

Nihil privatum, nihil publicè stabile est; tam hominum, quam urbium fata volvuntur. Seneca Epist. 39.

¶ Tu occupatus es, vita festinat. Mors interim aderit, cui, velis, nolis, vacandum est. Seneca L. de brevit. vitæ.

Omnis homo advena est nascendo, quotiam compellitur migrare moriendo. S. Aug. qu. 91. in Levit.

Peccato transgressionis mortales ex immortibus facti sumus. S. Aug. de duabus Animabus cap. 13.

Homo, quando nascitur, jam tum cum morte nascitur, quia de Adam peccatum trahit. idem Tract. 49. in Joan.

Hæc est Lex universi, nasci, surgere, languere, mori: & velut lanapadem hanc vitæ alii aliis tradimus. S. Greg. Nazianz.

Moritur sumus omnes. Nec agit quidquam, qui cupit evadere, ut mortem auferat. S. August. serm. 2. Idem moriens dixit: Non est mirum, quod cadunt ligna & lapides; & mortales moriuntur.

In terra orimus, in terra morimur, reverentes in eam, unde sumus assumpti. Nobis angustus introitus, mora brevis, sola mors certa. S. Bernard. in festo S. Martini.

Omnium finis mors est, & vita hominum tanquam umbra pertransit Th. Kemp. L. 1, c. 13.

Exempla.

Xerxes flevisse dicitur, quod post centum annos nullus eorum, quos tunc cerneret, superfuturus esset. Si possemus in talem ascendere speculam, de qua universam terram sub nostris pedibus cerneremus; jam tibi ostenderem totius orbis ruinas, gentes gentibus & regna regnis collisa, & non Xerxis tantum exercitum, sed totius mundi homines, qui nunc vivunt, in brevi desituros. S. Hyeron. Epist. 3. ad Heliodorum.

Alexander Magnus, dum aliquando promitteret munera Philosophis, ipsi petierunt: *Volumus, ut immortalitatem nobis dones.* Risit ad hoc Alexander inquiens: *Sapientes vos censem, nunc verò ignorantes video, quod enim mihi prestare nequeo, quâ ratione vobis demus.* Tum illi acutè replicarunt: *Ut quid ergo tanquam immortalis universum mundum turbas immortalis es, ut mortalis vive.*

Dies mei abbreviabuntur, & solum mihi superest sepulchrum, ait de se ipso Job. 17. 4. 1.

Carolus Rancatus sepulchro suo insculpi jussit hanc Virgilii gnomam: *Omnibus una quies.* De hoc plura per decursum.

Sy

I.

Stellis è cælo nocturno scintillantibus inscriptis Picinellus: *Vergimus ad occasum.* sic vita humana gressu inevitabili ad mortis præcipitia festinat. Unde S. August. Li. 4. confess. cap. 10. *Omnia oriuntur & occidunt,* & oriendo quasi esse incipiunt, & quò magis celeriter crescunt ut sint, eò magis festinant, ut non sint. Adhuc clariùs doctissimus Idiota Li. 5. de contemplat. mortis c. 1. Sicut omnes stellæ, quæ ab Oriente veniunt, quamvis sint magnæ claritatis & virtutis, tendunt tamen ad Occasum, & ibi secundùm diversos circulos aliæ tardius, aliæ oeyùs sese nostris aspectibus abscondunt; sic etiam homines universi ab Oriente, id est, per nativitatem intrant in mundum; & quamvis ibi aliquantulum rutilent & clarescant, necessè tamen est, quòd tandem ad occasum mortis alii citius, alii tardius secundùm cursum durationis, quem à Deo acceperunt, veniant, decidantque, & à mundi aspectibus sese subtrahant.

2. *Cervus, cæteris insequentibus, prænatans hanc præfert Epigraphen: Prenato sequentur.*

Seriùs

Serius aut citius metam properamus ad unam.
Horatius.

Æquâ lege necessitas fortitur insignes &
imos, omne capax movet urna nomen. Hor-
at Li. 3. ode 1.

Stat sua cuique dies: breve & irrevocabile tem-
pus,

Oninibus est vitæ. Virgil. 10. Aeneid.
Ludit in humânis divina potentia rebus:

Omnia sub leges mors vocat una suas. Ovid.
Fata manent omnes; omnes exspectat avarus
Portitor, & turbæ vix satis una ratis. Idem.
Paulatim lentâ consumit is omnia morte. Id.
Nemo venenatae vitavit arundinis iactus;

Hic Cræsi atque Iri corpora mixta jacent.
Serenissimus Philotheus.

Omnibus est eadem Lethi via, non tamen unus

Est vitæ cunctis exitiique modus.

Longius aut propius, mors sua quemq; manet.
Spes hominum vanæ, quidquid dat mundus,
inane,

Succumbunt græci Rœmulidesque neci.
Hæc velut infantes succidit falce gigantes,

Hæc cædente cadent, quotquot in orbe patent.
Nec bona placabunt, nec sceptræ, nec arma
juvabunt,

Nil tibi jura favent, quidquid & ipsa cavent.

Quid censendum de Eliâ &
Enoch?

E Idei proximum est, ait Cornel. in Gen. cap. 5. v. 24 quod Henoch æquè ac Elias secundum sint mortui. Unde Tertullian. Li. de Resurrect. carnis cap. 58. ait de iis: *Henoch & Elias nondum resurrectione disjuncti, quia nec morte juncti.* Sunt ergò ambo ex hac mundo rapti à Deo: sed quòd? Alcimus ayitus Li. 4. de diluvio canite eos: *Terrenas liquisse domes, intrasse supernas.* Sic etiam de Henoch canit Nazianz. in Carmin. de Laud. Virgin. Alma fides, pietasque ad sydera vexit Henochum. Nihilominus communiter docent Patres, eos versari in Paradiso, ait Cornel. citat. unde S. Hyeron. Epist. 61. ad Pammochium vocat eos colonos Paradisi. Ex hoc circā finem mundi subito & inopinato iterū apud homines appatebunt, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta. Apocal. 11. v. 3. Ex acto verò prædicationis tempore sibi à Deo præstituto cessabunt facere miracula, & tum Antichristus occidet eos, ait Cornel. in locum Apocal. mox citatum.

Inter-

Interludium.

Maximā ex parte desumptum ex Abrahamo à S. Clarātit. *Merckswien.*

Omnis morimur. 2. Regum 14. v. 14.

Wir sterben alle.

Gickes gackes ploder-Zung.

Rede dannoch einmahl bescheyd:

Sag, sterben müssen Alt und Jung,

Sterben müssen alle Leuth.

Omnis quotquot orimur

Sag omnes quoque morimur,

Es sey gleich morgen, oder heut,

Sterben müssen alle Leuth.

1.

Dormivit Salomon cum Patribus suis. 3. Reg.

11. v. 43.

Salomon entschliesſt mit seinen Vätern.

Saul, David, Salomon

Seynd König gewesen,

Nichts hulff sie Scepter, Cron,

Nichts all ihr wesen.

Es kam der grobe Todt

Mit seiner Hacken,

Er that sie ohne Noth

Mit sich weg packen.

König und Kayser müssen gestehen,

Daß sie dem Todt nicht können entgehen:

B 6

Er

Er begehrt bey ihnen kein Audienz,
Macht ihnen auch kein Reverenz.
Fort fort, sagt er, ihr müßt ins Grab,
Nich's achte ich den Scepter und Stab.

2.

Mortuus est E Aaron. Deut. 32. v. 50.

Aaron ist auch gestorben.
Auff, auff, du fromme Clerisen,
Mit allen Ordens- Genossen,
Ihr alle send vorm Todt nicht frey,
Mann macht kein neue Possen.
Das Reverende Domine
Mit schönen Tit'l Nomine,
Thut euch vorm Todt nicht retten,
Dann sterben müssen alle Leuth,
Dass ist ein alte Metten.

Einwurff eines Geistlichen.
Gehören wir zum Todtenhauff?
Seynd wir dann nicht befreyt?
Es scheint gar ein ungleicher Kauf
Mit Welt- und Geistlichkeit.
Wir seynd so nützlich auff der Welt,
Wie Hirten bey den Schaggen,
Die Heerd wird g'wiss seyn übel gesellt,
So die Hirten werden schlaffen.
Trützige Reproche des schnarchenden
Todts.
Gschwind fort, mein Orth, ist ewer Pfort,
Da

Di müst ihr all anlenden:
 Brevier allhier bringt kein Bleßher,
 Dass G'sätz last sich nicht wenden.
 Macht Lust der Grusse, schlagt drein dass
 pustt

Der Pater muss hinunter;
 Hinab ins Grab, seyn muss Schabab,
 Lass dirs nicht seyn ein Wunder.

3.

Et finem habuit Salomon cum Patribus suis.

Eccli 47. v. 26.

Salomon hat sein End genommen mit
 seinen Väteren.

Ihr hoch- und wohlgelehrte Kopff,
 Doctores und Discipel,

Ihr say mir g'eich wie andre Geschöpff,
 Kombt, singt mit mir den Trippel:
 Ich numm auch sine venia
 Ewere witzige Ingenia

Acht weder Buch, noch Büchlein,
 Dann sterben müssen alle Leuth,
 Mann wirds euch wohl nicht kühlen.

4.

Mortuus est autem G' dives. Luc. 16. v. 22.

Es starb aber auch der Reiche.
 Fort, fort, du reicher Basen-Gesell,
 Mit deiner Münz und Lage,

Es ist nicht beständig deine Stell,
 Du gehörst in mein Bagage.
 Was heissen die Marsupia,
 Und guldene Aucupia
 Du must doch alles verlassen.
 Dann sterben müssen alle Leuth,
 In dem Spiel gibts nichts passen.

5.

Sepelivit Abraham Saram uxorem suam.
Gen. 23. v. 19.

Abraham begrub Saram sein Weib.
 Gebunden hie, gebunden her,
 Wanns noch so stark seyd bunden,
 Ihr Eheleuh habt doch nimmermehr
 Vorm Todt ein Kräutl g'sunden.
 Gedenkt das nihil stabile,
 Was in der Welt, sed labile,
 Die Ehe muß sich auch enden,
 Dann sterben müssen alle Leuth,
 Das Gesetz last sich nicht wenden.

6.

Mortua est ergo Rachel. Gen. 35. v. 19.
 Also starb Rachel.

Allwo! hinweg Allabaster Gesicht,
 Mit Spiegel und mit Kampl,
 Eur st öne Gestalt überredt mich nicht,
 Mir ist schön, wie der Tempel,

Fort

Kort Helenæ , Benelope ,
Und was Vergleichen Contraphe
Mit samt des gemeinen Plunders ,
Dann sterben müssen alle Leuth
Mann macht euch wohl nichts bes-
sonders .

Ein Supplique einer jungen Tochter.

O Todt ! du baurischer grober Mann ,
Hilfst domi kein freundlich Wort ?
Lass doch mit sich der groß Tyrann
Offt handlen durch Accord .
Lass mich allein für mein Versohn
Doch ein Genad erhalten ,
Und brauche mehr Discretion ,
Mit Jungen als mit Alten .

Unbarmherzige Antwort des Todts.

O junges Mägdelein ! thue dich nicht läns-
ger saunen ,
Du must ins Grab hinein , lass dir nichts
anders traumen ,
Dein Gestalt nicht achte , alles verachte .

Concio Mortis ad vivos.

INter cæteros dilectus & electus Christi discipulus S. Joannes Evang. in suâ Apocalypsi per Prosopopœiam *Mortem* & *infernum* quasi duas personas comicas in comediam, aut potius tragœdiam inducit, quæ Ecclesiae & Christianis necem & excidium minabantur, ut notat Cornel. in cap. I. Apocal. V. 18. Mors inducitur quasi prævia & occidens, infernus verò subsequens & devourans eos, quos Mors occidit. Unde Mors inducitur quasi sagittas vibrans, Infernus quasi fauces hiantes pandens & occisos deglutiens; nam eorum corpora in sepulchris, animas verò in inis terræ visceribus constrictas detinet. Amice Lector! non adeò tragica, non adeò terribilis & horribilis erit hæc nostra scena. Exhibeo tibi hic Mortem: sed nulla adhuc ipsi cum inferno familiaritas, nulla concordanitia. Ut inferno te subducas, ut astra consendas, prodit in scenam elinguis mors, velut ex ambone patheticum tibi factura sermonem. Exoticum fortè & paradoxum hoc tibi videbitur: putabis forsitan, quod Mors est computanda inter simulacula, de quibus Psal. 113. *Os habent & non loquentur.* Falleris. Audi quid

quid scribat Apost. ad Hebreos 11. v. 4. *Defunctus adhuc loquitur.* & S. Augustin. serm. 66. ad FF. in Eremo: *Verè si ipsa ossa cruda andire volueris, tibi prædicare poterunt: sed quid?*

Perditio & Mors dixerunt. Job 28. v. 22.

Qui habet aures audiendi, audiat. Attende popule meus legem meam, inclinate autem vestram in verba oris mei. Venite & audite & narrabo: quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. Vivit Dominus, quoniam filii mortis estis vos omnes, quotquot ab Adamo per propagationem naturalem descenditis. Statutum est omnibus semel mori, & ab hâc regulâ nulla prorsus datur exceptio. Summi Pontifices, Reges & Principes, etiam inviti, huic legi subjiciuntur, non tantum quoad vim directivam, sed etiam quoad coactivam. Verissime cecinit Horatius Libro 2. ode 3. *Omnis eodem cogimur: omnium versatur urna: seriūs ocyus fors exitura & nos in aeternum exilium impositura cymbe.* Non est homo qui vivet, & non videbit mortem. Quinimò dum vos vivere putatis, jam mortui estis. Ecce! Protoparens vester Adamus vix peccaverat, vix præceptum Domini transgressus fuerat, &

statim

Scena VII.

42

statim ei dicitur : *Pulvis es. Quid hoc aliud est, nisi mortuus es?* qui namque pulvis est, jam mortuus est. Indicant hoc etiam ipsa prohibitionis verba ; dixit enim Deus Gen. 2. *In quocunque die comedeleris ex eo (ligno vetito) morte morieris*, ergo ipso die comedionis qui discessum Adami ex hâc vitâ præcessit 930. annis, Adam jam mortuus erat. Mortui estis & vos, & quidem ipso die, quo nati estis. Dicet fortè quispiam : Falsum hoc est & ludicerum ; quâ, quælo, ratione verum hoc esse mihi persuasero ? video enim, quod non sum mortuus, homo sum vivens ex carne & ossibus, animâ & corpore vegetus, edens, bibens, ambulans &c. quæ omnia viventis sunt actiones, & à mortuis longissimè remotæ. Erras certè & falleris, ô homo ! qui hæc dicis: non dispuo, nec nego te habere vitam, sed dico tantum, quod vivens mortuus sis & mortuus vivas. Erras quoque, dum actiones tuas à mortuis remotissimas esse existimas. Melius dices cum Davide : Regum 20. v. 3. *Uno tantum gradu ego morsque dividimur.* Scitum est philosophicum : Quod parum distat, nihil distare videtur. Vixeris etiam ad annos Hyperboreos, quos mille annis vixisse tradunt quidam apud Strabonem ; quid tunc ?

Bre-

Breves dies hominis sunt, ait Job cap. 14. Punctum est quod vivis & puncto minus. Nullo etiam dic, nullâ horâ, imò nullo momento securus es, ne ego te præveniam, vitamque tuam adhuc virentem & florentem velut fænum falce meâ ferali succidam. Ad quid ergo curæ tuæ? O miser! quantum pro cupiditate hujus faculi discurris! aut quid superbis, vel luxuria infelicia membra submittis? Attende ad me & intellige & considera me. Hoc quod tu es, ego fui, & quod ego sum modo, tueris postea. S. August. serm. 66. ad FF. in Eremo. Dic mihi, ubi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora fuerunt? Nihil ex eis remansit, nisi cineres & vermes. Attende diligenter, qui sunt & fuerunt, sicut ta comederunt &c. Perpende dictum Anonymi apud Cornel. Ezech. 19. v. 9. Mundi gloria & prosperitas non est diuturnior, nec constanter, quam sit serenitas hyemis, tranquillitas nautis, stabilitas Luna. Considera frequenter & cordi duc sententiam Nysseni Hom. 11. in Cantica: *Somnia sunt magistratus opes, potentia, fastus, voluptatum impostura, gloria cupiditas, vita delicata, ambitio &c.*

Intellexisti hæc omnia? Hæc sunt, quæ ad tuam doctrinam, ad tuam instructionem tibi proponenda duxi. Vale interim, ô homo! & considera. Dixi.

Cru-

Crudelitas mortis.

Mors, prô dolor! non acceptum electio-
ne, sed usurpatum per tyrannidem in-
terris imperium, æquâ, imò iniquâ lege in-
omnes adeò crudeliter exercet, ut erectâ in
sceptrum falce Cæsareo quasi jure cædat om-
nia, & terribilium omnium terribilissimum
esse reponat inter titulos sævitiae suæ. Invo-
lat hæc in folia Regum & Cæsarum sine metu
de crimine læsa Majestatis; supplantat coro-
nas & sceptra, nec se ambitu putat teneri.
Decuit Thiaras & Insulas, nec sacrilegium
veretur. Ipsum adeò salvificæ Crucis signum
pede calcat, nec impietatem existimat. Nik
hic Præsules sua consecratio, nil Cæsares
Majestas, nil Reges potentia, nil Heroes
robur, nil probos innocentia, nil juvenes æ-
tas, nil senes reverentia adversus immitis
imperii violentiam defendit. O inhumanum
in genus humanum imperium! Hoc enim
verò est homines regere in virgâ ferreâ, &
tanquam vas figuli confringere filios Adam;
sicque verè verificatur illud Psal. 72. v. 4.
Non est respectus morti eorum.

O mors immitis & inexorabile fatum!

Ossea

Ossea mortis compago oculis caret, nec hominis submissionem, quantumvis humilem ac profundam respicit: auribus destituta precibus nullis, etsi blandis flectitur, corde spoliata alienis calamitatibus non emollitur. Verbo: undique inexorabilis, & ad quævis hominum vota præ marmore dura est. Unde Lemma: *Nullo flectitur obsequio.*

Sola Dearum mors munera non amat, non admittit dulcis partem speciei, ita Æschylus,

Crudelis ubique luctus, ubique pavor, & pluriima mortis imago. Virg. i. Æneid. Mors ipsa est crux horribilis, ad quam quotidie festinas. Vide quomodo mors crucifigit, crura distenduntur, manus & brachia decidunt, pectus anhelat. S. Bern. serm. de Villic.

Non miseretur inopiam, non divitias reveretur, non generi cuiuslibet, non moribus, non ipsi denique parcit ætati. S. Bernard.

O mors crudelis! truculentis horrida telis!

Omnia tu sternis, fortissima & agmina spernis.



Symbolum.

R. P. Maximilianus Sandæus in sua Theologia Medicâ Li. 3. comment. 5. Symbolo 6to fol. 74 col. 1. refert, quod Viri cuiusdam nobilis Filius, in quo spes familiæ sita erat, Ordinem Religiosum ingressus fuerit; id autem tam ægrè rulit Parens, ut confessim ad Religiosorum domicilium advolârit, omniaque minis & querelis impleverit, ferrum etiam & ignem intentans, nisi unigenitus sibi restitueretur. Advocatur adolescens, patri sistitur, fit abeundi potestas: securum se Patrem dicit Filius, si Pater, quâ pollebat potestate, hoc efficeret, ut in paterno imperio Lex non amplius obtineret, quâ æquè citò mori adolescentes ac viri consuevissent. Hoc audito stetit attonito similis Pater, & moritò, cuius enim potestas (solo Deo excepto, qui est Dominus vita & mortis) se eò usque extendit, ut etiam morti possit imperare. Certè si hoc aliquis attentaret, mors nullam prorsùs ad talem legem faceret reflexionem, sed potius consuetam suam crudelitatem in genus humaanum exerceret. Magna certè est crudelitas Martis, *Sanguine qui fadas gaudet habere manus*: sed multò major crudelitas Mortis, quæ contra istum non immeritò posset usurpare illud Artotrogi de Pyrgapolonice: Mars

----- Mars hand ausit hiscere
Neque equiparare suas virtutes ad meas.

Cum ergò tanta sit atrocitas, tanta immanitas Mortis, eam symbolicè denotatam esse dicerem per cete illa grandia, quæ crevit Deus Gen. I. v. 21. Per hæc cete grandia accipiunt Judæi balænas maximas, quarum duas tantum esse creatas tradunt. Eaturum tantam suissè voracitatem assertunt, ut si ambæ remansissent, pisces omnes devorâssent, & naves omnes absorbuissent. Quare ultrius fabulantur, quod Deus sæminam occiderit, eamque reservet justis ad epulandum tempore Messiae: masculum verò fingunt in vivis retervari à Deo, ut cum eo certis horis ludat singulis diebus, juxta illud Psal. 103. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.* ubi hebræi legont: *ut ludas cum eo* Hæc sunt quidem deliria istorum sapientum; nihilominus voracitas istarum balænarum exhibet nobis genuinam imaginem Mortis, quæ etiam nemini parcit, sed omnes successivè devorat, & multos præmaturè, quibus meritò annumerantur Calingi, si verum sit, quod Duris quidam refert apud Plinium Li. 7. cap. 2. scilicet Calingos Indiæ gentem octavum ætatis annum non excedere.

Desi-

Desiderium Mortis.

Tot ac tantæ sunt hominis in hâc vitâ miseriæ ac calamitates; tam frequentes sunt venatorum laquei & invidorum insidiae, ut eas penitiùs perpendens meritò ingemiscat cum Psalmistâ dicente: *Heu mihi, quia incolatus mens prolongatus est.* Psal. 119. v. 5. & cum Paulo ad Rom. 7. v. 24. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Tale desiderium mortis etiam habuit Job, quamvis singulare patientiæ speculum fuerit; unde cap. 10. v. 1. gemebundus ait: *Tedet animam meam vitæ mea, & cap. 14. v. 14. Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* & cap. 10. v. 20. *Nunquid non paucitas dierum meorum finietur brevi?*

Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Psal. 41. v. 3.

Transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei. Psal. 41. v. 5.

Cupio dislòqli & esse cum Christo, ad Philipp. 1. v. 23.

Bonum est mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet, 1. ad Cor. 4. v. 15.

Sen-

Sententiæ Patrum.

Quis non peregrinè constitutus properaret in patriam regredi? quis non ad suos navigare festinans ventum prosperum cupidius optaret, ut velociter charos liceret amplecti? Patriam nostram Paradisum computamus: parentes Patriarchas habere cœpimus. Quid non properamus & currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare possimus? S. Cyprian. Tract. de Mortalit.

Probarū quidem ille est, qui mortem singulis diebus exspectat: sed ille sicut sanctus, qui hanc singulis horis desiderat. Climacus gradu 6.

Si anima vel minimum olfaceret, vel quoque modo prænosceret decorem Dei, non semel tantum mortem oppeteret, ut eum in sempiternum videret, sed mille, licet acerbissimas mortes, læta subiret, quod saltē per temporis instans illum cernere posset, ita S. Joan. à Cruce de flammâ amoris fol. 365.

Flebo, quia abest, quod desidero; flebo, quia adest, quod non amo. Non amo præsentem infelicitatem, desidero futuram beatitudinem. ita Hugo à S Victore cap. 51 in psalmos. idem cap. 15. Omnis mora desideranti longa est.

C

Sym-

Symbola,

I.

Ventus sub terrâ clausus, cā tandem per-
ruptâ, emergit in altum. Sic divini
hominum spiritus in his terris, veluti in car-
cere, constricti, tamdiu suspirant, donec perfra-
cto corpore ad cœlos evolent.

2. Navim in alto mari exhibuit quidam ita
loquentem : *Alium desidero mundum.* Sic
anima Dei amore abrepta votis & velis om-
nibus ex hoc mundo levari desiderat.

3. Navis in vasto pelago constituta ad port-
um properat : nam, ut ait Seneca, *Portus est*
aliquando petens, *nunquam rennendus.*
Epist. 70. Est autem, si Plinio fides, *Mors*
portus tutissimus, & teste Senecâ, *portus ater-
nâ placidus quiete*, si scilicet animæ pia ratis
ad campos appellat Elyrios, puta ad Jeruſa-
lem cœlestem.

4. Cervus sitiens celeri gressu festinat ad fon-
tes aquarum. Sic & nos Patriæ desiderio im-
pulsi dicamus cum Davide Psalm. 41. v. 1.
Quemadmodum desiderat cervus ad fontes
aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.
Ita sitiebat ad Deum S. August. cap. 34. So-
liloq. tom. 9. dum ita suspirabat : *O fons vita*

vena

vena aquarum viventium, quando veniam ad
aquas dulcedinis tue de terrâ desertâ, invia
& inaqnosâ, ut videam virtutem tuam, &
gloriam tuam, & satiem ex aquis misericordie
tuasim meam? sitio Domine, fons vita, sa-
tia me; sitio Domine te Deum vivum.

5. Avicula laqueis Aucupis irretita laquei
contritionem desiderat. Corpus est vincu-
lum animæ, à quo hæc absolvit anhelat, ut
de eâ dici possit illud Psalm. 123. v. 7. *Sicut*
passer erecta est de laqueo venantium. Certe
verissimè scripsit S. Paulinus Epist. de Gazo-
philacio: *Ubique præcenti latent laquei, ubi-*
que stricti sunt gladii. Inter infidus & pug-
nas vita transigitur, & per ignes doloso cineri
suppostos ambulamus. Consentit S. Ambro-
sius Lib. de bono Mortis, ubi docet, *Vitam*
haec esse sylvam plenam laqueorum. La-
queos hos enumerat Li. 4. in Lucam dicens:
Multi laquei, quacunque progrediuntur; la-
quei in corpore, laquei in lege, laquei in pinnis
templorum, in crepidinibus parietum tendun-
tur à Diabolo. Laquei in Philosophis, laquei
in cupiditatibus; oculus enim meretricis la-
queus est peccatoris. Laqueus in pecunia, la-
queus in Religione, laqueus in studio castitatis;
Exquis enim momentis mens inclinatur huma-

na, & huc atque illuc pro versutiâ suadentis
 impellitur. Novem præcipios laqueos sin-
 gulis hominibus extensos aperit Hugo Car-
 dinalis super Psalmos. 1. laqueum corpora-
 lem. In laqueo suo humiliabit eum. Psal. 9.
 v. 33. 2. malum exemplum. Laqueus facti
 estis speculationi. Osee 5. v. 1. 3. speciem
 mulierum, quia laquens venatorum est. Eccl.
 7. v. 27. 4. Decorem creaturarum, quæ
 sunt in muscipulam pedibus insipientium. Sap.
 14. v. 11. 5. Carnis voluptatem. Tenebitur
 planta ejus laqueo. Job. 18. v. 9. 6. Digni-
 tatum ambitionem. Absconderunt super-
 bi laqueum mihi. Psal. 141. v. 4. 7. Oc-
 cultam dæmonum suggestionem. Absconda-
 mus tendiculos contra insontem. Prov. 1. v.
 11. 8. Verborum fallaciam. Narraver-
 sunt, ut absconderent laqueos &c. Psalm. 63.
 v. 5. 9. Hypocrisim, seu simulationem.
 Isto laqueo capiuntur præbendæ & dignitates
 & decipiuntur Prælati. Eccli. 9. v. 20. in medio
 laqueorum ingredieris, & super dolentium
 arma ambulabis. Hæc Hugo.



Abraham, ut dicitur Gen. 25. v. 6. Obiit in senectute bona, plenus dierum, id est, ut habent hebræa, vivendi satur & cuncti piens dissolvi.

Elias sub umbram juniperi se abjiciens ac dolens in idololatriâ Regem Achab esse obstinatum, atque uxorem ejus Jezabelem, dixit 3. Reg. 19. v. 4. Sufficit mihi Domine, tolle animam meam.

Jeremias, licet in utero sanctificatus, tot tamen hominum scelera & calamitates viræ cernens ait cap. 20. v. 17. Maledicta dies, in qua natus sum &c.

Quomodo Job, Rex David, & S. Apostolus Paulus suspiraverint ad mortem, patet ex eorum verbis suprà citatis. S. Simeon senex, Christum ulnis stringens, cantabat Luke 2. v. 29. Nunc dimittis servum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. q. d. Antequam te tenerem, tenebar vincitus à meo corpore: nunc Salvatorem tenens sentio vincula dissolvi. Unde de eo S. Ambros. Li. de bono Mortis cap. 2. ait: Quasi necessitate dereretur in hac vitâ, non voluntate, ita dimitti petit, quasi à vinculis quibusdam ad libertatem festinaret. S. Joannes jam senex, optansque Christo frui in fine Apocal. ait: Veni Domine Iesu.

Quinimodo Christiani omnes in primitivâ Ecclesiâ ad mortem suspirabant, unde Tertullian. Li. de spectaculis, cap. 28. ait: *Quod est aliud votum nostrum, quam quod & Apostoli? Exire de seculo.*

S. Augustinus, cum Hipponem à Vandalis Arianis obsideri cerneret, mortem optabat, & vitam sibi oneri esse dicebat. Idem Solil. cap. 1. ita orabat: *Eja Domine, moriar, videam, ut hic moriar, nolo vivere, nolo mori. Dissolvi cupio & esse cum Christo. Mori desidero, ut videam Christum, vivere renuo, ut vivam cum Christo.*

S. P. Franciscus Assisiensis, paucis diebus ante obitum percontatus est Medicum, quid sibi de infirmitate, quâ laborabat, videretur: Cui timidè respondent: *Bene tibi erit per gratiam Dei, hilari ac intrepido vultu, reposuit S. Pater: Dic mihi clare, quid tibi videtur? Noli timere, quoniam per gratiam Dei corculus non sum, ut mortem timeam; cooperante enim Spiritûs S. gratiâ ita Domino meo unitus adhæreo, ut nec de morte mœstus tristabor, nec de longiori vitâ magis gaudebo: æqualis mihi erit in morte ac in vitâ lœtitia.*

S. Joannes à Cruce, sciens per revelationem se moriturum circa 12. noctis, ultimâ die inquisivit circa horam octavam: *quotas sit hora?*

&

& accepto responso exclamavit: *Heu tamdiu ad huc commorandum est in hac vitâ!* Horâ nonâ idem inquisivit, câque cognitâ subiunxit: *Adhuc tres hora restant?* incolatus meus prolongatus est. Medio autem duodecimnæ dixit: *Jam hora mea appropinquit.*

Lætos dies transigo, sperans intrâ paucos dies futurum, ut evocer à Deo è terrâ mortientium ad patriam viventium, ab hominum consortio ad Angelorum, Sanctorumque societatem. Ita S. Aloysius Gonzaga S. J. in quâdam Epist. quam refert P. Virgilius Ceparius in ejus vitâ Li. 2. cap. 8. in fine.

S. Theresia ad horas singulas exclamabat: *Ejaage, jam unâ horâ es propinquior dilecto, quo in æternum fruaris, nimirum: Vilis ei sit ipsa salus sui corporis, quia transfixa est vulnere amoris.* S. Gregor. Hom. 15. in Ezech.

B. Catharina Genuensis tanto desiderio æstuabat in regione vivorum complecti Christum, ut, quoties officio defunctorum interfasset, nunquam gravius indignaretur, quam si binon parentari.

S. Maria Ogniacensis, ultimo vitæ suæ anno propinquante, cum Christum Dominum familiariter amplexaretur, suspirabat: *Nolo Domine, ut sine me recedas, non cupio hic morari amplius, domum ire volo.* Card. Vitriaco L.

Divitum Mors.

ARISTOPHANES in Pluto Act. scen. 2. Ali quando non ineptè dixit: *Siquid præclarum, aut pulchrum, aut gratum denique inter homines existit, per Plutum (Deum opum) maximè existit, nam pecuniae obediunt omnia.* Nihil tam absconditum, quod divitiae non eruant; nihil tam carum, quod non coëmant; nihil tam sublime & inaccessum, quod non obtineant. Ipsæ sunt hujus vitæ firma protectio; ipsæ, quibus Regibus & Principibus hujus sæculi ad voluntatem eorum obsequimur; ipsæ, quibus tranquillitatem, libertatem & amplissimos honores mereamur; ipsæ tandem nonnunquam homines abjectissimos nobilibus viris similes faciunt, & ad supremum imperium evehant. Ecce! quanta vis pecuniae, unde non immergit Thuanus: *Et passim pestitur Regina pecunia rerum;* ipsa enim est quasi *Regina*, cui vocanti & imperanti omnes & omnia se fistunt, obediunt & imperata faciunt, ait Cornel. in libr Ecclel. cap. 10. v. 19. Sola mors est, quæ pecuniae nec patet, nec obedit; Hæc enim nullis flectitur aut corrumpitur divitiis, sed in Crœsum æquè ac Irum suas

suas vibrat ac emitit sagittas. Unde benè de
cā canit Poëta.

Hæc nec thesaurum, rutilum nec respicit
autum:

Interimens Irum, nec tardat cädere Cyrum.

Mortuus est & dives, ait Scriptura
Lucæ 16. v. 22. interim, ut benè ait Plato:
*Molestior est fortunatis mors, quam laboriosè
viventibus.* Unde S. Chrysost. apud Antonium in Melissā ait: *Mors hominis divitis &
fortunati est duplex;* quia anima ejus æquè ad-
hæret divitiis & felicitati, ac etiam corpori:
quate, dum ab utrisque avellitur, duplīcem
quasi oppetit mortem. Unde multi in morte
suspirant, quod suas opes relinquere debeant.
Vis ergò, ut mors ejusque memoria non te tor-
queat: vivens à te abdica delicias & opes, aut
certè affectum ab eis averte, eumque in Deum
confer, uti fecrē Abraham, Isaac, David,
ceterique SS. Reges & Patriarchæ, ait Cor-
nelius à Lap. in illud Eccli. 41. v. 2. *O mors!*
*quam amara est memoria tua homini pacem
habenti in substancialiis suis: viro quieto & cuius
via sunt directe in omnibus, & adhuc valenti
accipere cibum.*

Sapientissimè olim monuit Psaltes Regius
Psal. 61. v. 11. dicendo: *Divitiæ si affluant,*

nolite cor apponere, ne scilicet alicui obisci possit illud Math. 6. v. 21. *Ubi est Thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Fatui revera & stulti sunt illi, qui cor apponunt ad fluxas & perituras mundi divitias. Audiant, quod scribit Seneca de Providentiâ cap. 5. *Accipimus peritura peritari.* *Quid ita indignamur? quid querimur? ad hoc parati sumus.* Utatur, ut vult, suis natura corporibus: nos lati ad omnia & fortes cogitemus, nihil periire de nostro. Perpendant illud Apost. I. ad Tim. 6. v. 9. *Qui volunt divites fieri, incident in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa & nociva, que mergunt homines in interitum & perditionem.* Sumant cordi illud Ambrosii, qui in textum Psalmi citatum ita discurrit: *Vides, quia fluunt: non vides, quia praeterflunt?* *nudus es natus, nudus moriturus es.* *Quid excipere queris, quod tecum auferre non possis?* consonat huic S. August. dicens: *vel hoc time, divitiae si fluant.* *Non vides, quia, si ibi cor posueris, & tu flues.* Et S. Basilius: *Fluxa est divitiarum natura; suos possessores torrente prærapido, ocyus prætercurrunt, alios alio modo apta mutare Dominos.*

Sym.

1. *E* quo mo
Magnates, qu
mocem non
merent somni
omnes viri di
3. v. 6. Re
seplida co
Psal. 43. v.
2. Pyrobo
fuerit, flam
mox edito
Lemina: P
lenaria ait:
Principum
Campanar
monitut al
magnum fo
& superc
memoria
niti melius
Poëta can
O dives di
Vilior es
Colligat
Hoc sicut

Symbola.

1. **E**Quo mortuo inscripsit Masenius: *Nuper honori, nunc horreri.* Ita sanè divites, & Magnates, quos nuperimè adoravimus, post mortem non sine horrore aspicimus. *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.* Psal. 75. v. 6. *Relinquent alienis divitias suas; & sepulchra eorum domus illorum in eternum.* Psal. 43. v. 11.

2. Pyrobulus Cartaceus, postquam accensus fuerit, flammeum in aëte syrma describit, & mox edito sonoro crepitu evanescit. Unde Lemma: *Perit cum sonitu.* Jacobus de Valentia ait: Memoria divitium & magnorum Principum Christianorum periit cum sonitu Campanarum & cymbalarum. Nam, cum moritur aliquis dives malus, communiter fit magnus sonitus campanarum & exequiarum; & sic periit memoria ejus, quia nihil dignum memoriam dimitit in mundo. Multò, imò infinitè melius facit ille, qui sequitur monitum Poëtæ canentis:

O dives dives! non omni tempore vives,
Vilior es fumo, mox tumulandus humo.
Collige thelaurum, qui gemas vincit & aurum:
Hoc si ditēris, filius axis eris.

60 Divitium avarorum mors.

ANANIAS & SAPHYRA conjuges, quia ex avaritiâ partem pecuniae de agro vendito retinuerant, ambo subitanâ morte extinti sunt. Act. 5.

Dives epulo, qui micas de mensâ cadentes denegarat pauperi Lazaro, mortuus & sepultus est in inferno. Petebat ibidem guttulam aquæ ad refrigerandam linguam suam præ ignis ardore æstuantem, & non impetravit. Lucæ 16.

Gregorius Turonensis de gloriâ Martyr. cap. 106. narrat, ex sepulchro cuiusdam faminae avaræ auditæ fuisse lamenta, & vocem dicentem, se in igne aureo torqueri, eoque aperto Parochum vidiisse, aurum liquefactum cum sulphure in os defunctæ infundi.

Jacobus de Vitriaco Cardin. in spec. Exempl. Dis. 9. cap. 216. narrat, quod aperto sepulchro cuiusdam usurarii visi sunt Bufones aureos ardentes per os ejus projicere, & de ventre iterum extrahere. Alii dicunt, dæmones pecuniam in sartagine liquefecisse, & in os defuncti infudisse, dicentes cum clamore horribili: *Aurum fitisti, aurum bibe.*

Aliud terribile avaritiæ punitæ exemplum narrat Munsterus Li. 3. Cosmographia de Hattone Moguntino Archi-Episcopo Anno Dom 914. qui pauperes vocans mures, & qua-

Si mures fame perire permittens, justam Dei vindictam à muribus, perinde ac Pharao à ranis & muscis, invasus, ac tandem ad turrim, quæ etiamnum in medio Rheni visitur, confugiens, ibi ab eisdem peremptus & devoratus est. Verum banc Hattonis à muribus comedisti historiam multis refutat Serarius in Moguntiâ Li. 4. cap. 4. & 5. dicitque fabulam ortam à Popielo Polono Principe, qui job crudelitatem à muribus comeditus est. Ita Cornelius in Epist. 1. ad Tim. cap. 3. v. 3.

Huc etiam spectant exempla avarorum, qui auro suo puniti vel occisi sunt. Parthi cœso Crasso aurum in os occisi infuderunt, ut Tomiris Regina Scytharum in os Cyri cœsi. Eodem supplicio Sigismundus Imperator multeavit Philippum Florentinum, ducem suum contrâ Venetos, quod in Hungariam re infectâ auto corruptus revertisset. ita Sabellius Enneade 9. Lib. 9. Memorabile est etiam, quod scribit Haitonus Armenus in Historiâ de Tartariâ cap. 26. An. Christi 1258. inquit, Calyphas Babylonis Rex turrim habebat refertam auro, argento & variis lapidibus pretiosis: atque obsidione cinctus, ne thesauros attingeret suos, contempnit milites evocare. Verum expugnatâ urbe eidem turri sine cibo inclusus est: Paulò post ibi fame enectus miserè periit.

Mors beneficorum in pauperes.

Non memini me legisse, malâ morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit, ait S. Hieron. in Epist. ad Nepotianum. Reverâ Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem; in die mali liberabit eum Dominus. Psal. 40. v. 2. Misericordem juvat Deus in vitâ, deinde in morte, tandem in æternitate.

Primo in vita. Hoc exprimit Psalmista dicto jam Psal. v. 3. his verbis: *Dominus conservet eum & vivifiet eum, & beatum faciat eum in terrâ, & non tradat eum in animam inimicorum ejus.* Hec verba dicuntur quidem deprecationis modo, promissionem tamen continent, ait Le Blanc. Optatio ista promissio est. In adferendis ad hanc rem exemplis modò me non detineo, quia ad alia propero. Sufficiat unicum illud, quod de se dicitabat S. Joan. Patriarcha Alexandrinus, cognomento Eleemosynarius, nempè: *Quo plura ero ego in pauperes, eo plura semper & majora à Deo recipio.*

Secundo in morte. *Dominus operem ferat ei super lectum doloris ejus.* v. 4. Per lectum hunc doloris S. Chrysost. Hom. 2. & Hesychius hîc accipiunt diem mortis: Mors enim, ait Hesych. propter judicii metum peccatoribus dolorem adfert, sed in tempore mortis pauperum amatori Deus opitulatur. Eleemosyna

hostes spirituales (qui nos in agone mortis maximè exructiant) à nobis removet , nempe peccata & dæmones , juxta illud Eccles. 3. v.
 33: Ignem ardenter extinguit aqua , & eleemosyna resistit peccatis .

Tertio denique in morte & æternitate . Reo homini nullum est adjutorium , nisi mens larga & eleemosynæ copiose , ait Salvianus Episc. Massiliensis Li. 3. de Providentiâ . Eleemosyna peccata delent , mortem perimunt , & pœnam perpetui ignis extinguunt , ait S. Leo Serm. 5. de collectis . Amoris in egenos qui induerit purpuram , regni cœlestis compos efficietur , ait Agapetus Papa Epist. Paræn. ad Justinian. Imperatorem . Patrimonium Deo creditum non respublica eripit , non fiscus invadit , nec calumnia aliqua forensis evertit ; in tuto est hereditas , quæ Deo custode servatur , ait S. Cyprianus de oper. & Eleemos. Si ergo sapi , ô dives ! sequere consilium Augustini serm. 172. dicentis : Sanguina pauperum viscera , & anima tua munericibus sanitatis pinguescit ; vesti nudum , & tua peccata coniecta sunt . Attende , quid dicat S. Leo serm. 4. de Collectis : Faciles sint in alimento miserorum , qui cupiunt ad societatem pertingere felicium . Misericordibus dicet Christus in judicio : Venite benedicti Patris mei , esurivi enim & dedistis mihi manducare &c.

Do-

Doctorum Mors.

O Diram mors! usquequò non parcis abri-
pere in tenebras & in umbram mortis:
Viros, qui sunt dominantes in potestatibus suis,
homines magni, virtute & prudentia sua pre-
dicti Sc. Eccli. 44. v. 3. Omnes isti in genera-
tionibus gentis sua gloriam adepti sunt, & in
diebus suis habentur in laudibus, ibid. v. 7. Qui
enim dilecti fuerint, fulgebunt quasi splendor fir-
mamenti. & qui ad iustitiam erudiunt nultos, qua-
si stelle in perpetuas aeternitates. Dan. 12. v. 3.

Quām gaudeo, cum aliquos mites ac sapi-
entes viros diu vivere video &c. quia prolunt
pluribus! similiter, cum hujusmodi decedit,
quamvis longā senectute depositus, afficior,
quia destituitur grec juvēnum muro senili. S.
Ambros. Li. 2. de Abel cap. 3.

Audite jurisconsulti per abbreviationem JCTI!
Mortis sagitta vos tetigit, cecidistis leti, ab-
breviati. Scripsistis vos D. J. U. & non man-
sistis DIU. Abiistis & naturae jura solvistis. Evo-
cavit vos iustitia ad libram; nunc vestri pul-
veres vix ponderant dipondium. Viator! disce
ex hoc cinere in codice juris primam & ulti-
mam legem esse mori. Justinianus, Bartholus,
Baldusque L. debes. & L. vasa collige §. citaris
seu replicent, seu triplicant, coguntur ad tribu-
nal.

Sym-

1. **D**Octores tanquam Arcturi, nunquam occidentis, lucida sydera stabili fide semper fixi steterunt, & lucem fiduci fundentes erroris occasum nescierunt. Rupert. Abbas Li. 3. in Joannem.

2. Hesperus post solem occiduum oriens à P. Jacobo Matemo Epigraphen accepit: *In occasu oritur. Sic in mortis occasu stella illustrissima, nempe famæ nunquam intermoriatur, oritur: Sapiens in populo hereditabit honorem, Et nomen illius erit vivens in aeternum,* ait Siracides Eccli. 37. v. 29.

3. Magni nominis viro è vivis sublatò Are-sius solem sub Ecclipsi latenter statuit addito lemimate: *Non magna pars, subintellige tegitur. Et si enim corporis & membrorum compages sub mortis umbram delitescat, haec tamen ignobilior hominis particula facile perditur, nec illius jactura adeò gravis censemur, dum doctrinæ splendori &c. nihil exinde decedit.* Sic Horatius Lib. 3. carm. ode 30. sibi metipsi canit: *Exegi monumentum are perennius, regalique situ pyramidum altius: quod non imber edax, non Aquilo impotens possit diruere, aut innumerabilis annorum series Et fuga temporum: non omnis moriar, multaque pars mei vitabit Libitinam.*

G (66) G
Symbola Doctorum.

I.

IN Judæa proverbium est , ut , cùm quid pulcherrimum significare vellent , dicerent : *Pulcher vel pulchrum non est ut Libanus* , quia Judæa n̄l pulchriùs habet Libano. Hic est omnium Syriae montium altissimus , amoenissimus & fœcundissimus . Mons iste thure , pinis , abietibus , cedris , cypressis , aliisque resinosis arboribus abundat . Deinde omne sylvestrium terarum , canorarumque avium genus in eo admodùm frequens est . Denique ex Libano erumpunt plura & magna flumina , puta Jordanis , Chrysorrhoas , Eleutheroc , Leon , Lycus , Adonis & fons hortorum .

Scholam Sapientum monti huic Libano non ineptè comparaveris ; quid enim in terris nobilius , quid opulentius , quid speciosius est sapientia ? audi Cornel. in cap. 7. Proverb. v. 4. ita dicentem : *Sive enim nobilitatem quaras , illa nobilissima est ; sive divitias , illa opulentissima est ; sive speciem , illa speciosissima est*. Unde gentiles (ut notat idem Danielis 2. v. 46.) homines sapientia aut virtute excellentes quasi Deorum filios olim adorabant . In monte hoc Libani eminent in primis enodes , imputribiles & odoratae Cedri , puta Viri sa-

piantes

pientes & Doctores. Cedrus inter alias arbores eminet *primo* Altitudine, quæ tanta est, ut Plinius L. 16. cap. 40. referat, in Cypro succisam fuisse Cedrum, altitudinis centum triginta pedum, crassitudinis verò ad trium hominum complexum. Sic etiam docti quasi Cedri aliis præminent, quia per sapientiam sunt Dii quidam terrestres, inter quos meritò computandus venit Solon, unus ex septem Sapientibus Græciæ, patriâ Salaminus, de quo illud Tonaris ad Anecharsin elogium: *Omnia jam viso Solone conspexisti; hoc sunt Athena, hoc est ipsa Gracia.* 2dò Rectitudine; Cedrus enim enodis & rectissima est. Sic etiam sapiens nihil dat favori, gratiæ, timori, respectui humano, sed rectissimè ad æternam veritatem, legem, voluntatem Dei, quæ omnis rectitudinis est forma, se adaptat & conformat. 3tò Soliditate; Cedrus enim solidissima est & quasi ossea. Sic etiam sapiens solidus est, tum in suis rationibus, quâ sententias suas stabilit, tum in constantiâ, dum nullâ adversitate frangitur. 4tò. Incorruptione; Cedrus enim cariem, tineam & vetustatem non sentit, hinc res aliae, perunctæ oleo cedrino cariem aut tineam non sentiunt. Hinc olim libros perungebant oleo Cedrino, quos proinde cedratos vocat Plinius, qui à tineis illæstintegrique durabant per multa

multa sœcula. Tales fuisse libros Pythagoricos, qui defossi in terrâ post 535. años integri reperi sunt, tradit Plinius L. 13. cap. 13. Quae etiam scripta lectu digna vocantur *Cedro dignissima*. Si ipsa scripta Cedro dignissima sint, quidni & ipse sapiens, qui talia scripsit.

Eminent etiam sapientes incorruptione, quia nullâ voluptate, adulazione & blanditiis enervantur. *5to Duratione*; *Cedrus enim diutissimè durat*; unde æterna indigitatur juxta illud Plinii: *Cedrum commendat aeternitas*. Sic etiam æterna est sapientia, siue studiosos aeternat, imò donat gloriâ & regno æterno. *6to Fructu*; *Cedri enim apud Fracæstorum* *2 Syphil.* hoc est elogium: *Semper flore novo redolens*. Sic etiam ingenia fæcunda recentibus intellectus sui floribus litteratorum lycea quasi continuo recreant. *Aeneas in campis Elysiis* invenit arborem aureis pomis onustam, ex qua, si decerpsum fuerit pomum, statim aliud succrevit. Unde cecinit: *Uno avulso non deficit alter*. sic etiam doctis uno mentis conceptu avulso non deficit alter. *Fructus Cedri* sunt dulces sapore; sic etiam fructus sapientiae, licet ab initio amari & asperi videantur, mox tamen dulcescunt, ac tandem dulcissimi evadunt. *7timò Odore*, quo fugant & occidunt

dunt serpentes, teste Plinio L. 24. cap. 5. sic, ut ait Rabanus, *Sapientes Doctores virtute Verbi cœlestis solent venenata hæreticorum dogmata repellere &c.* Et tavo Vi medicandi, quia resinâ suâ variis morborum generibus medetur. Sic etiam sapientia omnibus animi ægritudinibus medetur, easque vel sanat, vel lenit.

Deinde in hoc monte Libani canorarum avium agmen admodum frequens est. Aves reveræ canoræ sunt docti & sapientes, qui amænissimo dogmatum suorum sono aures & mentes aliorum demulcent. Hac ratione Dionysius Areopagita vocatur *Volucris Cali*, à S. Chrysost. Hom. de falsis Prophetis. S. Basilius vocatur à S. Gregorio Nysseno *Aurea dogmatum philomela*. & S. Augustinus à S. Hieronymo Epist. 4. *Episcopus volans per montium cacumina quasi Aquila*. Denique ex hoc Monte Libani erumpunt maxima quædam & celeberrima sapientiae flumina. Sapientiam non solum adumbrant Poëtæ Fonte Castalio, ad Parnassi radices erumpente: sed & sacra Scriptura, ut notat Cornel. Eccli. 1. v. 5. sollet eam comparare aquæ, flumini, mari ob multas ejus cum his analogias; quia scilicet, sicut aqua aridam, plantas & homines sitientes; sic sapientia mentes aridas & sitientes

tes-

tes irrigat, saturat, inebriat, vivificat, lætitiat, imprægnat, fæcundat. Unde illud Eccli. 24. v. 40. *Ego sapientia effudi flumina sapientiae, ego quasi trames aquæ immensa de fluvio; ego quasi fluvii Dioryx & sicut aqua ductus exi vi de Paradiso.* Bene ergo S. Hieron. Epist. 13. ad Paulin. Laetantium intitulavit, quod sit quasi quidam fluvius eloquentia.

2. Campus, dum semente respergitur, Epigraphen legendam offert: *Ditor, ut ditem.* Sic etiam sapiens compluribus scientiis ad aliorum infirmitatem juvandam à Deo exornatur. Unde S. Bernardus serm. 53. ex parvis: *Hujusmodi dona propter alios dantur, scilicet ut alii edificantur.*

3. Quemadmodum arboris ramus, quod est plenior, èo est gravior, quanto plures & uberiiores fructus profert, tanto profundiùs se abjicit; sic qui sapientior est, humilior est; quod quisque magis est sapientiae fructibus onustus, èo magis se deorsum submittit, & inclinat. Ita Hector Pintus in cap. 2. Ezech.

4. Radices Lauri, quamvis à falce fuerint incisæ, complures tamen adhuc surculos progerminant. Unde Lauro sic incisæ additur Lemma: *Non omnis moriar.* Sic etiam doctus in posthumis suis voluminibus semper est

vici-

Scena XI.

71

victurus. Unde Propertius ad Cinthiam: *In-*
genio stat sine morte decus. & Horatius de se
ipso Li. 3. Carm. Ode 30. *Non omnis morior,*
multaque pars mei vitalit Libitinam.

5. Hedera epigraphen sustinet: *Exterius*
viridis, cetera pallor habet. Sic etiam litterati
studiis fatigati maciem ac pallorem, simulque
famæ nunquam intermorituræ viorem con-
trahunt.

Palescunt studiis, laus diurna viret.

6. Ager complutibus spicis, tam erectis,
quam inclinatis consitus, Epitaphen tenet:
Pendent onusta. Inde argumento haud vulga-
ri disces, hominem, quod majore sapientia,
valore aut merito gavisus fuerit, eò humiliùs
de se ipso sentire. Unde Justus Lipsius in Dis-
punct. *Sicut in segete spicarum vacua attol-*
lantur, gravidae & feraces inclinant; i a quo
quis sapientior, eò magis se demittit.

7. Non immeritò Doctores sancti Hyadum
nuncupatione signantur. Græco quippe elo-
quio Hyetor pluvia vocatut; & Hyades no-
men à pluviis acceperunt, quia ortæ procul
dubio imbres ferunt. Bene ergo Hyadum
appellatione expressi sunt, qui ad statum uni-
versalis Ecclesiæ quasi in cœli faciem deducti
super arentem terram pectoris humani sanctæ

præ

prædicationis imbræ fuderunt. Si enim prædicationis sermo pluvia non esset, Moyſes minimè dixisset : *Exspectetur sicut pluvia eloquium meum &c*, ita S. Gregor. Papa Li. 9. moral. cap. 6.

8. Physicis compertum est, Aquilam ita esse erga alias aves liberalem, ut prædam, à se interceptam, ultrò in eas dispenset. Unde Lemma: *Quod mihi, hoc aliis*. Litteratorum hoc symbolum est, qui omnem suam operam & laborem ad aliorum utilitatem ac commodum promovendum liberalissimè communicaunt.

9. S. Augustinus Li. 21. de civit. cap. 4. hanc in Pavone observatam habet proprietatem, quod caro ejus non putrefascat. Unde additur ei Lemma: *Nunquam putrefacet*. Sic etiam docti alicujus viri fama & virtus nullo unquam ævo est intermoritura.

10. Apis succum è floribus hauriens, Epigraphon tenet: *Ut profim*. Præclara hæc hominis litterati idæa est, qui omnem suam operam posteris juvandis, promovendisque impendit. Sic verè sapiens per anagramma est *Apis ens*. Optimè dixit S. Basilius orat. 6. *Discendum absque ullo pudore, & docendum absque invidia, & si quid ab altero hauserimus, idipsum non est celandum.*

11. Homo, his libeſtione
qui in campo flo-
fuerit. Ab uno
interceſſebat
teripius nepos, &
Nihil legit, quod
ſelebat, nullum e-
mum aliquam parte
de reſta vivendi
ſapiens apicula n-
fructus ex ea,
definit.

12. Herondo
ſuicam aliqui P-
ex ore ſea bring-
ran, ut noctis
Fulges in templa
Li. 1. de milie. I.
nunquam invi-
tandem moe-
dent. Vnde
in reſta fallit
at morians,
ſlendor ille fan-
ſcipia ad mem-

13. Plinius

11. Homo, suo in studiis profectui è cuiusvis libri lectione consulens, apem imitatur, quæ in campo florescente depicta epigraphen sustinet: *Ab unoquoque utilia.* Hac agendi virtute excellebat Plinius major, de quo testatur ipsius nepos, Plinius junior, Li. 3. Epist. 5. *Nihil legit, quod non exasperet; dicere etiam solebat, nullum esse Librum tam malum, ut non aliquâ parte prodesset.* Unde S. Ephrem de recta vivendi ratione differens ait: *Instar sapientis apicule mel ex floribus sibi colligentis, fructum ex eis, qua legis, pro animi medela desumito.*

12. Hirundo piscis, quem utpote alis instructum aliqui *Piscem volantem cognominant*, ex ore seu branchiis lucem spargit adeò claram, ut noctis tenebras illuminet. Lemma: *Fulget in tenebris.* Justus Lipsius Praefat. in Li. 1. de milit. Rom. id applicat Litteratis, qui nunquam invidorum malevolentia obnubilati tandem morte imminentे mirificè resplendent. *Vivos, inquit, & superstites premere in recte factis etiam livor aut invidia potest; at mortuos, & cum tractu veritas invalescit, splendor ille fame & virtutis irradiat, & sera scripta ad memoriam tradunt posterorum.*

13. Plinius Li. 9. cap. 29. testatur, Nau-

Scena XI.

74

tili piscis faciem ac membra adeò mirè esse à natura composita, ut integrain ac veluti animatam navim exhibeat; nam alienis ornamentis, funibus, velis, tabulis, cæteraque nautarum supellecstile minimè indigus, ea omnia in membris suis ita exactè continet, ut navigaturus nullâ alterius operâ aut subsidio opus habeat. Unde Arcissi Lemnia: *Nullius egeo.* Imago hæc hominem litteratum ac sapientem concernit, de quo Antisthenes ait apud Laëtium: *Sapiens autem, et si omnia desint, solus sufficit sibi.* Ita sensit Philosophus ille Gentilis, ast si Philosophum Christianum desuper interrogaveris, aliter utique respondebit.

14. Chrysolito Lapii subscriptis Carduius: *Auro fulget & igne.* Hominis docti hoc symbolum est, qui non uno tantum sanctitatis & sapientiae auro resplendet, sed insuper vivas prudentis consilii ac optimi exempli flamas versus proximos suos illustrandos confortandosque diffundit. Opportunè Venerabilis Beda in cap. 18, Apocal. *Chrysolitus lapis quasi aurum fulget, scintillas habens ardentes.* Cujus specie figurantur hi, qui intellectu supernæ veraque sapientia fulgentes verba exhortationis in proximos, veletiam virtutum signa

15. Can
vicinas libe
teneat: Si
tatus, ali
è sua doc
Gigant
nas male
magnum
natur,
fundatur.
17. Sp
animi sym
bos, in vic

*signa quasi scintillas ignis effundunt, quorum,
ut Orator ait:*

Mentibus instat amor, sermonibus astuat ardor.

15. Enydros, ut ait Arnoldus apud Vincentium Belluacensem Li. 8. cap. 70. Speculat. *Est lapis destillans perpetuis guttis, nec liqueficit omnino, nec efficitur minor.* Id etiam de Doctoribus pronuntiare licet; quantumcunque enim sapientia profundenda liberales fuerint, tamen nihil inde amittunt, sed contra plurimum recipiunt. *Hac enim* (ut ait S. Chrysost. Hom. 3. in Gen.) *spiritualium fluentiorum natura est, ut hoc magis scaturias spiritualis gratia, quo magis inde hauritur.*

16. Candela tuam lucem in res quasvis vicinas liberalissime diffundens Epigraphen tenet: *Sine lucis jactura.* Sic etiam Vir litteratus, alios erudiendos navans operam, nihil è sua doctrina deperdit. Unde Philo. Li. de Gigantibus *Quemadmodum fax, etiamsi lucernas multas accenderit, semper manet ejusdem magnitudinis, & nequaquam ne tantillo diminuitur, licet docendi ratione in multos transfundatur.*

17. Speculum, minimè obscurum grati animi symbolum, omnes radios à sole acceptos, in vicina objecta reverberat. Unde Lem-

ma : *Accepit & reddit.* Eos hoc Emblema spectat, qui studiorum suorum labores in publicam lucem enixi, illud ipsum doctrinæ lumen in alios effundunt, quod paulò ante non sine assiduâ industriâ in intellectu suo concepere.

18. Coronam, ex ardentibus pyrobolis chartaceis constructam, Carolus Borius hoc Lemmate donavit: *Concremor, ut specter.* Hæc hominis litterati est indeoles, qui vitæ jacturam ex assiduis studiis parvi aestimat, modò in orbis conspectu resplendeat, ut sic de ipso edici possit, quod de Agricola dixit Cornelius Tacitus: *Quanquam medio in spatio integra atatis eruptus, quantum ad gloriam, longissimum ærum peregit.*

19. Doctores virtute illustres similes sunt aquilis. Primo, quia aquila cornicum garritus obstreperos contemnunt; cornices enim aquilas imitant, sed aquila eas despiciens sursùm evolant, ait Ælian. Lib. 5. cap. 22. Ita Doctores Virtute illustres æmulos & invidos contemnunt, quoque magis ab eis lacescantur, eò altius se librant, & infrà se volantes obstreperas corniculas rident, dicentes: *Solâ virtute sequantur.*

2dō. Aquila fel Attico melle temperatum, illitum

illitum oculis h̄ebescentibus visum facit acutissimum, ait Älian. Li. 1. de Animal. cap. 42. Ita Sapientis correptio suavitate condita docet voluptuarios sapere, eosque ad frugem revo-
cat. *Blande vis latet imperio.* ait Ausonius ad Theodosium.

3tio. Aquila quædam in Septentrione ova in pelle vulpinâ Soli exponit, calefacit & fo-
vet, ait Albertus magnus: ita sapiens robori addit calliditatem.

4tio. Aquila teste Aldrovando, Aristotele, & aliis ordinariè parit tria tantum ova, quo-
rum tertium, tanquam duo ad conservan-
dam speciem sint satis, è nido præcipitat:
imò, ut docet Aristoteles Li. 6. Histor. Ani-
mal. cap. 6. ex duobus fœtibus unum dun-
taxat educat. Verba ejus sunt hæc: *Excludit
binos. (fœtus) edit terna (ova) educat unum.*
Sic Sapientibus unus tantum pullus educan-
dus est, puta opus charitatis & Spiritus san-
cti. Secundus pullus, id est, opera tantum
moraliter bona & rectæ rationi conformia gen-
tilibus & Philosophis relinquenda sunt. Ter-
tium autem ovum, scilicet opus cupiditatum
& voluptatum carnalium omnino abjicien-
dum.

5tio. Aquilæ ova excludere non possunt,

D

nisi

nisi Aëtitem lapidem in nidum importent, ut scilicet illius refrigerio nimius fervor temperetur: Ita Sapientes, ut pariant opera spiritus, utuntur Aëtite, id est, prudentia & discretione.

6to. Auctor geogronicon Li. 1. scribit ad avertendum grandinis periculum, multum valere Chalazitem lapidem, vel Aquilæ alam dexteram in medio agro defixam: Ita Sapientes Dei præcones suis concionibus & orationibus avertunt procellas iræ Dei.

7timò. Ut canit Poëta, Aquila alta volat, manet in petris, rostrum terit, est Rex. sic etiam Sapientes alta penetrant mysteria: habitant in Petra, id est Christo; rostrum incurvam, id est pravitatem animi, ad petram, id est Christi crucem attorunt; suntque Reges suarum passionum, easdem domando & refrænando.

8tavò. Aquila fulmine nec tangitur, nec terretur; unde est signum animi excelsi, placidi & magnanimi. Quâ de causâ Alciatus Aquilam generosam tumulo fortissimi Aristomenis insidentem depinxit cum hâc Epigraph.

*Quæ te causa movet volucris saturnia, magni
Ut tumulo insideas ardua Arifom enis?*

Hoc

*Hoc moneo, quantum inter aves ego robore
præsto,*

Tantum semideos inter Aristomenes.

Insidiant timide tumidorum busta columbae,

Nos Aquilæ intrepidis signa benigna damus.

Hoc Emblemate Aquilæ significantur Sapientes, qui nullis adversitatibus expavescunt, quominus in incepto opere & negotio honesto perseverent.

gnò. Aquila non captat muscas; sic etiam Sapientes non curant res futilles & inanées; sed altioribus intenti sunt. Ne sustineas ergo, ô homo, primas tenere inter graculos, si Aquila esse possis, Non quidem alta ambiendo, sed contemplando.

10mo. Aquila senescens se cum pennis renovat; ita sapientes dicunt, docentque illud Psalmis: Renovabitur ut Aquila juventus mea.

11mò. Pythagoras dictabat, se Aquilam albam advolantem sinu excepisse, ex quo se divinum hominem factum & multa supra mortaliaum captum scivisse asserebat, ait Älian. Li. 4. c. 17. Tales sunt eruntque in fine mundi, qui Aquilarum, id est, caelestium Doctorum voces excipient.

12mò. Aquila ex insperato subinde advolans destinatos neci & gladio eripuit, uti

Tilgamum, qui posteà Rex Babylonis creatus est: sic & Achemenes Persa, à quo nobilis Achemenidarum stirps descendit, Aquilæ fuit alumnus, ait Ælianuſ Li. 12. de Animal. cap. 21. Sic & Valeriam Lupercam immolandam Junoni ad avertendam pestem Aquila eripuit, cultrumque victimatum buculæ juxta templum pascenti infixit, inquit Aristid. Li. 9. Ital. Ita sapientes Viri & Præcones peccatores convertendo, eos à morte & gehennâ liberant, sūntque eis quasi *Deus ex Machina*, ut vulgo dicitur teste Cornelio in cap. octauum Apocal. v. 13. ubi, sicut & in Isaiaſ cap. 40. v. 31. adhuc plura ad rem invenies.

Quæres: Cur Docti sæpiùs præmaturè moriantur?

Nota: quod Seneca jam pridem observatum habuerit, illustria ingenia sæpiùs repentina intercepta fine terminari. Unde dixit: *Ignis, quò clarior fulſit, eò citius extinguitur; sié ingenia, quaë illuſtriora, breviora sunt, nunc rē.* Hanc esse causam, quia continuum studium spiritus in cerebro consumit, quibus consumptis alii ex corde, ventriculo, & aliunde subministrentur necessè est: quo fit, ut ventriculus refrigerescat, & à concoctione debitè

debitè absolvendâ prohibeatur congruo destinatus calore. Sunt quidem aliqui studio adicti, qui quo longiori fatigantur studio, eò majori cum voracitate cibos digerunt: sed hæc fames (inquit P. Guilielmus van Sichen in sua Philosophia) plerumque non est naturalis, sed canina, orta ex abundancia humoris melancholici & acris, occasione studii magis quam aliàs multiplicati. Hæc nihilominus vitæ abbreviatio & mortis acceleratio ex studio nascitura præpediri potest, tum ex sobrietatis & castitatis observantia, tum ex moderata vini portatione tempore opportuno

(nam data non apto tempore vina nocent) peractâ; tum ex immodicarum curarum & perturbationum vitatione, tranquillitatisque & gaudii interioris conservatione: quam non parum promovet præcedentium laborum cum fructu exantlatorum memoria, & in veritatis inquirendæ contemplatione fundata lætitia. Unde plurimi litteris admodum dediti vitam in longævam duxerunt ætatem. Sic Aristoteles cum Socrate traxit eam usque ad annum septuagesimum. Chrisyppus (qui teste P. Henrico Engelgrave in suo cælesti Pantheo Emblem. 1. septingenta lucubravit volumina) fato concessit annos jam natus

circiter septuaginta tres. Hypocrates vitam suam extendit usque ad annum octuagesimum; Plato usque ad octuagesimum quartum; Theophrastus usque ad octuagesimum quintum; Pythagoras usque ad nonagesimum; Democritus usque ad centesimum nonum; & Galenus usque ad annum centesimum quadragesimum. In ipsis quoque sanctis Patribus scriptiori deditissimis longævæ vitae exempla habemus, ut patet in S. Augustino, et si studiosissimo, nihilominus ad annum septuagesimum sextum evecto. S. Bernardus annos sexaginta tres natus obdormivit in Domino. S. Hieronymus juxta plerosque usque ad annum ætatis nonagesimum octavum pervenit. His adde Origenem sex millium librorum scriptorem, teste

Epiphanio, & tamen septuagenarium.



Dul-

Dulcedo mortis.

Antiquis mel symbolum mortis, fel vitæ habebatur, ait Cornelius in Ecclesiasten cap. 4. v. 3. Sentiebant enim cum Sileno apud Aristotelem dicente: *Non nasci omnium est optimum, mortuum autem esse longè est melius, quam vivere.*

Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Psal. 125. v. 6. Tempus mortis, tempus messis est, quo meritorum & bonorum operum manipulos ad beata cælestis Jerusalem horrea reponimus. Tempus. Mortis tempus vindemia est, quo à Rege cælesti introducimur in cellam vinariam, ut inebriemur ab ubertate domūs Dei. Unde Ethnicus etiam Cicero in Catone majore cap. 19. ait: Breve tempus ætatis satis est longum ad benè honestèque vivendum, si verò processeris longius, non magis dolendum, quam agricolæ dolent, præteritâ verni temporis suavitate, æstatem autumnumque venisse. Idem Li. 5. Epist. 16. ita scribit: Sæpiissimè legi & audivi, nil mali esse in morte: in qua si resident sensus, immortalitas illa potius quam mors dicenda sit.

D. Arimnestius rogatus, quod maximum homini bonum esset? respondit optimè: Benè mori. Stobæus serm. 119.

Vivere mihi Christus est, & mori lucrum.
 ait Apost. ad Philip. i. v. 21. Quare hoc
 audi S. Bernardum de præmio regni cælestis ita
 differentem: Præmitum est videre Deum, vi-
 vere cum Deo, vivere de Deo, esse cum Deo,
 esse in Deo, qui erit omnia in omnibus...
 ibi est pax, pietas, bonitas, lux, virtus, ho-
 nestas, gaudia, dulcedo, vita perennis, gloria,
 laus, requies, amor & dulcis concordia. Audi
 etiam S. Greg. in Ps. septim. Pænit. ubi ita lo-
 quitur: ibi est lux sine defectu, gaudium sine
 gemitu, desiderium sine pæna, amor sine tristi-
 tia, satietas sine fastidio, sospitas sine vitio, vita
 sine morte, salus sine languore. Omnibus
 laborantibus dulcis est finis. Viator libenter
 interrogat, ubi est mansio? Mercenarius fre-
 quenter computat, quando annus completur.
 Agricola semper tempus messis exspectat. Ne-
 gotiator die ac nocte Thecæ suæ discutit ratio-
 nem. Sic & servi Dei libenter de consumma-
 tione requirunt. S. Chrisost. Hom. 48. in cap.
 24 Matthæi.

Mors illi præsens tanquam vita ipsa est dul-
 cis, ait S. Basil. ad filium spirit. Quinimò mul-
 tò dulcior, nam *infirmitas in virtutem, mortali-
 tas in immortalitatem, contumelia transit in
 gloriam.* S. Leo serm. de Ascensione.

Exem-

Exempla.

S. Ambrosius de obitu Valentiniani scribit ita: *Risit adolescens, quod robustissimi metuunt Imperatores.*

S. P. noster Eranciscus, dato sibi à Medico mortis nuntio, exclamavit præ gaudio: *Bene veniat Soror mea mors.* Juslisque Fratribus, ut canticum gratiarum actionis Deo cancerent. imò ipse altâ voce exclamavit: *Lauderis mi Domine propter Sororem nostram mortem, quam nullus vivens potest evadere.* Ita speculum vitæ cap. 101. & 102. pte 1.

S. Petrus de Alcantarâ paulò ante mortem, post extasim, dixit: *Latus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Psal. 121: v. 1. nimirum: *Qui de suâ spe & operatione securus est, latus iudicem sustinet, & cum tempus propinqua mortis advenerit, de gloriâ retributionis hilarescit.* S. Gregor. Hom. 13. in Evang. Animarum justarum per mortem exitus dulcissimus est, & omnibus vitæ prætitæ deliciis jucundior, ait S. Joannes à Cruce, quod & morte suâ dulcissimâ reverâ comprobavit.

S. Gerardus Frater S. Bernardi, ut ipse refert setm. 26. in canti. in morte jubilabat: *Laudate Dominum de cœlis.* Unde de eo ait S. Bernardus: jam cantando moritur homo & moriendo cantat.

Face-

Chrysippus Philosophus ridendo mortuus est, dum nimirum conspiceret alium vescentem ficas. ridendo

Zeuxis pictor obiit, aspiciens vetulam quandam à se graphicè depictam.

Philistion Poëta comicus librum scripsit φιλόγελον, & risu obiit.

Gorgias Rhetor jam senex rogatur, *an libenter moreretur?* respondit: *maxime, nam tanquam ex putri & diffidente domunculâ non invitus discedo.* Stobæus serm. 115.

Causiani & Getæ puerperia luxerunt, funera plausu prosecuti. Idem narratur de Thrausis, gente finitiimâ Thracibus.

Ludovicus Cortusius, juris consultus Patavinus, per testamentum omnibus suis interdixit lamentationes, ac omnis generis musicos voluit adesse. Feretrum portari jussit à duodecim innuptis puellis, quæ viridi veste induitæ altâ voce cantarent, quidquid lætitia suggerebant. Prævivit omnibus Clerus & totius urbis Monachi, iis tantum exclusis, qui nigri habitus essent. vide Drexelium de morte.

S. Jacobonus rogatus à cive, ut duos pullos gallinaceos à se in foro emptos in domum ipsius deportaret, reposuit illos & abscondit in sepulchro civis istius. Dum autem hic pullos à Jacobono repeteret, hic dixit: Nonne sepulchrum est domus tua? &c. Ec-

Ecclesiastici Mors.

INsatiabilis crudelissimæ Libitinæ Tyrannis
eò usque invaluit, ut pro libitu suo nemini
parcens etiam *sacrata Christo pectora* fatali suo
arcui metam destinet absque eo, quod inter-
minatum anathematis vinculum vereatur. Mon-
strum hoc insatiabile perinde ac ignis nunquam
dicit: *sufficit*, sed etiam *omne sacrum mors*
importuna profanat. Ovidius lib. 3. Amor.
eleg. 8. ac ignes in altari Domini ardentes extin-
guit. En Mausolæum, non Cariæ, sed char-
æ Christi sponsæ. Stat mors in alto cum pedo
& insulâ, non tam insulata, quâm inflata tri-
umphans. Inscriptio: *Itē missa est*. Sub mor-
te jacent summi Pontifices cum annulo Piscato-
ris. Pars optima deest, inscripsit ille: *An-
nulus sine gemmâ, corpus sine animâ*. Jacent
eminenterissimi, nec eminuli, mors eminet.
Purpuræ exsangues, atræ, mors venit, rubor
expalluit, pallor nigruit. Jacent Reveren-
dissimi: irreverens mors respectum non ha-
bet. Jacent Amplissimi: capit eos angustus
loculus, quos amplissimæ dignitates non ce-
perunt. Mors dixit illi, dixit isti: *Amice des-
ende, da huic locum, & utique dedit locu-
lum, jacet regale Sacerdotium; mors regit,*
& post omnia cecinit: *Itē missa est*. Requies-
cant hi sacri cineres in benedictione sub terrâ,
qui benedictiones dederunt super terram.

Symbola.

I.

Quasi sol refulgens , sic ille effulgit in domo Dei. Eccl. 50. v. 7. Sol autem obscuratus est &c.

2. Ad exequias Horatii Spinolæ Cardin. & Archi-Episc. Genuensis complura tempula facella &c. Pinxere cum lemmate: *Efficiendo defeci.* Volebant per hoc innuere , quod nullâ aliâ occasione morti succubuerit , nisi cum vacillantia tempula ad pristinum nitorem restitueret.

3. Non solum pulcherrima , sed & Deo dedicata erat fabrica templi Salomonis , nihilominus injuriis temporum & bellorum funditus est devastata , adeò etiam , ut non manserit lapis super lapidem . Fabrica hæc symbolum est Sacerdotis; si enim omnes christiani sint templum Dei , ut significat Apost. 2. ad Cor. 6. v. 16. dicens : *Vos estis templum Dei vivi.* Id à fortiori concernit Sacerdotes , qui sunt specialiter consecrati & ordinati ad hoc , ut corpus Christi conficiant , & in se velut in templo recipient . Hoc autem templum mors importuna profanare ; imò funditus devastare non veretur , dum scilicet Sacerdotem fatali suo iœci metam destinat.

Elo-

Elogia Sanctorum.

Ex veteri Testamento.

Mors terribilis est eis, quorum cum vitâ extinguuntur omnia, non quorum laus emori non potest, ait Cicero Ap. Hybernic. tit. Mors. Non fuit ergo terribilis, sed jucunda iis, quorum laus est immortalis, prout est sequentium.

Elogium Noëmi.

Noë vir justus atq; perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit. Gen. 6. v. 9.

Noë inventus est perfectus, justus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Eccli. 44. v. 17.

Justitiæ, quæ per fidem est, hæres est institutus. ad Hebr. 11. v. 7.

Solus in cunctis justissimus erat & verax; Noë fidelissimus & bonis operibus addictus, ita de Noë canit Sibilla Li. 1.

Elogium Abrahami.

Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non est inventus similis illi in gloriâ &c. Eccli. 44. v. 20.

Martyr vivus & non vivus; mortuus & non mortuus. S. Chrysost. Homil. de Abrah. Magnus planè vir Abraham, & multarum virtutum

tutum clarus insignibus. S. Ambros. Li. 1. de Abraham. cap. 2.

Venerandus Abraham Patriarcha ille, illud clarum & augustum caput, illud virtutum omnium domicilium, virtutis norma, Sacerdotii perfectio, qui voluntarium Deo sacrificium offert, unigenitum nimirum suum, atque ex pollicitatione acceptum. S. Gregor. Nazianz. orat. 41. Abraham pater fidei, Princeps familiæ gentium & generationis Domini, Pater electionis, piæ confessionis, per justitiam fidei factus mundi hæres, fortissimus ac patientissimus, fons devotionis & fidei, virtutum omnium exemplar. S. Ambros. Li. de Abraham.

Elog. Jacobi Patriarchæ.

Jacob vir simplex. Genef. 25. v. 27. Quid sapientius S. Jacobo, qui Deum vidit facie ad faciem, & meruit benedictionem? quid justius, qui ea, quæ acquisierat, oblatis muneribus cum fratre divisit? quid fortius, qui cum Deo luctatus est? quid modestius, qui modestiam ita & locis & temporibus deferebat, ut filiæ injuriam mallet prætexere conjugio, quam vindicare, eò quod inter alienos positus amoris potius consulendum, quam odia colligenda ceusebat. S. Ambros. Lib. 2. offic. cap. 25.

Elog.

Elog. Josephi Aegyptii.

ERAT JOSEPH pulchrâ facie & decorus. Gen. 39. v. 6.

Fuit Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens. ibidem v. 2.

Joseph Princeps fratrum, firmamentum gentis, rector Fratrum, stabilitamentum populi. Eccli. 49. v. 17.

- Stylo Lapideo.

Dulces Racheli primitæ Joseph,
Ut primus evadat, undecimus nascitur,
Egregium aliquod meditante naturâ,

Quæ tot exemplaria delineavit,

Ut unum absolveret,

Paternæ virtutis, maternæ pulchritudinis
compos, ut impares Fratrum mores
de suo typo corrigeret.

In sopore vigil.
Pingente somno futuræ dignitatis imaginem
expressit:

Sed periculosa res est eminere:
per cognatum livorem

Vivus humatur, exhumatus divenditur.

ita D. Emmanuel Thesaurus.

Ille Dominus fuit, qui amantis non exceptit
faces, qui lenocinantis vincula non sensit,
quem nulla mortis formido perterrituit, qui
ma-

maluit liber criminis mori , quām criminose potentiae eligere consortium. ita S. Ambr.

Elog. Moysis.

Moyses vir mitissimus inter omnes homines.

Num. 12. v. 3.

Dilectus Deo & hominibus Moyses , cuius memoria in benedictione est. Eccli. 45. v. 1.

Moyses erat potens in verbis & in operibus.

Act. 7. v. 22

Moyses etiamdum ad ubera matri pendens Deo amabilis & gratiosus fuit. Ipse praelegit calamitates æruminasque cum Dei populo experiri , quām temporariā voluptate cum peccato perfrui. Justi & æqui fuit amantissimus & observantissimus , improbitatis & injustitiae hostis acerrimus. S. Basil. Hom. 1. Hexam.

Fuit Moyses Principum princeps , & Sacerdotum sacerdos. S. Gregor. Naz. orat. 22.

Elog. Josue.

Fortis in bello Josue Nave, successor Moysis in Prophetis , qui fuit magnus secundum nomen suum , maximus in salutem electorum Dei. Eccli. 46. v. 1.

Fuit Josue Dux , Princeps & Imperator Istrælis... Zelator legis , cultusque divini &c. Cornel. in proæmio ad librum Josue.

Nil in eo culpatum fuit, sed laudata omnia, ac præsertim ejus erga Deum fides , fiducia,

obe-

obedientia, Religio, charitas, zelus, fortitudo, integritas, justitia, politia, libertas &c. ita Cornelius à Lap. citat.

Elog. Jobi.

Vir erat in terrâ Hus, nomine Job, & erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Job. I. v. I.

Cor viduæ consolatus sum. Justitiâ indu-
tus sum, & vestivi me sicut vestimento, & dia-
demate, judicio meo. Oculus tui cœco, & pes
claudio. Pater eram pauperum. Marentium
consolator. Job 29. à v. 15.

Stylo lapideo.

Nunquam visus cœlo dignior, quām in cœno,
vertit stabulum in lyceum.

De auri glebâ egit in luto, de sapphiris in fimo,
nunquam ornatior, quām cum squallore
horridus per spiramenta tot ulcerum
majores hausit spiritus.

Conjux ipsum conata est pervertere,
Ut quondam prima mortalium mater virum:
tametsi illa egit blanditiis, hæc convitiis.

Illa pomis certavit, hæc probris.
Sed illa infregit virum, quæ mollior, non
quæ durior.

Historiam de se ipse scripsit,
digna res calamo, calamitati non cadere.
ita de Jobo Joannes Baptista Masculus.

Elog.

Elogium Siracidis.

Famâ celebris. Eusebius Lib. 8. de præpar. Evang. c. 2. Verè multisius existens & doctus. S. Athanas. in Synopsi de Ecclesiastico.

Elogium Tobiae.

Tobias in captivitate positus viam veritatis non deseruit. Tobiae 1. v. 2.

Cum esset junior omnibus, nihil tamen puerile gessit in opere. v. 4.

Cum irent omnes ad vitulos aureos, hic solus fugiebat consortia omnium. v. 5.

Sed pergebat in Jerusalem ad templum Domini, & adorabat Dominum Deum Israël, omnia primitiva sua & decimas suas fideliter offerens. v. 6.

Filium ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. v. 10.

Memor fuit Domini in toto corde suo. v. 13.

Esurientes alebat, nudisque vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat. v. 20.

Tobias albescebat, non canis, sed meritis. S. Ambros. Li. 3. Epist. 21.

Elog. Eliae Prophetæ.

Forma justitiae, sanctitatis speculum, pietas exemplar, assertor veritatis, fidei defensor, Magister insipientium, refugium oppressorum,

rum, pauperum advocatus, iudex viduarum, oculus cœcorum, lingua mutorum, ultor scelerum, malorum metus, bonorum gloria &c. S. Bernard. in fine Lib. 4. de Contemplatione.

Elogium Davidis.

Primi Regum 16. v. 18. vocatur David *fortissimus robore, vir bellicosus & prudens in verbis.*

Fortis in prælio, mansuetus in imperio, patiens in convitio, ferre magis promptus, quam referre injurias, tardus ad loquendum &c. S. Ambros. Lib. 2. offic cap 7. Rufus in seculo fuit, pulcher in Paradiso, decorâ facie perennis in cœlo. Poteat & omnis hæc tria pulchritudo in hâc præsenti vitæ ejus conversatione cognosci. Rufus quippe extitit, quia ferventer amat eos, pro quibus animam posuit; pulcher aspectu fuit, quia omnia novit: decorâ facie, quia omnia bona fecit. ita de Davide, vel potius de Christo, cuius typus erat David, loquitur S. Gregorius.

Elogium Jeremia.

Hic est fratum amator & populi Iſraël: hic est, qui multū orat pro populo & universâ sanctâ civitate Jeremias Propheta Dei. 2. Machab. 15. v. 14.

Elegium Eleazari.

Eleazarus unus de primoribus scribarum,
vir ætate proiectus & vultu decorus.... Glori-
osissimam magis mortem, quam odibilem
vitam complectens praebat ad supplicium. 2.
Machab. 6. v. 18.

Elog. Simonis Machabaei.

Quæsivit bona genti suæ, & placuit illis po-
testas ejus & gloria ejus omnibus diebus. 1.
Machab. 14. v. 4.

Dilatavit fines gentis suæ, & obtinuit re-
gionem. v. 6.

Abstulit immunditias ex eâ, & non erat qui
resisteret ei. v. 7.

Civitatibus tribuebat alimonias. v. 10.

Confirmavit omnes humiles populi sui, &
legem exquisivit, & abstulit omnem iniquum
& malum. v. 14.

Sancta glorificavit, & multiplicavit vasa
Sanctorum. v. 15.

Exquisivit omni modo exaltare populum
suum. v. 35.

Placuit, ut summo sacerdotio fungeretur,
& esset dux & princeps gentis Iudeorum &
Sacerdotum, & præcesset omnibus. v. 47.

*Ex novo Testamento.**Elogium S. Josephi Nutritii.*

Credo Joseph fuisse mundissimum in virginitate, profundissimum in humilitate, ardentissimum in charitate, altissimum in contemplatione. *S. Bernard. Senens. Tom. 3. sermonc de Joseph art. 2. cap. 1.*

Perfectius, quam Adamus in sopore, & quam Joannes supra pectus Domini, & quam Paulus in raptu, cognovit mysteria supernaturalia. *Albertus magnus Li. de B. Virg. cap. 96.*

Aderat Joseph libertas animi, pudor eximius, justitia, modestia, prudentiaque summa. *Eusebius Cæsariensis Lib. 7. de Præceptis Evang. cap. 3.*

Joseph (ait Cornel. in Math. cap. I. v. 16.) fuit eximiæ sanctitatis, ac eximiis naturæ ac gratiæ dotibus à Deo instructus, adeoque illo sæculo non fuit vir sanctior aut dignior, cui Mater Dei despontaretur. Unde Franc. Suarez 3. parte, qu. 29. disp. 8. sect. 1. probabiliter opinatur, Josephum in gratiâ & gloriâ antecellere Apostolos & Joannem Baptistam; quia ejus officium illorum officio præcellebat. audi etiam Poëtam:

Cuncta Deo parent; Joseph tua gloria crescit,
Crescit honor; paret nam Deus ipse tibi.

Elog. S. Joannis Baptiste.

Erat Lucerna ardens & lucens; est enim tantum lucere vanum, tantum ardere parum, ardere & lucere perfectum. S. Bernard. in nativit. S. Joann. B. Joannes schola virtutum, magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma justitiæ, virginitatis speculum, pudicitiae titulus, castitatis exemplum, pœnitentiae via, peccatorum venia, fidei disciplina: Joannes major homine, par Angelis, legis summa, Evangelii sanctio, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mundi, præco judicis, præcursor Christi, metator Domini, Dei testis, totius medius Trinitatis. ita Sanct. Petrus Chrysolog. serm. 27. Origenes Tomo 5to in Joann. censuit Joannem Baptistam verè fuisse Angelum incarnatum; verum hoc repugnat scripturæ Joann. 1. v. 6. dicenti: *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes.* Dum ergo de ipso intelligitur & explicatur illud Malachiaæ 3. v. 1. *Ecce ego mitto Angelum meum &c.* id debet intelligi, quod fuerit Angelus, non natura, sed gratia, idque ob octo analogias, quas pulchre recenset Cornel. in hunc locum.

Elog.

Elog.
Erat Roma
Joannes in da
cum hac inscrip
tio, Evangelij
seruensis iesu
Et Doctoru
dodifilium Co
Elog.
Batabas m
lizie practicati
Spiritus S. cy
virginitatis m
natae Alexand
E
Athanasiu
animu hum
nemo adea
ut ad ejus
tus. 40 o
miseration
zianz. ora
mens, al
sermone j
via angelici
jurgando pi
habes, ne

Scena XIV.

99

Elog. S. Joann. Apost.

Extrat Romæ Sacellum, in cuius pariete S. Joannes in dolio olei bullientis depingitur, cum hâc inscriptione: *Ioannes Christi Apostolus, Evangelista, Propheta & Martyr e dolio ferventis olei vegetior exiit.*

Est Doctorum sanctissimus, & sanctorum doctissimus. Cornel. Proleg. in Apocal.

Elog. S. Barnabæ Apost.

Barnabas magnus Ecclesiæ orator, evangeliæ prædicationis tuba, magna Christi vox, Spiritus S. cythara, divinæ gratiæ plectrum, virginitatis margarita &c. ita in vitâ S. Barnabæ Alexander Monachus.

Elogium S. Athanasii.

Athanasius primò vitâ sublimis erat, verùm animo humilis. 2dò cā virtute præditus, ut nemo ad eam aspirare possit. 3tò eā comitate, ut ad ejus congressus facilis omnibus esset aditus. 4tò mansuetus & ab irâ alienus. 5tò ad miserationem propensus. ita S. Gregorius Nazianz. orat. 21. in laud. S. Athanas. Erat clemens, ab irâ alienus, miseratione præditus, sermone jucundus, moribus jucundior, formâ angelicus, animo magis angelicus, in objurgando placidus, in laudando erudiendi vim habens, ne aut mollities dissoluta, aut severitas.

ritas fastidiosa & importuna esset. Erat denique percutientibus adamas, dissidentibus magnes. ita idem cit. loco, ubi etiam vocatur oculus mundi, prælatus sacerdotum &c.

Elog. S. Gregorii magni.

De hoc S. Ildephonsus Lib. de viris illustribus ita scribit: *Vicit sanctitate Antonium, eloquentia Cyprianum, sapientia Augustinum.*

Elogium S. Augustini.

Ipse Doctor eximius, debellator hæreticorum, defensor fidelium, & famosorum palma certaminum. ita Cassiodor. de divin. Lect. cap. 12.

Elogium S. Hieronymi.

Gloriosissimus Christianæ fidei athleta, sanctæ Matris Ecclesiæ lapis angularis; quæ Hieronymus ignoravit in naturâ humana, nullus hominum unquam scivit. ita S. August. in Epist. ad Cyriillum.

Elogium S. Hilarii.

Inter procellas mundi magnus sustentator Ecclesiæ. ita S. Hieron. in Psal. 57.

Elogium S. Isidori.

Doctor egregius, Catholicæ Ecclesiæ novissimæ decus, in sæculorum fine doctissimus, & cum reverentiâ nominandus. ita cum S. Ildephonso Toletana synodus 52. Episcoporum.

Elo-

Eleg.
S. Franciscus
ignis & igne-
lum ignis divin-
Revel. extrax. c-
vium. qm &
ziers morienti-
elle hadic im-
promerita fini-
ventura cap.
cimi. P. Turfie
Exire Francie

Quo Fran-
Francie ex-
Nam Fran-
Quid celestis
Athenae
Præclar-
dunt & mu-
eloquii fa-
de S. Fra-
Quafi
ille efful-
eius cano-

Filius Regi-
tate. Signifi-

Elog. S. Francisci Seraphici.

S. Franciscus amicus meus fuit, quasi lapis ignitus & igneus, quia habuit me in se, qui sum ignis divinus. ita Christus ad S. Birgiddam Revel. extrav. c. 90. O verè Christianissimum virum! qui & vivens Christo viventi, & mortiens morienti, & mortuus mortuo perfectâ esse studuit imitatione conformis, & expressâ promeruit similitudine decorari, ita S. Bonaventura cap. 14. vitæ optimè ergò de eo ita canit P. Tursellin. S. J.

Exne Franciscum tunicâ, laceröve cuncullo,

Quo Franciscus erat, jam tibi Christus erit.
Francisci exuviis (si quâ licet) indue Christum,
Fam Franciscus erit, qui modo Christus erat.
Quid cœlestis amor non audeſ? ſingis amantes
Arte novâ effigies, ut fit amantis amans.

Præclarissima B. Francisci præconia exce-
dunt & multùm supereminent omnem humani
eloquii facultatem, ita Robertus de Licio serm.
de S. Francisco.

Quasi stella matutina in medio nebulæ, sic
ille effulſit in templo Dei. ita Gregor. IX. in
ejus canonizatione.

ACROSTYCHIS

Ad nomen S. Francisci.

Filius Regis Altissimi, Nullâ Carens Integritate, Signis Crucifixi Verè Signatus.

Elog. S. Benedicti Abb. at.

Fuit vir vitæ venerabilis, gratiâ benedictus
& nomine, ita S. Gregor. Li. 2. Dial. cap. 1.

Elog. S. Basili Episc.

Tu solus & vitam doctrinæ, & vitæ doctrinam æquasti. Ut unus est Deus altè regnans, ita unum te, Basili! dignum Pontificem nostra ætas vidit, veritatis vocalissimum nuntium, clarissimum Christianorum oculum, animæ multiplici pulchritudine lucentem, Pontique & Cappadocum etiamnum illustre deus & ornamentum. ita S. Gregor. Nazianz. in Epitaph. Duorum lapidum naturas imitabatur laudabilem, factus est enim percutientibus adamas, dissidentibus magnes. Idem in orat. funebri. Basili! magna Christi gloria, sacerdotum, civitatisque nunc in multas partes disiectæ columnæ &c. Tonitruum erat oratio tua, fulgur vita. idem in epitaph.

Elog. S. Gregorii Nazianz.

Vas electionis, puteus profundus, os Christi. ita de eo S. Basilus. Vir eloquentissimus. S. Hieron. de script. Eccles. Vir per omnia incomparabilis, splendidissimum lumen scientiæ. Ruffinus.

Elog. S. Martini Episc.

Vixius planè qui laudaretur, sed non ego idoneus, qui laudarem. S. Bernardus.

Elo-

Elogium S. Bonaventura.

S. Bonaventura erat benignus, affabilis, omnibus gratus & nulli unquam scandalosus, pius, prudens, humilis atque quietus, quarum virtutum actiones & officia semper strenue extitit executus. Alexander de Ales cernens in Bonaventurâ morum elegantiam, virtutem sanctitatem, corporis pulchritudinem, venustatem aspectus, eloquii suavitatem, conversationisque affabilitatem, dicere sàpè solebat: *Non videtur Adam in homine isto peccasse.* Frater Petrus Tarantasiensis Ordin. Prædicat. Episcopus Cardinalis Ostiensis primitias celebravit in ejus exequiis coram Papâ & totâ curiâ, ac etiam de eo sermonem habuit, proposito Themate: *Doleo super te frater mysonatha.* Ubi inter cæteras comæmorationes gratiarum & donorum, quæ illi Deus dedit, etiam fuit, quod, quicunque eum videbant, statim ipsius amore capiebantur, ejusque monita libenter recipiebant. ita habent Lect. 2di Noct. in ejus octavâ.

In ejus sepulturâ Gregorius Pontifex publicè testatus est, Ecclesiam Dei illius morte magnam incurrisse jacturam. Sixtus IV. in Bullâ Canonizat. dicit de eo: *Magnus doctrinâ, non minor humilitate & vita meritis.*

Elogium S. Bernardi.

Aspectu mulieris flammias concipit,
quibus extinguis vix glaciale stagnum
sufficit;

aquis emersus & flammis
mortalia prorsus odiſſe constituit.
Qui fōſpes evaſerat fluctibus,
ſe iſpsum telo pudicitia devovet,
in glacie ſic obriguit;
integris ut videatur ſylvis egere,
ſylvas itaque meditatur.

Ita ſcribit de eo P. Joannes Andreas Albertus.
Eiusdem egregium facinus D. Gregorius Boltzi
hoc epigrammate explicat:

Arferat aspectā nocuo puer igne puellā:
Hunc tamen æthereo vicerat igne focum.
Pergit edax, ſed turpis adhuc, amor urere pectus,
Sæpè liet caſto jussus abire ſinu.
Quid faciat, totam peſlumdet ut ille favillam,
Sentiat in membris bella nec ulla ſuis?
Inſlit in gelidas, quas fortè aſpexerat, undas,
Hic humat hyberno corpora tota lacu.
Frigidior nivibus prodit, frigente palæstrā,
At non inde ſibi frigidus ille fuit.

Aliud de eodem.

Nullum turbavi, discordes pacificavi,
Læſus sustinui, nec mihi complacui.

Elo-

*Episcopus
ippine inde*

Eleg. S. Antonii Paduani.

B. Antonius de Ordine Fratrum Minorum
olim degens in saeculo magnis pollebat meritis,
munc vivens in caelo multis coruscat miraculis.
ita Gregor. IX. in diplomate Canonizationis,

Idem adhuc vivens oraculo Pontificio
dictus est: *Arca testamenti.*

Elogium S. Bernard. Senensi.

Bernardinus O.FF. Min. natione Italus pa-
triâ Senensis, vir in divinis scripturis eruditus,
& declamator omnium sui temporis celeberrimi-
mus, vitâ & conversatione sanctissimus, quippe
qui vivus & mortuus infinitis miraculis corus-
cavit. ita joannes Trithemius.

Eleg. S. Joann. Capistrani.

Joannes Capistranus Prædicator verbi Dei
excellentissimus & ferventissimus, B. Bernar-
dini discipulus, mira egit contra Turcas in
Passagio. ita Paulus Langius.

Eleg. S. Romualdi.

Eremitarum auctor & Magister.
B. Benedicti institutum, temporis injuriâ solu-
tius, arctiore disciplinâ devinciens,
mirificè dilatavit.

ita D. Marcus Anton. Scipio Monach. Gassinenſ.

Elogium S. Remigii.

Episcopus egregiae scientiæ, & Rhetorices
apprime imbutus studiis; sed & sanctitates ita

præclarus, ut Sylvestri virutibus æquaretur.
ita Gregor. Turon. de gest. Franciæ Li. 2. c. 3.

Elog. SS. Ignatii & Xaverii.

Europam tenuit Lojola, Xaverius Indos,

Et duo sub locis regna duobus erant.

Cur extra terram nunc ergo locantur utramq; :

Orbis uterque viro parvus utriusque fuit.

vide mund. Symb. Li. 5. cap. 20. n. 319.

Ignatius, Xaverius.

Anagram.

Gavisi sunt vexari.

Elog. S. Aloysii.

Angele ! Gonzaga es, si pictas exuis alas :

Si Gonzaga alas induis, Angelus es.

Elog. S. Hugonis.

Abbas Cluniacensis.

Orationem Deo, lectionem sibi, consilium proximo sedulus exhibebat, & simulatione & mendacio abhorrebat penitus, torporem & otium daminabat, pauperes opulentam manu pascebatur, infirmos piâ sollicitudine refovebat, afflictos consolabatur, pupillos & viduas tuebatur. in viciosos severus, erga pœnitentes mitissimus erat. Disciplinæ castigatione judex, doctrinâ magister, Charitate parens, obsequio minister. Ita verò pluribus erat intensus, ut minor ad singula vix haberetur. ita Hugo illi coœvus in ejus vitâ.

Elo-

*Elog. S.
Neglectus
prius volunt
abjectionis,
cautia, dives i
superbus ad v*

Elog. S. Elzearii Comitis.

Fuit vir ille sanctissimus, humilis valde & pius, sobrius, pudicus, castus atque quietus, patiens & pacificus, in egenos munificentissimus, orationi & contemplationi ita affectus & deditus, ut conversatio ipsius in cælis potius quam in terris esse jure optimo diceretur. Fuit denique concreditæ sibi familiae vigilissimus observator, præceptor & custos. ita Andreas à Soto.

Elog. S. Iwonis.

Ivo pater legum, custos, protector, & amplum Egregium quie decus, cui se debere fatentur Jura, tuo toties sunt debellata favore : Aptus eras justas miserorum sumere causas.

Elog. S. Epiphanius Episcopi Ticinensis.

Ecce Homo, cuius totus oriens similem non habet, quem vidisse præmium est, cum quo habitare securitas &c. Ita teste B. Ennodio dixit Theodoricus Gothorum Rex.

Elog. S. Willibaldi Episcopi Eystettensis.

Neglector extitit suæ quietis, refuga propria voluntatis, appetitor laboris, patiens abjectionis, impatiens honoris, pauper in pecuniâ, dives in conscientiâ, humilis ad merita, superbus ad vitia. ita Gretserus cap. 30.

Scena XIV.

*Elog. S. Philastrii
Episcopi Brixiensis.*

Erat humanæ gloriae nescius, aer divini honoris exactor, non quærens, quæ sua erant, sed quæ Iesu Christi; amicitias sæculi & mundana conteinnens servitio Dei jugiter adhærebatur. Erat idem sanctus irâ brevis, indulgentiâ facilis, superans patientiâ, humanitatè devinciens, in corripiendo districtus, in relaxando absolvitus, liber in agendo, omni ætati & conditio- ni & sexui mirâ benignitate communis, humillimis quibuscumque conjunctus. ita S. Gaudentius ejus successor.

Elog. Philogonii,

Qui ex causidico factus est Episcopus.

Factus es, Philogoni! ex causidico Präful.

Patronus fuisti, ut disceres esse Pater.

Quos habuisti clientes, adoptâsti in filios, voluisti priùs aliis prodesse, quam præesse, faveras innocentiae verbo, tovisti facto;

Pontificatu illustrior quam clientelâ.

Non jam clamosus in foro, sed suasor
in templo.

Fuit oratio melle dulcior, vita sole clarior.

Expulisti Arium non ex urbe, sed ex orbe;

Patriæ Pater tu potius dicendus,
an Gentium?

Ita Joan. Bapt. Masculius Encom. cælitum
20. Decemb.

Mis-

Elogium Catonis.

Catoni veterum sapienti S. Hieron. tom 6.
commentar. Attribuit hoc encomium : *Cujus
gloria neque profuit aliquis laudando, nec viti-
perando quispiam nocuit.*

Elogium Solonis.

Toxatis ad Anacharsim hoc de Solone dabat
Elogium : *omnia jam viso Solone conspexisti ;
hoc sunt Athene, hoc est ipsa Grecia.*

Elog. Catonis Censorii.

Bonus est Senator, bonus Orator, bonus
Imperator. ita Cicero li. de senectute. & Plini-
us li. 7. cap. 27.

Elogium Demophili.

Demophilus inter pueros erat juvenis, in
consiliis verò senex, consecutus centenale
ævum. ita Pindarus ode 4. pyth.

Elog. Empedoclis.

Carmina quin etiam divini pectoris ejus
Vociferantur & exponunt præclara reperta,
Ut vix humanâ videatur stirpe creatus.
ita Lucretius.

Elog. Ciceronis.

Si ad desiderium nostrum respicis, parum
vixisti. Si ad res gestas, satis vixisti. Si ad
memoriam operum tuorum, semper victurus
es. Seneca in laud. Ciceronis.

Elog.

Elog. Scotti Doct. subtilis.

Fuit Scotus sapientiae Magister, Theologicæ subtilitatis Doctor, reconditorum arcanorum Perscrutator, summarum ubique difficultatum Enodator. paucis multa: non Philosophorum tantum Princeps extitit, sed & Theologorum Phœnix. ita D. Nicolaus Vernulæus S. Theologiae Licentiatus, ac in celeberrimâ Academiâ Lovaniensi publicus eloquentiæ Professor. Scotus adest, fidei lampas, Christique Sibilla, Interpresque Dei, castrum insuperabile, veri Scriba Jovis, mundique oculus, convivat tonantis &c. ita P. Bernardus de Soriâ.

Elog. Nicolai de Lyrâ.

Divinus planè vir, & in sacris scripturis doctissimus, nec minus conversatione, quam scientiâ venerandus. P. Engelgrave in suo Pantheo Emblem. 49. in festo S. Stephani.

Elogium Cardin. Horii.

Hic per omnem vitam in corde & ore habuit hæc verba: *Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit.* Stanislaus Reschius dat ei hoc Encomium:

*Religionis Atlas, vox & manus altera Pauli,
Mors Lutheri, celi Janitor, orbis amor.*

Elog. Cardin. Gregorii &c.

Præfules clero, populos Ecclesiæ, se omnibus sic sociat, Ut

Ut aliis pariendo pacem vel temporalem,
sibi pariat vel æternam.

Non fallor :

Suos enim fines moriendo posuit pacem,
vide mund. symb. li. 4. cap. 20. n. 287.

Elog. Imperatoris Theodosii.

Non insultare jacenti

Malebat, mitis precibus, pietatis abundans,
Pœnâ parcus erat, paci non intulitiram,
Post acies odiis idem qui terminus armis.
ita Claudioianus. idem de eodem.
O nimium dilecte Deo, cui militat æther
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Elog. Juli Cæsaris.

Lux Cæsarum & Pater.

Romanus Alexander, terræ Mars, victo
orbe urbem victricem orbis vicit, ingratam
patriam patriis armis punivit. Eam vicit invitus,
quâ vixit invitâ.

Elog. Claudi.

Longum est tam multa, quam meruit vir
ille, perscribere. Unum tamen tacere non de-
beo, quod illum & Senatus & populus ante im-
perium & in imperio & post imperium sic di-
lexit, ut satis constet, neque Trajanum, ne-
que Antoninos, neque quenquam alium Prin-
cipem sic amatum. ita Trebellius Pollio in di-
vo Claudio suo.

Elog.

Elog. Trajani.

Nihil aliud fecit, nisi quod meruit. Plin. in paneg. Trajani.

Elog. Fabricii.

Facilius est solem à suo cursu, quam Fabricium à suo proposito avertere. ita de eo Pyrrhus Rex.

Elog. Nepotiani Clerici.

Clericatum, non honorem intelligens, sed onus primam curam habuit, ut invidiam humilitate superaret, subvenire pauperibus, visitare languentes, provocare hospitio, lenire blanditiis, gaudere cum gaudentibus, flere cum fletibus. Cæcorum baculus, esurientum cibus, spes miserorum, solamen lugentium fuit. ita insingulis virtutibus eminebat, quasi cæteras non haberet. Inter Presbyteros & coæquales primus in opere, extremus in ordine. ita S. Hieron. in ejus Epitaphi. ad Heliod.

Elog. Alexandri Cardinalis Ursini.

Gravitatem Principe & Cardinale dignam præferebat, inter potentes magnificus, inter egentes munificus, in consiliis cautus & providus, in factis acer & efficax, magnis Ecclesiæ gubernaculis magnanimè perfunctus, ad majora natus, nisi Deus eum ad maxima transtulisset... Mundo maligno erutus diem vitæ præsentis clausit extrellum, ut primum inchoet æviternæ &c. ita Cornel. à Lap. in Epist. i. Joan. cap. 5. in fine, ubi adhuc plura de eo.

Epi-

Epitaphia Sacra.

Erit sepulchrum ejus gloriosum. *Isai. 11. v. 10.*
 Veteres solebant in carmine defunctorum
 virtutes & victorias decantare. Unde Virgil.
Et tumulum facite, Et tumulo superaddite car-
men. Mos hic etigendi titulos & Epitaphia in
 memoriam defunctorum est pervetustus, fuit
 que jam in veteri testamento; ut ostendit Cor-
 nelius in cap. 35. *Genes. v. 20.* in illa verba:
Erexit Jacob tumulum. Hæc Epitaphia scribe-
 bantur vel integris vocabulis, vel solis litteris
 initialibus quasi acrosticè. Unde Prudentius
 in Passione Hippolyti:

*Plurima litterulis signata sepulchra loquuntur
 Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod.*

Primum orbis & commune Patriarcharum
 Epitaphium (ait Cornel. in Prophet. minores
 canone nono) extat *Gen. 5. v. 5. Vixit Adam
 nongentis triginta annis, Et mortuus est Ec.*

Epitaphium Adami.

Stylo lapideo.

Hic ille jaceo, per quem omnes jacent,
 nec orbus, nec posthumus fui,
 sed Patris expers.

Ma-

Mattem habui, quæ me haber.

Cum omnia scirem, ut plura scirem
desipere cœpi.

Virorum sapientissimus

dementor à fœminâ quam malefiadâ!
beatae sylvæ dum fructus carpo, sylvam amitto
ex Rege Agricola.

Quia numen non colui, terram colui.

Uxor me immortalem peremis, uxorem ego,
uterque omnes.

Tum verè conjuges, cùm uno jugo vinci.
Ita Emmanuel Thesaurus, Patritius Tauri-
nensis.

Aliud.

Pulchrè te author effinxit è pulvere,
at turpiter culpa diffinxit in cinerem.

Ex Argillâ concretus & luto
penè dum effingeris, diffringeris.
Diem tibi natalem tecisti emortualem,
ultimus animantium evocatus ad vitam,
primus ad mortem.

Ita P. Joannes Baptista Masculus.

Epitaphium Abelis.

Tu quidem factus ovium pastor
tanquam præcidanea cecidisti victimâ.

Dum

Scena XV.

115

Dum gregem à lupinis tutarīs insidiis,
in fratrem incidisti lupum.
Quod tua divinitū arsisset hostia,
exardescens ille hostili irā
te maestavit hostiam.

Ita P. Joann. Bapt. Masculus.

Epitaphium Mathusalem.

Et pene post mille est annos vir mortuus ille.

Epitaphium Samsonis.

Rediit tandem ad Samsonem virtus,
cum Samson ad Numen.

In Veneris templo Cycople ludere jussus,
nec larvā egens

labefactis columnis templum impellit,
& spectaculam perimit spectatores.

Sic sua inter trophæa moritur Samson,
odiis felicior, quam amoribus.

Ita D. Emmanuel Thesaurus.

Epitaphium Davidis.

David fuit vir optimus & omnibus virtutibus præditus, quas Regem tot gentium incoluntati prospicientem habere oportebat... in consiliis erat prudentissimus & egregie calens, quid in præsens, quidve in futurum conduceret. Ad hæc sobrius, mitis, benignus erga

erga calamitosos, justus, humanus; quæ
quidem præcipuae sunt Regum virtutes &c.
Hoc elogium quasi Epitaphium Davidi po-
suit Josephus in fine Li. 7.

Epitaphium Jonathæ.

Doleo super te, Frater mi Jonatha:
decore nimis & amabilis super amo-
rem mulierum!

Sagitta Jonathæ nunquam rediit retrorsum:
quomodo cecidit fortis in bello!
Aquilis velocior, Leone fortior:
in excelsis, eheu! occisus est.

Epitaphium S. Joachimi.

Siste Viator.

Sepulchralis angustusque lapis claudit
augusta magnitudinis virum,
Magnæ Dei Matris Parentem,
Maximique Regum Regis Jesu Christi Avum,
stirpe Davidicu[m], virtute sanctissimum,
gloriâ nulli Divorum secundum;
Diu quidem sterilem,
sed ab unicâ tantum prole repente
fœcundum felicemque.
Obiit meritorum plenior quam dierum,
senex quamvis octogenarius.

A Filiâ & Nepote nobilior vaultò,
quàm ab Avorum serie præclarissimâ.
Atque ab unius administratione familiæ
plus dignitatis consecutus,
quàm ab urbium orbisque dominatu
Reges & Cæsares.

Non lacrymis huic parentandum,
sed laudibus;
digno planè, cui serviat vita mortalium.
Quoniam filiam habuit, vitæ
sequestram immortalis;
ima summis, terras cœlo, hominēs
Deo conciliaturam.

Quicunque MARIÆ filius audis & cliens,
quo loco JOACHIMUM habebis,
qui eam genuit?

Epitaphium S. Annae.

ANNAM JOACHIMO proximam
olim sanctitate & conjugio, nunc tumulo
suspice, quisquis ades, si pius es.
Laudibus & cultu ne disjungas,
quos vitæ similitudo,
quos dignitas, quos meritorum ratiō
conjunxit.
Bethlehemitis illa fuit,
ut natalium JESU CHRISTI gloriam
fortiretur.

Viro

Viro sanctissimo nupta , sed sterilis
delevit sterilitatis notam partu unico ,
meliùs certè , quām aliæ pluribus .

DEI MATREM enixa tantam illico
prolem obtulit cœlo ,

suæ coronam senectutis :
imò & orbi terrarum , sanctioris diei
auroram ,

& aureæ parentem ætatis .
Laus summa longævæ Matri , nullo
ævo tacenda ,

Matrem communis omnium Parentis
peperisse :

Etudisse Apostolorum Magistrum ,
imperâsse virginî , sc̄ui in homines , in An-
gelos , in Dei Filium destinabatur imperium ,
immortalibus Heroinæ meritis .
Mortalium Religio cultum , fidelitas famula-
tum , pietas obsequium debet .

Epitaph. S. Francisci Assisiatis.

Monumento S. Patris Francisci summus
Pontifex jussit inscribi uncialibus litteris
hoc Epitaphium:

*Francisci Romani , celsâ humilitate confi-
ci , Christiani orbis fulcimenti , Ecclesiae repa-
ratoris*

ratoris corpori nec viventi nec mortuo, Christi crucifixi plagarum, clavorumque insignibus admirando Papa novæ faturæ collacrymans, latificans & exultans, jussu, manu, munificentia posuit Anno Domini 1518. XVI. Kalendas Augusti. Ante obitum mortuus, post obitum vivus. Quia scilicet in vita mortificationem Jesu in corpore suo circumstulit, post mortem verò integro corpore stans & vividis oculis respectans in eælum, cum sacris stigmatibus sibi à Christo impressis, sanguine quasi recenti manantibus perseverat. Talem enim eum vidit Nicolaus V. Pontifex, Anno 1449. ita Cornelius à Lapide in cap. 44. Eccli. 14. citans Waddingum in Annal. Minor. Anno Christi 1230.

Epitaphium S. Agathæ.

S. Agathæ Angeli hoc Epitaphium posuerunt: *Mentem sanctam, spontaneam, Deo honorem & patriæ liberationem.* Vixerat enim in corpore quasi carens corpore, quasi Angelus in corpore assumpto. Ita Cornelius in Epistol.

Jacobi cap. 1. in fine.



Epi-

Epitaphia Religiosa.

1. Teste Platinâ Hadrianus VI. sumimus
Pontifex habuit sequens Epitaphium:

*Hadrianus VI. hic situs est,
qui nihil sibi infelius,
quam, quod imperavit, duxit.*

2.

Epitaphium vetus Scotti.

Concepta est Virgo primi sine labe Parentis;
Hoc Scotus tenuit, jussit Sorbona deinceps,
Inde genus meritum tantum sibi Papa refundens,
Doctor subtilis, mandat, dicatur abinde.

3. Albertus Archi-Episopus Moguntinus,
ac S.R.E. Cardinalis sepulcro suo inscribi vo-
luit: *Pernoctavi hic in mundo, omnes sequimini.*

4. In Ecclesiâ Academiæ Complutensis,
quam instituit Francisc. Ximenes S. R. E. Car-
dinalis ex Ordine Minorum, & Archi-Episc.
Toletanus, Sarcophago ejusdem ante sum-
mam aram inscriptum est hoc Epitaphium:
Condideram Musis Franciscus grande Lyceum:

Condor in exiguo nunc ego Sarcophago.

Prætextam junxi sacco, galeamque galero;

Frater, Dux, Præsul, Cardineusque Pater.
Quin virtute meâ junctum est diadema cucullo,
Cum mihi regnanti paruit Hesperia.

5. Car-

5. Cardinals A
Marie Angelorum
Verba
Mem
Gloria
Fama per ora volv
6. Joanni Ce
qui cum S. Joant
navit & profuga
mortem sequent
Salve aurelata
extinct
Hen. corrup
Nunc tu
Deo

7. Epitap
glic. fuit hoc

8. Justu
vens insculp
famus, n
verboune ab

9. Rave
inscripicio lo
Secundum mor
Mauricean

5. Cardinalis Alciatus Romæ in templo S.
Mariæ Angelorum habet sequens Epitaphium:

*Virtute vixit,
Memoriâ vivit,
Gloriâ vivet.*

Fama per ora volat, spiritus astra tenet.

6. Joanni Corvino, Comiti Bistricensi,
qui cum S. Joanne Capistrano Turcas oppug-
navit & prosligavit, idem S. Capistranus post
mortem sequentem accinuit næniam:

*Salve aureola celi! cecidit corona regni.
extincta est lucerna orbis.*

*Hec! corruptum est speculum, quod inspicere
sperabamus!*

*Nunc tu devicto inimico regnas cum
Deo & triumphas cum Angelis,
O bone Joannes!*

7. Epitaphium Thomæ Mori Cancell. An-
glic. fuit hoc:

Hec nihil est mori.

8. Justus Lipsius sepulchro suo adhuc vi-
vens insculpi jussit hæc verba: *Humana cuncta
fumus, umbra, vanitas & scena imago, &
verbo ut absolvamus, nihil.*

9. Ravennæ sepulchro, cui Phænix insidet,
inscriptum legitur:

*Securus moritur, qui scit se morte renasci,
Mors ea non dici, sed nova vita potest.*

Scena XV.

122

Io. State & audite, dum vos alloquor
Commilitones mei!

Habent & mortui vocem suam,
habent & sensum.

Vocem hanc si viventes audiant,
si sensum habeant, fortunati.

Ego sum FRANCISCUS de SOTO
Major, manuel benavides & guevara;
imò fui.

Alia hæc nomina & simul omnia cum vita
mihi momento erepta sunt.

Ego nūc sum
Anima nuda & sola.

Quod inter vos visus sum, jam pulvis
& cinis & nihil est.

Vivebam vobiscum securus in tempore,
& raptus sum momento unico attonitus
in æternitatem.

O æternitas!

quām te nemo capit, nisi qui à te captus est.
O æternitas!

quām tibi vox brevis, & quām longus est sensus!
ô æternitas!

quām paucis descripta litteris! sæcula
quām immensa describis!

Æternitas vitæ aut mortis

Cum Deo beata, horribilis sine Deo.

Hunc

Scena XV.

123

Hunc ego solum Judicem habui,
& quod perculit inexspectatum:
penè adhuc vivus.

ad tribunal ejus steti & audivi

SENTENTIAM ÆTERNITATIS.

Hanc ego non pronuntio,
quia hoc Judicis est, non judicati.

Vos audituri in extremo die & velstram & meam
utinam utriusque fortunatam!

Vixi inter vos annis pauculis:
quia non solum illi XVIII. vitæ meæ,
sed sæculorum omnium sunt breves.

Vixi in obsequio pii Principis

LEOPOLDI GUILIELMI:

Felices, qui vivunt ad exemplum vitæ
ejus & virtutis.

Illi in exercitu imperatoria signa circumtuli;
sed aliud jam in cælo signum vidi.

AD DUNCKERKAM

hostili telo trajectus occubui,
& mox illa sine me expugnata est:
sed cælum mihi sine me, & nisi à me
non potuit expugnari.

Pro illâ Leopoldus
Princeps & Dux meus,

PRO HOC MARIA

MEA MATER & PATRONA CERTAVIT.

O MATER!

Quantum tibi debo & Natali tuo?
 Tu illo die concessisti mihi in sanctissimo
 Sacramento Filium tuum,
 ut haberem benignum Judicem
 post biduo moriturus.
 Hanc amate Matrem, & hunc ado-
 rate Filium,
 qui viam vobis facilem
 optatis in cælum.

Ad hoc ego veni, cum natus & renatus sum,
 Venite & vos commilitones mei!
 Videte cælum, & vincite, dum tempus est.
 Errare à cælo primum est;
 non videre cælum proclive est:
 semel excidisse cælo
 æternum est.

11. Inveni portum, spes & fortuna valete,
 Nil mihi vobiscum, ludite nunc alios.
 Ita se legisse in Italia testatur Cornelius Apocal.
 10. ¶ 6.

12. In antiquo Epitaphio Ludovici quarti
 Regis Francorum, sepulti in æde S. Remigii
 urbis Rhemensis sequentia leguntur:
 Si, quantis Regum sit subdita vita periclis,
 Nossent, qui cupiunt regna vel imperia,
 Sceptra pili facerent.

Epi-

Epitaphia promiscua.

1. *Alexandri Magni.*

Refert Plutarchus, in ejus sepulchro depictas fuisse Africam cum reliquis mundi partibus, quas subjugārat, addito hoc laudis pleno Epitaphio: *Alexandri Victoria.*

De eodem legi etiam sequens Epitaphium:

En ego, qui totum mundum certamine vici,

Dictus Alexander, vincor & ipse brevi.

Omne tenens regnum cunctis dominabar in
orbe,

Nunc ego non teneor, nec mihi regna valent.
Reges sternebam, me Mors durissima sternit,
Omnia mactabam, mactor at ipse miser.

2. *Cyri Regis Persarum.*

Qui tumulo suo sequentia inscribi voluit:

Ego sum Cyrus,

qui Persis imperium constitui,

Pusillum hoc terrae, quo meum tegitur cor-
pus, ne mihi invideas, ô vir, quicunque ad-
venis; neque ego te adventurum ignoravi.

3. *Scipionis Africani.*

Devicto Hannibale, captâ Carthagine & aucto
Imperio, hos cineres marmore tectus habet.

Cui non Europa, & non obstitit Africa quondam
(Respicce res hominum! quam brevis urna
premit?

Maxima cunctarum victoria victa voluptas.

4. Rex quidam Cypti monumento insculpi-jussit hæc verba : *Hic jacet Persarum debellator.*

5. Hadrianus Imperator moriens dixit illud Menandri vulgatum : *Turba Medicorum Ca-sarem perdidit.* ita Dio. Addunt alii, ipsum illud suo sepulchro quasi Epitaphium insculpi-jussisse Ita Cornel. in cap. 38. Eccli. v. 2.

6. *Epitaph. Phætonis.*

*Hic situs est Phæton, currus autiga paterni,
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.*
Ovid. Li. 1. Metamorph.

7. *Salonis.*

Qui fuit unus ex septem Sapientibus Græciae, clarens Athenis, patria Salaminius. De hoc refert Cicero Li. 1. Tuscul. quæst. quod sepulchro ejus lequens Epigramma inscriptum fuerit :

*Mors mea non careat fletu, linquamus amicis
Merorem, ut celebrent funera cum lacrymis.*

8. *Themistoclis.*

Themistoclis Epitaphium fuit pictura gestorum cum epigraphe :

Memoranda facta Themistoclis.

9. *Virgili Poëta.*

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc

Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

10. *Ga-*

10. Godefridi Bullonii.

Teste Serario in *Judices Godefridus Bullo-*
nus è Domo Lotharingicâ, qui primus Reg-
num Jerosolymitanum recuperavit, habuit
hoc Epitaphium:

Rex Balduinus, Judas alter Machabæus,
Spes Patriæ, Vigor Ecclesie, Virtus utriusque.

11. Philippi IV. Hispan. Regis.

Mergitur occiduus vix gurgite Phæbus Ibero,

Atque rapit secum, quam tulit ante diem.

Obruta cum tenebris nigrescunt omnia circùm,

Squallentemq; orbem mæror & umbra regit.

Dum tristi occasu nostro fugis orbe, Philippe!

Heu nos! quam cæcæ mortis imago tenet!

12. Extat Losduni juxta Hagam Comitis
 tabula cum hâc rei gestæ epigraphe: Margar-
 retha Florentii Comitis Hollandiæ filia An. sa-
 lutis 1276. extat. suæ An. 42. ipso die Parasce-
 ves horâ nonâ ante meridiem peperit infantes
 vivos promiscui sexûs numero 364. qui post-
 quam per Ven. Episc. Guidonem suffragan.
 præsentibus nonnullis proceribus & Magnati-
 bus in pelvi quâdam Baptismi Sacramentum
 percepissent, & masculis Joannes, fœmellis
 verò nomen Elisabeth impositum fuisset, ipso-
 rum omnium, simul cum Matris, animæ ad
 Deum æternaliter victuræ redierunt, corpora
 autem sub hoc saxe requiescunt. Vide Cornel.
 Eccl. 35. v. 16.

13. PRINCIPIS EUGENII
DUCIS SABAUDIÆ &c.Hic jacet: *EUGENIUS SUSESSIONENSIS*

Primus suæ prosapiæ & ultimus.

Hic jacet Columna Austræ,
Quâ stante fortuna sua stetit,
cadente penè mætore occidit.

Quæ

nonnisi cum inimicis pace adornatâ
fatis succubuit,
ne Divinâ manu percussa
suos secum obrueret.O Mors implacabilis!
ab illo tributum exigis,
qui tot Turcarum, Gallorumque millia
falci subjecit?Dormientem septuagenarium opprimis,
quia vigilantem vincere desperabas.Ast in tuî despectum
suorum in pectore,
omnium in memoria
Vivit, æternumque triumphant
*PRINCEPS EUGENIUS.*Scipio Austriacus, Martis culmen, bellî
fulmen, Dux fortissimus.Eugenius toties Victor, neque victus abullo,
Victor victorum, Dux fuit ille Ducum.
Austria militias, Alemania, Roma coronat,
Virtutesque pias pax, polus, alma Trias.

¶ 4. Epitaphium Bonne in Ecclesia nostra
eris incisum.

ÆTERNA SIT IN MEMORIA.

R. Illmus & Excellmus. D. IGNATIUS
SERVATIUS L. B. De ROLL ex BERNAU,
Ordinis Teutonici Eques, Commend. Menov.

Supremus Stabuli Praefectus,
Locumtenens Monaster. Exercitus Generalis.
e vivis erexit M.D.CC.XXXXIII.

Die xiiii. Cal. Octobr.

Religiosus, Aulicus, Miles.

Vir

à morte immortalis,

quem

In consiliis dandis **integritas**,

In celandis taciturnitas,

In exequendis dexteritas.

Fratribus maximis

Catolo VII. Augustissimo Imperatori,

& Clementi Augusto

Intimum fecerunt Consiliatum,

M. Magistro carissimum,

aestimatum Nobilitati,

Venerandum omnibus,

Parentem pauperibus,

Dignum cui hoc Gratiae, amoris

Perennaturum monumentum

P. C. Clemens Augustus Arehi-Epis. Colon.

Supremus Ord. Teuton. Magister.

15 Aliud ad Eundem,

Lege & Luge Viator!

Hoc sub ære quiescit ære perennior
IGNATIUS SERVATIUS L.B. de ROLL&c.
 heu durus fati tenor!

Jam jacet & tacet, qui dum in vivis

Principi ad Latus staret,

cum Conso fari & non fati optimè nōrat.

Binis Fratribus gloriösè regnantibus,

Carolo VII. Romano Imperatori

&

Clementi Augusto Elect, Colonien.

Intimis erat à consiliis,

Priori quidem valdè acceptus, Alteri

autem apprimè charus.

Adiit silentem requie perpetuâ domum.

Qui fuit Generalis Locum tenens Equitatiū,
 nunc est Locum tenens hoc in Sarcophago.

Vitæ ejus rota in medio cursu rotari desuit,

Anno x̄tatis quinquagesimo primo,

die decimâ septimâ Septembribus,

quâ Christus crucifixus sacra impressit Stigmata

Seraphico Patri Francifco,

cujus sacro Ordini affiliatus erat.

CorpVs est DefVnCtVM,

ast

stante rotâ VIVIt VlrtVs post fata sVperstes

R. I. P.

16. Epitaphium cuiusdam Principis.

Hic in imo jacet, imò sedet
 è pulpito & Cathedrâ humili
 de sublimibus Principes etudiens,
 Collega honoris, Princeps Magnanimus,
 ipsum audite!

Ecce! Mors-

in calle meo tenebras posuit,
 spoliavit me gloriâ m  a,
 abstulit Coronam de capite meo,
 & quasi avuls   arbori spem meam.

Heu! orbe!

Qu  m cit   cunctarum rerum datur orbis in
 In vita ad mortem qu  m cit   vita fugis!

17. Aspice me miserum corpus, cui cuncta fave-
 bant,

Nunc brevis in stricto me tenet urna loco.

18. Heu!

Cecidit Corona capitis nostri. Thren. 5. v. 16.

Magnum illud Imperii Decus,
 Pater & Protector Patri   nostr  
 fatis succubuit,
 ad omnium nostr  m m  rorem.
 Princeps longiori vit   dignissimus
 ´ vivis erexitus est.

Attollite portas Principes vestras
 & elevamini port   a  ternales,
 ut introeat Princeps noster
 Immarcescibilem percepturus glori   coronam.

Scena XV.

19. *Alind ad Principem.*

Hic jacet Princeps opulentus
Aurei Velleris Eques,
trium terræ cubitorum hæres,
auri nihil secum tulit
vili Sarcophago contentus.
ô dira fors!

Hic jacet Princeps sapiens
politionibus litteris eruditus,
Minervæ & Astrææ donis floridus;
Flores sed istos mors messuit.
ô dura mors!

Hic jacet Princeps nobilis,
ætatis heri vigens robore,
Conjuge felix & prole,
ab utrisque Mors eum diemit,
Sic variatur homo per multa volubilis errans,
Est sua Nobilitas hæc sua mobilitas.

20. *Epitaph. Magni Belliducis.*

Hic jacet Dux Exercitus
bellicâ fortitudine clatus,
à vermis in Hypogeo obfessus
Victas manus tradit invictus.

plangite. dicet,

Quantula sint hominum corpuscula, Mors tibi
Urna pedum septem est hic metienda tibi,
Victor ad Herculeas penetres lieèt usque co-
lumnas,
Tiræ cum aliis pars manet æqua tibi.

21.

11. Epitaph.
Semper honeste
reclinet,
Ani labris, b
21.
Centum fatis e
Caltra valere,
Spinis effici, l
Lengue rive,
Bella gerant al
Rebus in h
14. 1
Hic jacet, era
Fulvia & hu
Da veniam.
In premis
Et dicentes
Hic Pater
Si titulos a
Facta pre
Parca prem
anno
Confutatio

21. Epitaph. generosi Militis.

Semper honos nomenque tuum, laudesque vi-
rescunt,

Ære, labris, labaris, marmore, corde, thelis.

22. Aliud ad eundem.

Certatum satis est, requies post prælia prodest,

Castra valete, fori, vado cubare, mori.

Spiritus est cæli, caro terræ, cætera veli,

Lexque revelabit, cùi ego fortè dabit.

23. Aliud pro eodem.

Bella gerant alii, veterane strategi quiesce,

Rebus in humanis omnia tempus habent.

24. Epitaph. Aulici Cæsari.

Hic jacet, erectam tenuit qui Cæsar's aulam,

Fulcit & Austriacam firma columna domum.

Da veniam ..., nunquam tua fama peribit,

In pennis aquilæ quin super astra volet.

Et dicent seri post tempora nostra nepotes,

Hic Pater Austriaci Steinmatis alter erat.

25. Alicuius Abbatis.

Si titulos annosque tuos numerare paramus,

Facta premunt annos, omnia Parca premit.

Parca premet titulos, suffocet & Atropos

annos,

Constatuit nostro pectore Patris amor.

Epi-

Epitaphia Impiorum.

1. Epitaph. Caini.

Inani pavore territus, ac se ipsum terrens,
quia timenda non timuit, timet non timenda.

Urbem primus condidit, nec immerito,
ut qui campis securitatem depulerat,
carcerem sibi moliretur.

Hunc tamen urbe suâ exulanter

Lamechus nepos pro ferâ ferit
facili errore, feratum similem.

æquo igitur & iniquo jure
malus à malo supplicium capit,
quod dedit.

Et parricidio fraticidium expiatum,
bis lugendum parentibus facinus,
cùm committitur & cùm punitur.

Ita D. Emmanuel Thesaurus.

2. Regis Pharaonis.

Ubi nunc, Pharao! tua sceptra, tuî currus,
tua castra? ubi tuus fastus, Draco magne?
qui habitas in medio fluminum tuorum & de-
vorabas alias gentes? ubi tuâ vox: Non cog-
nosco Dominum, meus est fluvius & ego feci
memeti plumb? quomodo cecidisti de cælo,
Lucifer? spoliasti Hebræos, nunc ipsi spoliant
te. Mersisti infantes eorum, nunc ipse mer-
geris

geris in mari rubro, mergeris in sanguine tuo. Devorasti eos, nunc pisces vorant te, factus es esca corvis & populis Aethiopum. vide Cornel. Exodi 14. v. 25.

3. Sardanapali.

Sardanapalus moriens, ut refert Calepinus, condidit hoc Epitaphium:

Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas. &
Cum te mortalem noris, presentibus exple
Deliciis animum, post mortem nulla voluptas.
 Aliud quoque Epitaphium ejusdem refert Ci-
 cero §. Tuscull. Quæst. sic sonans:

Hæc habeo, quæ edi, quaque exsaturata libido
Hansit, at illa jacent multa & præclara relicta.

Aristobolus refert, in Sardanapali sepul-
 chro sculptam imaginem, manūs dextræ con-
 junctis digitis velut ad sonum elidendum, in
 eoque Litteris Assyriis hoc fuisse scriptum:
Sardanapalus Ariacyndaraxis filius, Anchia-
ten & Tarsum uno die condidit. Ede, bibe,
lude. reliqua ne digitorum quidem strepitum
digna sunt. vide Le Blanc in Psal. 89. v. 5.
 N. 22.

4. Absalonis.

Cum in arbore sublimi penderet Absalon,
 pulchrum ei Epitaphium David cecinit: Vidi
impium superexaltatum & elatum tanquam
cedros

*Cedros Libani, & transfui, & ecce non erat.
Ita S. Chrysost. Hom. in Psal.*

5. *Regina Jezabelis.*

*Hæc cine est ista Jezabel? 4. Reg. 4.
Quæ fuit pulchritudinis miraculum,
Jam est fluxæ venustatis spectaculum,
& humanæ fragilitatis speculum:
non remansit in eâ ulla imago prioris:
Erunt carnes Jezabel sicut sterco.*

*Nomen ejus hebraicè idem est ac sterco,
nunc carnes ejus sterco sunt.*

*Quæ Naboth innocentem lapidati fecerat,
è fenestris præcipitata deorsum:
mortua jacet super lapides.*

*Quæ bona & sanguinem justorum sitiverat,
in agro à canibus devoratur.*

Infspice hoc speculum, ô viator! & resipisci.

6. *Epitaph. Tiberii Cæsaris.*

*Hic Liviae filius, Augusti privignus,
matris mores tenuit, non vitrici.*

*Acuto in pessimis ingenio, obtuso in optimis,
Dextram fortunam, sinistram virtutem habuit.*

*Triumphator aliorum sæpe, nunquam sui,
repugnans vitrico, matre propugnante
ad imperium ab exilio venit,
in exilium missurus imperium.*

Tam

Tam sceptri amans, cùm non haberet,
quām amens cùm habuit.

Ita Cornel. in Cronotaxi Aet. Apost. An. 39.

7. Cujusdam mulieris lasciva.

Hic jacet in tumba rota mundi, nec rosa
munda,

Non redolent, sed olent, quæ redolere solent.

Aliud.

Occidit, heu! postquam multos occidit aman-
te,

Et cinis est hodie, qui fuit ignis heri.

8. Arrius Heresiarchæ.

Ruit Arrius' alvo,

Infelix, plūs mente cadens, lethumq; peremptus;

Cum Juda commune tulit, qui gutture pendens

Visceribus curvatus obit: nec pæna sequestrat,

Quos par culpa ligat: qui Majestatis honori

Vulnus ab ore parant: hic prodidit, ille diremit

Sacrilegâ de voce.

9. Timonis Atheniensis.

Hic sum post vitam miseramque inopemque
sepultus:

Nomen non quæras: Dii, Lector! te malè
perdant. — *Vide Cornelium in Cap. 4.*

Daniel. v. 13.

10. Martini Lutheri.

Martinus Lutherus adhuc vivens sibi meti ipsi
sequens fecit Epitaphium :

*Pestis eram vivens, moriens ero mors tua Papa,
verum Catholicus Poëta illud ita correxit :
Pestis eras vivus, moriens lux reddit a Papa :*

Nunc Luthere ! jaces, Papa stet atque sedet.

11. Buccananus infamis Helluonis

Hic jacet Veneris procus, anagrammate porcus,
Tenebrio noctu diuque ebrio similis,

cui invita virtus in vita,

sola voluptia pia,

& in amoribus moribus fuit.

Huic cælum libidinum obscenum canum,
& pollutum lutum.

Sed quæ misero sero sors obvenit, venit ?
quæ mors insecura, secuta hunc porcum ?

orcum,

*Inquietis, quietis enim illius locum
focum*

insignem ignem

non in pace, sed in pice esse creditis, Ditis.

Hæc sors, mors ei debita est, ita est.



Epi-

Epitaphia curiosa & lepida.

1. Teste Marco Verrone Plautus, Poëta
comicus, sibi meti sp̄i fecit sequens Epitaphium.

Postquam morte est captus Plautus,

Comœdia luget, Scena est deserta:

Deinde risus ludusque,

joci & numeri innumerū

'simul omnes collacrymārunt.

2. Ptolemæus nobilis Astrologus sibi fecit hoc:
Mortalem quamvis nōrim me fortè creatum;
Dum tamen astrorum scrutor in orbe vias;
Sum pedibus tellure procul, juxtaque tonantem
Affideò Divus, pascor & ambrosiâ.

3. *Cujusdam Regis Francie.*

Risi, ploro. Fui, non sum. Studui, requiesco.
Lusi, non ludo. Cecini, nunc mutio. Pavi
Corpus, alo vermes. Vigilavi, dormio. Dixi
Salve, dico vale. Rapui, rapior. Superavi,
Vincor. Certavi, pace utor. Jure ego vixi,
Jure igitur morior. Non obsto, obstatne nequirē.
Terra fui quondam, rursùm nunc terra, nihil sum.
Terra caduca vale, vermes salvete, recumbo.
Ita Delrio Adag. 8.

4. *Hic situs est similis,*

Qui multos annos egit, sceptra autem vixit.
Ita sepulchro suo incidi jussit Præfectoris Adriani
Imperatoris, nomine Similis, qui Præfecturæ
renuntians, septem annis sibi vixit. 5.

5 Homonæa. Roma marmori incisum.

Tu, qui securâ procedis mente, patimper

Siste gradum, quæso, verbaque pauca lege.

Hlla ego, quæ claris fueram prælata puellis,

Hoc Homonæa brevi condita sum tumulo.

Cûi formâ Paphiaæ Charites tribuere decoram,

Quam Pallas cunctis artibus erudiit.

Nondum bis denos ætas mea viderat annos,

Injecere manus invida fata mihi. ipsâ

Nec pro me queror hoc, morte est mihi tristior

Mæror Arimetæ conjugis ille mei.

Arimetus.

Sit tibi terra levis, mulier dignissima vitâ,

Quæque tuis olim perfruerere bonis.

Si pensare animas sinerent crudelia fata,

Et posset redimi morte aliena salus,

Quantulacunque meæ debentur tempora vitæ,

Pensarem pro te, chara Homonæa! libens.

At nunc quod possum, fugiam, lucemq; Deosq;

Ut te maturâ per styga morte sequar.

Homonæa.

Parce tuam, conjux! fletu quassare juventam;

Fataque mœrendo sollicitare mea.

Nil possunt lacrymæ, nec possunt fata moveri,

Viximus: hic omnes exitus unus habet,

Parce, ita non unquam similè experiare doloré,

Et faveant votis numina cuncta tuis.

Quod mihi præripuit mors immatura juventæ,

Id tibi victuro proroget ulterius.

7+

7. *Elpis uxoris Boëtii.*

Elpis dicta fui, sicutæ regionis alumna,

Quam procul à patriâ conjugis egit amor.

Quo sine mœsta dies, nox anxia, flebilis hora,

Cumque viro solùm spiritus unus erat.

Lux mea non clausa est tali remanente marito,

Majorisque animæ parte superstes ero.

Porticibusq; sacris jam nunc peregrina quiesco,

Judicis æterni testificata thronum.

Neve manus bustum violet, ne fortè jugalis

Hæc iterum cupiat jungere membra cinis.

8. *Siculæ cuiusdam Vidue.*

Quæ sub cypresso domui suæ vicinâ sepeliri

voluit cum hoc Epitaphio :

Digna jacet lesso, tristi tumulata eupresso:

Turturis ad mores ingemit ante fores.

9. *Cuiusdam Nulli.*

Hic recubat Nullus, nullo de sanguine natus,

Nullus apud vivos, Nullus apud Superos.

NB. Ipse vocabatur cognomine *Nullus*.

10. *Per eſt eſt,*

Dominus noster mortuus eſt.

Ita famuli inscriperunt sepulchro Domini sui,
qui in Italia obiit præmaturè ex crapula, quia
nimium biberat de vinis generosioribus, ut
refert Cornelius à Lapide in Ecclesiasten cap.

10. v. 15.

11. *Claudia Matrone Romane.*

Cast a vixit, lanam fecit, Domum servavit.

12. *Ludovici Imperatoris*

Filiu Caroli Magni, mortui An. 840.

Imperii fulmen, Francorum nobile culmen,

Excitus à seculo, conditer hoc tumulo.

13. *Antonii Berenotti Granvellani*

Cardinalis & Archi-Episcopi Malinensis.

Dialogus metricus

Hospitis & Aulici.

Hospes.

tus?

Quis cubat hic modicâ magnus tellure sepul-

Aulicus.

Grandia cùi celos vela dabant titulos.

Hospes.

Cur pelagus vitæ sulcans, Durate secundis

inquit? Aulicus.

ne quondam nomina parta cadant.

Clara illa imperio Caroli, regnoque Philippi,

Quorum consiliis præfuit arte potens.

Hospes.

Ergo manu clavum strinxit, navimq; gubernans

Duravit fatis? Aulicus.

Insuperabilibus.

Hospes.

Atne diu? Aulicus.

Decies septenos vixit in annos.

Hosp. Quo capitur portu?

Aulicus. Cunctis quò meta laborum est.

14. *Marchionis de Pescara.*

Qui fuit Caroli V. Imperat. supremus Bellidux.
Dialogus metricus inter Viatorem & Hospitem.
Viator. Quis jacet hoc gelido sub marmore?
Hospes. Maximus ille Piscator, belli gloria,
pacis honos.

V. Nunquid & hic pisces cepit?

H. Non.

V. Ergo quid?

H. Urbes, magnanimos reges, oppida, Regna,
Duces.

V. Dic quibus hos cepit Piscator retibus?

H. Alto consilio, intrepido corde, potestate, manu

V. Quæ tantum rapuere Ducem?

H. Duo numina, Mars, Mors.

V. Ut raperent quidnam compulit?

H. Invidia. Sed nocuere sibi, nam vincit
fama superstes, quæ Martem & Mortem,
vincit & invidiam. Margret.

15. Hic jacet Elisabeth, jacet hic soror altera

Hic jacet Andreas, qui generavit eas.

Hoc Epitaphium dicitur extare Angelo-stadii
in Bavariâ.

16. Nudipes Antistes non curat Clerus ubi stes,

Si non in cælis, stes ubicunque velis.

Hoc dicitur quondam inscriptum fuisse Mo-
guntiae.

17. Omnia sic ibant, sic ibimus, ibitis, ibunt.

Ita legitur Antwerpiæ.

Hic

18. Hic jacet Arnoldus Decanus marmore
Qui dum vivebat, stramine tectus erat,

19. Hic jacet Doctor David,
Qui ter in vita argumentavit,
Semel in celarent,

Ita ut omnes admirarent;

Bis in Frisësomorum,
Requiescat in saecula saeculorum.

20. Hic jacet Jodocus;
Qui fuit Romæ Cocus,
Doctor in partibus,
Magister in artibus;
Ex gratia speciali,
Requiescit in hospitali.

21. Hic jacet corpus Joannis,
Qui nupsit tribus Annis,
Et habuit viginti sex proles.

22. O Pater omnipotens vituli miserere Joannis,
Quem Mors præveniens non sinit esse bovem.

23. Pro aliquo Coquo.
Antoni, tibi pro tumulo sint arma, culina,
Olla, lebes, ligulæ, trulla, patella, veru,
Ungere non opus est undus, nec adurere corpus,
Cum satis ad manes undus & ustus eas.

24. Pro Vinitore diu vivente.
Vinitor hic recubo, docui qui vivere vino

Posse diu, vini si qua diæta placet,
Heus Lector sitiens! hanc à me disce diætam,
Et poteris patiles accumulare dies.

Epi-

Epitaphia quædam Germanica,
per modum interludii, mutuata plerumque
ex Abrahamo à S. Clara.

DA kommt ein Schnitter, heischt der Tod;
Er hat Gewalt vom grossen Gott.
Jetz weht er das Messer,
Es geht schon viel besser.
Bald wird er drein schneiden,
Wir müssens nur leyden.
Hüt dich schöns Blümlein,
Er schneidt gar grob darein.
Alte Weiber, junge Madel,
Bauren-Leuth und gut von Adel,
Kayser, König und Welt-Regenten,
Doctor, Schüler und Studenten,
Fürsten, Herrn und Potentaten,
München, Bettler und Soldaten,
Scepter, Cron und Haur-Hacken
Thut er all's zusammen packen.

I. Eine Grabschrift vor die Alten.
Krampel, Krüppel, Krimpel-Waar
Liegt allerley hierunter;
Stelzen, Krücken, Paar und Paar,
Du glaubst nicht was für Plunder.
Wir haben lange Jahr erreicht,
Und Schimpelweiss Parcken.

Das G'sicht war ganz und gar erbleicht,
 Die Wangen gleich den Socken.
 Der matte Lab, das Trampel-Thier,
 Thät nichts als husten, schnauften,
 Die Nasen gleich dem Schleift-G'schier
 Pfui! Deuel, es macht ein Grausen.
 Das Halsbein nicht mehr im Mund,
 Das Maul ein lehre Taschen,
 Wir brauchten oft drey ganzer Stund
 Ein Brockel Brod zu naschen.
 Das matte Haupt, der bitter Kopff
 Thät immer den Tact geben:
 Es zeigte gnug der klobne Topff
 Zum La, mi, fa, gehts Leben.
 Und dannoch wie der bißig Todt
 Nach uns oft thäte schnappen,
 Da wolten wir bald hi, bald hoth,
 Er soll uns nicht ertappen.
 Nit gern, nit gern, nit geren dan
 Liessen wir unser Leben,
 Es war nicht umb den Todt zu thuen,
 Sondern Rechenschaft zu geben.

Ita R. P. Abraham à S. Clara in seiner
 grossen Todten-Bruderschafft.

Grabs

Grabschrifft der Reichen ex eodem.

1. Der Tode macht nicht ein Unterscheid,

Ihm ist Beit wie der Beitel,

Sch armer G'sell muß meine Stell

Verlassen sambt dem Beutel.

Nichts halß mein Nahm, nichts hoher Stam

Und Adeliche Wappen,

Starck, jung und reich nimbt er zugleich

Den Doctor mit dem Lappen.

Ach! ach! ach! ach! ein bittere Sach,

Wann Reich zugleich

Muß sterben und verderben.

2. Hab eist mein M. si erkut so vest,

Thät kaum darin erwa mer;

Da klopftt gleich an der durre Mann,

Und macht ein grossen Larmen.

Ich flag, ich schrene, was dan das seye,

Goll sich dech höflich zeigen,

Da wird er toll, der grobe Knoll,

Und zeigte mir die Feigen.

Ach! ach! ach! ach! ein bittere Sach,

Wan Reich zugleich

Muß sterben und verderben.

3. O Todt noch wart, ich stirb gar hart,

Und las mich noch pasiren,

Nimm hin das Geldt, wans dir gefällt,

Will ich doch gern spendiren.

Nun hinden G'schmuck, sambt dem Gold,
Eröffne alle Kisten. Stück,
Ko und so umb und umb, key mich nichts drumb,
Thut mir nur's Leben fristen.

Ach! ach! ach! ach! ein bittere Sach,

Van Reich zugleich
Muß sich entfärben und sterben.

4. Was far ein Zahl liegt im Spital,
Der G'schreyer voll und der Prasser
S' und schwach und matt, der Schmerzen fass,
Der Todt thut sie nur trösten.
So gehe dan hin, such dort dein G'winn,
Sie warten mit Beilangen.
Ich leb noch gut, lasz mir mein Muth,
Du wirst mich noch wohl fangen.
Ach! ach! ach! ach! ein bittere Sach

Van Reich zugleich

Muß wie die Scherben verderben.

5. Nichts hilft Schmiral, noch Capital,

Noch mit Gold g'füllte Ranzen,

Du must nur fort, mit einem Wort,

Fein hüpsch den Kehrous tanzen.

Ach! Haß und Platz, sambt allem Schak.

Muß ich anjetzt verlassen,

Die Gruben hier ist mein Quartier,

Ihr spielt, und ich muß passen.

Ach! ach! ach! ach! ein bittere Sach,

Van Reich zugleich

Nichts kan erwerben, sondern sterben.

Ein Grabschrifft vor die Kriegsleuth.

Ex eodem.

Du Martialisch Helden Blut,
Niemand kan dich gnug preys:n,
Aber truze nicht, mein Pfeil ist gut,
Durchtringt ein Kleyd von Eysen.

Alexander bellicos

Und Meander generos
Überwunden seynd von mir,
Dan sterben müssen alle Leuth,
Im Greythoff sucht Quartier.
Noch einige andere Kurzweilige
S: abschrifften.

1. **H**ier liegt der arme Tropff
Mit seinem gecken Kopff:
Er war ein grober Knoll,
Besoffen, voll und doll.
Er hatte immer Durst,
Dabey fräß gern ein Wurst.
War er nun bey dem Tranc,
Da stiftet er nur Zanck.
Gern spielte mit der Cart,
Doch auf ein falsche Art:
Ver spielt er nur ein Spiel,
War es ihm schon zu viel.
Er selbssten war nich:s nuz,
Doch andren bietet den Trutz:

C 3

Mit

Mit andren treibt den Spott
Der abgeschmackte Zott.
Er schütt den Wein hinein,
Als wär geschöpfst im Rhein.
Den Kopff sehr oft stoss an,
Auffrecht nicht stehen kan.
Fällt endlich auff die Erd,
Weicht aus ihr Kutsch und Pferd:
Kam dieser Zapff nach Hauß,
Da ware es ein Graus:
Knecht und Magd, Kind und Fraue
Schnauft an dies volle Tau.
Er flucht und schwört dabei,
Dass jederman hat Scheu.
Es war im Hauß kein Ruh,
Bis ihm die Augen zu.
Was gibts doch vor ein End?
Es war gewiß Elend.
Versoffen war das Geld,
Verkauffen muß das Feld:
Die Schulden war so groß,
Das Hauß man machet bloß:
Doch alles fleckte nicht,
Man kame vor Gericht.
Bezahle deine Schuld,
Der Vogt sage ohn Gedult.
Was raths nun guter Freund?
Dein Sach versoffen seynd.

Zieh auf geschwind dein Reck,
 Eh schlagt auß new die Glock.
 Sonst wirft man dich ins Loch,
 Wo ist kein Fass, noch Koch.
 Mit ihm gethan es war,
 Den Rock zum Pfand gab dar.
 Arbeiten er nicht mag,
 Da soll man hören Klag.
 Hungrig sein Frau und Kind,
 Vor sich er selbst nichts find.
 Er grüßt zum Bettelstab,
 Damit geht er ins Grav.
 Ach! ach! ach!

2.

Hier liegt mein voller Mann,
 Er war wohl ein Thyrann:
 Der Schläg bekam so viel,
 Dass noch hab mein Gefühl.
 Bey anderen that gern prallen,
 Doch niemand wollt gefallen.
 O Gott! schenck ihm sein Echuld,
 Mit Gecken hab Gedult. Kyrieleison.

3.

Hier liegt der wackre Held
 Er hat doch wenig Geld,
 Er schoppte braf die Hauren:
 Wir wird doch umb ihn trauren?

4.

4.

Allhier liegt Bruder Benedick,
 Er war sehr plumb und ungeschickt,
 Er war gebohren im April,
 Ihr wist schon, was ich sagen will.

5.

Allhier liegt Meister Sahl,
 Er aß gar gern Kalt schal,
 Kalt schal, Kalt schal war sein letztes Wort,
 Gott führ ihn ein zur Himmels. Port.

6.

Allhier in diesem Loch
 Liegt unser Meister Koch,
 Er kochte unsauber und flätig,
 Gott woll ihm seyn gnädig.

7.

Allhier liegt Doctor Märten,
 Er war Pastor zu Kirch- Herten,
 Er lehrt die Kinder A. B. C.
 O lieber Gott! er konnt nicht nich.
 Er lehret sie Zugend und Zucht,
 Starb endlich an der Wassersucht.

En, En, En.

Eine Holländische Grabschrift.
 Hier liegt begraeven Joustrou Aegth,
 Die lestig Jaer gewest heeft Maeght,
 Niet om dat haer heeft behaeght,
 Maer om dat sie niet is gevraeght.

Scena

Flori Homo comparatur.

Nobilis ille vates, cœlestium arcanorum interpres Isaias, audivit aliquando vocem Domini ex alto resonantem & dicentem : *Clama.* Volebat nimirùm Deus, ut ea, quæ dicturus erat, Propheta omnibus annuntiet, non submissâ aut gracili voce, sed contentissimo clamore; non in aliquo angulo, sed in publico; non in obscuro aliquo gurgustio, sed in celeberrimo theatro. Mandato huic parere paratus fuit Isaias; quia verò necdùm scivit, quid sibi clamandum esset, petiit à Domino: *Quid clamabo?* Ad hoc audivit sequentia : *Omnis caro fœnum & omnis gloria ejus quasi flos agri. Exsiccatum est fœnum & cecidit flos.* Hoc est, tam fragilis & futilis & caducus est homo cum omni, quâ fulget gloriâ, quâ floret dignitate, quâ valet autoritate, quâ pollet potestate, quâ abundat opulentia, quâ se jactat scientia, totoque fortunæ & naturæ choragio & mundi, quo tumet, apparatu, ut minimo minimi venti corruat afflatu. *Cito flores pereunt,* scribit S. Hieronymus Epist. 7. ad Lætam Matronam Romanam. *Cito violas & lilia & crocum pestilens aura corrumpit.* Sic etiam caro humana, adiastar floris, citò perit; citò pestilentî Mortis aurâ corrumpitur. *Homo est flos tempestivè*

nascens, tempestivè marcescens. ait S. Gregor. Naziantz. orat. o. Floscimus hic ad breve tempus & citò marcescimus. Hodie sumus validi, cras morbidi, perendie mortui, deinde sepulti, paulò post à vermibus exesi, tandem in cineres conversi : eodemque saepe & temporis momento & loci punto & exhalamus animam & accipimus decretoriam sententiam, & calente adhuc corpusculo stamus coram judice, nosque priùs ad aeternitatem miramur abreptos, quam metuebamus abripiendos. Sic uno momento stamus, altero cadimus; uno valemus, altero rigemus; uno vivimus, altero morimur. Tu ergò, O delicate floscule! semper esto memor imminentis tibi feralis falcis. Mors stat ante fores tuas, arcumque manu, celeresque sagittas corripit. Virgil. Quapropter tolle moras (penitendi) semper noctis differre paratis. Lucanus lib. 2. Utendum est etate, cito pede labitur atas, nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit. Ovid. lib. de arte. Quam benè ergò fecit Alexander Oliva Cardinalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui à Pio III. inter purpuratos Patres adscitus sarcophagum sibi adferri, atque in eo se in purpura jacentem ad vivum depingi curavit, additis illis verbis Eccli. cap. 7. v. 40. Memorare uerissima tua, & in aeternum non peccabis.

Va-

Variis & pulcherrimis symbolis, ut patet per decursum hujus theatri, diversi Scriptores hominem ejusque vitam adumbrarunt; Æschylus vitam hominis, non fumo, sed umbræ fumi comparavit, quia cā nihil inanius & fugacius est.

Pindarus vocavit hominem *Umbræ somnium*. Homerus comparat hominem caducis arborum foliis. Cornelius à lap. in cap. 40. Isai. v. 6. ait: Filius Adæ est instar pomi Adæ, ut Itali vocant, quod exterius grande est & speciosum, interius vile & insipidum. Idem ibidem ait: Homini verè dicitur, tanquam podii folium es, quod manè candidum, meridie purpureum, vespere cœruleum aspicitur. Alii alias faciunt comparationes. Præplacet mihi præ omnibus illa, quâ homo flori assimilatur. Fundatur hæc in Scripturâ & Patribus, ut patet ex textibus hîc & alibi citatis. Fundatur in dictis Poëtarum: audi Ovidium li. Trist. canentem:

Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus;
nam, ut canit juvenalis Satyr. 9. Festinat de-
currere velox flosculus, angusta miseraque bre-
vissima vita portio. Bene igitur monet Poëta Christianus:

Carpe novos flores, dum flos novus & nova pubes,
Et memor esto avum sic properare tuum.

Fundatur denique in ratione; homo enim,

ut dicitur Psal. 102. v. 13. *Tanquam flos agri sic effloredit.* Floribus id fatum est, ait Pici-
nello li. 11. cap. 1. n. 16. Brevi marcescere,
ultrò defluere, & tandem in vermiculos con-
verti. Hæc eadem, quæ flores, etiam homi-
nes manet metamorphosis, dum sive Regio,
sive privato spectandi statu secundum corpus
in vermes transeunr. Benè ergò Poëta:

Vix florent flores, mox dixeris esse fluores;

Tam cito formosæ consenuère rosa.

Hâc in te insigni documento fuit Leo XI.
Pontifex Maximus ex Familiâ Medicæ. Hic in
insignibus gestabat rosam, hâc Epigraphè sub-
iectâ: *Sic florui.* Verus fuit is sibi vates, nam
paucis diebus in Pontificatu floruit. Huc facit
illud Ausonii:

Quàm longa una dies, etas tam longa roſarum:

Una dies aperit, conficit una dies.

Flosculum se esse, etiam repentino suo inte-
ritu fassus est Franciscus Navarræ Rex. Hic ab
oris venustate Phœbus dicebatur, verùm vix
in ætatis aurorâ phœbus oritur, jam vèneno
fistulæ, quâ canere solebat, affuso occidit &
moritur. Huic illud tritum:

Flos fueram factus, florem fortuna fefellit,

Florentem florem florida flora fleat.

Quibusdam mutatis sic adapta;

Flos fueram factus, florem falx funere fallit.

Florentem florem falx fera flore facit.

Tanquam flos agri sic efflorebit homo , ait Psalmista Psal. 102. v. 15. Quasi flos egreditur. Job. 14. v. 2. Unde S. Gregor. 11. moral. cap. 26. Quid sunt nati homines in mundo , nisi quidam flores in campo ? Ecce quasi tot floribus , quot hominibus plenus est , vita itaque in carne flos in fœno est &c. Postea causam subdit dicens: Homo enim more floris procedit ex occulto , & subito apparet in publico , qui statim ex publico per mortem retrahitur ad occultum. Carnis nos viriditas ostendit : sed ariditas pulveris ab aspectibus retrahit. Quasi flos apparuimus , qui non eramus : quasi flos arescimus , qui temporaliter apparebamus. Ejusdem sententiae fuit S. Hieronymus , unde Epist. 139. ita scribit: Sicut manè virens herba & suis floribus vernans delectat oculos contemplantium , paulatimque marcescens amittit pulchritudinem & in fanum , quod conterendum est , vestitur: ita omnis species hominum vernat in parvulis , floret in juvenibus , viget in perfectæ etatis viris , & repente dum crescit , incanescit caput , rugatur facies , cutis prius extenta contrahetur. ita etiam sensit S. Chrysost. Hom. 43. in Joan. dicens: Hodie flos pulcherrimus , cras aridus pulvis. & Tom. 6. pag. 114. Varias affert similitudines , & inter

ter eas etiam hanc: *Sicut flos formâ est præstanti, & sicut fenum exsiccatur.* Vix dixerat sponsus ad sponsam Canticorum 2do v. 12. *Flores apparuerunt in terrâ nostrâ,* statim in eodem textu & contextu subjungit: *Tempus putationis advenit.* Quid sibi vult ista conjunctio? Spectator benevole! Brevitatem & cædudicatem vitæ nostræ denotat; vix enim orimus, morimur. Vix flos vitæ nostræ appetet, statim à morte succiditur. Unde Poëta:

Mors ruit, ac veluti maruras messor aristas,
Omnia vulnifica falce cruenta secat.

Heu heu! quam surda miseris avertitur aure,
Heu! flentes oculos claudere cæca negat.

Pulchrè etiam ad rem Nemesianus Eclog.
Non hoc semper eris; perdunt & gramina flores,
Perdit spina rosas, nec semper lilia cudent.
Nec longum tenet uva comas, nec populus umbras.
Donum forma breve est, nec se tibi commodat
annus.

Audiamus etiam Thesoritum Idyl. 28.

Et rosa pulchra est, & tempus eam tabe facit,
& viola pulchra est in vere, & statim senescit,
candidum est lilium, tabescit vero cum decidit,
& forma puerilis pulchra est, sed brevi tempore
durat. Quid ergo superbis? O floscule! hodie
oriens, cras moriens.

Lilia candorem, perduntque roseta ruborem;
in cineres ibit tua forma, decorgue peribit.

Fragilitas vitæ.

PULCHERRIMUM reverà spectaculum, non tantùm mortalibus oculorum globulis, sed ipsis quoque superis exhibuit artificiosissima Archimedis iphæra; motu siquidem artificiali & eleganti circulorum nexu omnia, quæ in universâ mundi sub- & superlunaris machinâ naturali modo continentur, repræsentare cernebatur, adeò ut opportunissimè de eo canat Poëta:

Juppiter in parvo cum cerneret aethera vitro,

*Risit & ad superos talia verba dedit:
Huccine mortalis progressa superbia curæ!*

Iam meus in fragili luditur orbe labor.

Jura poli, rerumque fidem, legesque Deorum,

Ecce! Syracusius transtulit arte senex.

Pulcherrima profectò Machina! sed cum ex vi-
treâ conflata fuerit materiâ, unico lapidis ictu
tota auferebatur spectantium voluptas. Idip-
sum etiam de hominis Microcosmi corpore
pronuntiare licet, quod pulcherrimâ membro-
rum compage, & artificiosâ partium omnium
symmetriâ fabrefactum unico morbi lapillo
sternitur ac confringitur. Unde verissimè S.
August. Li. 3. de lib. Arbitr. cap. 2. *Fragiliores
sumus, quam si vitrei essemus.* Vitrum enim etsi
fragile est, tamen servatum diu durat: nos au-
tem homines, & sub tantis casibus quotidianis
fragiles ambulamus.

Sen-

Sententiae.

Nonne vita præsens fragilis est & incerta? simile ergo necesse est, quidquid fundatur in ipsâ. Quis enim super fragile fundatum stabile credit ædificium. S. Bernard. in Ps. Qui habitat, serm. 1.

Præsens vita fragilis est, & in mortem proclivis: nemo potest stare, sed omnes cogimur trahere. Nolentes imus, inviti eximus, quia mali sumus. S. Augustin. serm. 25. de verbis Dom. cap. 3.

Sumus homines mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, quæ faciunt invicem angustias. S. Aug. serm. 10. de verb. Dom.

Hodie videoas adolescentem validum, pubescientis ætatis viriditatem florentem, gratâ specie, suavi colore; crastinâ die tibi faciem & ora mutatus occurrit. S. Ambr. Li. 1. Hexam. c. 7.

Lubrica res est valida corporis constitutio, & corpora, ubi ad summum profecta sunt vigorem, non consistunt, sed momento in contrarium impelluntur. Plutarchus.

Homines moribundis membris, levibus & anxiis mentibus, citâ morte, querulâ vitâ terras incolunt. Apulejus.

Plena est vita malis, volat & perniciibus alis: Ut veteres panni pereunt velociter anni.

Sym-

Ragillitatis
Fim, q
preferat. A
cap. 6.n. 44.
2. Sic & i
piocem hab
g. n. §. 6.
3. Vita n
auta suffocat
mitem dices
phen tenet
noltra, u
languer, i
delemon
4. Bon
è cinere fo
nenit fra
Jacob. c.
nam effor
in tam inf
tervia. L
5. Vas
fractum ne
formam e
ter effrac
thali chi
pliunata

Fragilitatis humanæ idæam organum dixerim, quod diductis follibus epigraphen præferat: *Animat aura levis.* Picinell. Li. 23. cap. 6. n. 44.

2. Sic & follis, ventum attrahens, inscriptionem habet: *Haurio, ut exspirem.* Li. 17. c. 9. n. 56.

3. Vitæ nostræ fragilitatem, quâvis levissimâ aurâ suffocandam, ardenti candelæ non absimilem dices, quæ unico halitu extincta epigraphen tenet: *Extinguitur afflatu.* Nam ita vita nostra, unico afflante morbi vento instar floris languet, instar vaporis evanescit, & instar candelæ momento extinguitur. Li. 15. c. 6. n. 46.

4. Bombylius vitreus, unico vitriarii flatu è cinere formatus, epigraphen tenet: *Flatu gigante fragilior.* Ad rem Balthasar Paëtz in Ep. Jacob. c. 4. v. 15. § 1. Deus infundens animam efformato corpori humano in halitu & flatu eam infudit, ut videret, quam debili constaret vitâ. Li. 12. cap. 36. n. 334.

5. Vas vitreum, quantumvis nobile, semel fractum nunquam potest amplius in pristinam formam restitui. Unde gnoma: *Non instauratur effractum.* Ita humanum corpus unico lethali ictu & mortis vulnere saucium nullis amplius naturæ viribus restitui potest. N. 331.

Fra-

Fragilitas moralis.

Ecce! qui serviunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit pravitatem, quantò magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundatum, consumentur velut à tineâ? Jobi 4. v. 18. & 19.

Non est homo justus in terrâ, qui faciat bonum & non peccet. Eccles. 7. v. 21.

Benè igitur quilibet orat cum Psalmistâ Ps. 142. v. 2. Non intres in judicium cum seruo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Justus de die septies cadit. Prov. 24. v. 16.

Justus vix salvabitur. 1. Petri 4. v. 12.

Quomodo ergò comparebimus coram eo, qui dixit per Psalmistam Psal. 74. v. 3. Cum accepero tempus, ego justicias judicabo.

Nemo mundus est à sorde, nec infans, cuius est unius diei vita super terram. S. Leo serm. 1. de Nativ. Dom.

Neceſſe est de mundano pulvere etiam Religiosa corda frotdescere. S. Leo.

Homines aliquando cadere necessè est, dum hoc sæculo detinentur S. Bern. serm. 2. *Qui habitat.*

Cuncti, quoisque hâc mortali carne subfistimus, nostræ corruptionis infirmitatibus subjacemus. S. Gregor. magnus in illud ad Gal. 6. v. 1. Si quis præoccupatus.

Sce-

Gemitus morientium.

NEro Imperator in agone exclamavit: *Tur-piter vixi, turpius moriar.*

Septimius Severus Romanorum Imp. natus in Africâ & mortuus Eboraci in Angliâ, ante mortem suam considerans vanitatē mundi transitoriam, dixit: *Omnia fui, & nihil mihi prodest.*

Constantius Imperator de tribus in morte doluit. *Primò*, quod propinquis mortem intulisset. *zdò*, quod Julianum Apostatam Imperatorem nominâsse. *3tiò*, quod novis fidei dogmatibus studuisse, simûlque cum his vocibus è vitâ discessisse. Ita Gregor. Naz. in laudem S. Athan. orat. 20. Audivimus (ait Cornel. in Thren. Jerem. c. 1. v. 19.) in Belgio nuper insignem vitum, in morte vocantem & implorantem opem uxor, cumque illa flens diceret, Ecquî possum te juvare in morbo incurabili? vocavit filium primogenitum... ac cæteros ordine filios & filias, deinde famulos & ancillas, quemq; sigillatim compellens ac ejus implorans opem. Cumque singuli dolentes idem responderent, exclamavit ille: ô vanas hominum curas! ô quantum est in rebus inane! Ecce ego tibi, ô uxor, vobis ô filii & filiae, laboravi, studavi, vitam & vires impendi, quin & animam fortè oppignotavi, & ecce hæc est merces mea

mea &c. O quam satius fuisset, si Deo servissem! si amicos in terrâ & in cœlis parâsssem! ô si vivere liceret, quam saperem!

Nota est mors Chrysaorii clamantis: *Inducias usque mane.* Teste S. Gregor. Homil. 12. in Evang.

Carolus Siciliæ Rex in agone dicebat: O vanas hominum cogitationes! quid mihi jam regnum prodest? quam præstare jam pauperem fuisse, non Regem.

Henricus VIII. Angliæ Rex, ubi ultima vita periodus imminebat, ad suos conversus dicebat: *Perdidimus omnia, regnum, famam, anima & corpus.* Paciuchelli in Jonam lect. 9.

Gregor. Turon. Lib. 5. hist. Franc. c. 36. & Baronius an. Christi 583. narrant, quod Nantinus Comes Engoliensis, postquam in sancta loca, Deique ministros multa mala perpetrâsse, nimiâ exustus febre clamaverit: Heu, heu! ab Heraclio antistite exuror, ab illo crucior, ab illo ad judicium vocor. Cognosco facinus, reminiscor injustè injurias me intulisse Pontifici &c. Corpus ejus exanimum ita nigredinem duxit, ut putares eum prunis superpositum fuisse combustum. Gemitus Diocletiani & aliorum vide tit. *Peccatorum mors.*

Virgilius Li. 1. æneid. de Aeneâ jactato tempestare

peitate & morte
duplices tenden-
tia &c.
De Turno &
Vitæque cum ge-
Auctoribus
Heb. cap. 2.
fetur: Nudus
xi, dubius mo-
lamentum est &
me.

Adrianus
vita, anima
mula, vegetu-
ri, quam
mudata? nec

Nicias
fert: Mar-
logorum p-
deliberate
huc 14. fil-
sum vidit
tato, cu-
monasticu-
mortuus,
quod neco-
lore; alt-
beniū, q-
me sur-

pestate & morti proximo ita canit: *Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas talia vocere refert &c.*

De Turno interfecto ait idem Li. 12. v. ult.
Vitâque cum gemitu fugit indignata per umbras.

Aristoteles (ut refert Cornel. in Epist. ad Hebr. cap. 2. v. 15.) moriturus anxius dixisse fertur: *Nudus in hunc mundum veni, miser vixi, dubius morior, quod venturus sim nescio; aitamentuens entium, causa causarum miserere mei.*

Adrianus Imperat. inquit Spartanus in ejus vitâ, animæ suæ hoc carmine occinuit: *Animula, vagula, blandula, hospes comedique corporis, quæ nunc abibis in loca, pallidula, rigida, nudula? nec ut soles, dabis jocos.*

Nicetas Choniota Lib. 7. sic de Manuele refert: Manuel Imperator nimis addictus Astrologorum prædictionibus de successore nolebat deliberare morti proximus, quod crederet adhuc 14. sibi vitæ annos superesse: sed ubi se elusum vidit, ad arteriam manu & pulsu pertentato, cum alto suspirio femur percussit, atque monasticum habitum postulavit, in eoque est mortuus. Ita ille. Gemebat utique Manuel, quod necdum providerit regno suo de successore; ast multò majorem gemendi ansam habentii, qui in agone necdum providerunt animæ suæ.

Leo

Leo IX. qui nequidem per integrum mensem sed sit in Pontificatu, moriens ingemuit dicens: *Quām melius mihi foret, si Monasterii, quām si cœli claves tenuissim.*

Joannes Aragonum Rex, cum anno Domini 1479. febri correptus in deliquium incidisset, mox ad se reverlus astantes intuens exclamavit: O vanas hominum cogitationes! ô miseros homines, qui ad principatus aspirant; qui divitias opes & nimios honores affectant! ô felicem pauperum conditionem, & securam illorum vitam atque beatam, qui panem comedunt cum sudore vultus sui, qui vivunt labore manuum suarum? nam mihi misero quid regnum, quid honores, quid obsequia plurimum contulerunt? Quid? labores scilicet magnos, & multa corporis & animæ pericula subi vi, nec unquam ætate tam longâ potui mibi dies aliquot videre bonos. O me miserum & infelicem, qui tam serò fallacem mundum cognosco! qui vitam certè vixisse multò meliorem, si non Rex, sed agricultor fuisset! Conversus autem ad imaginem Christi crucifixi, defixis in cœlum oculis ajebat: O piissime redeinptor! Parce mihi indignissimo servo tuo, miserere mei, Clementissime Jesu! atq; inter has voces & singultus animam Deo reddidit. Ita Lucius Marinæus Lib. 8. rerum Hispanie.

Phi-

Philipus I
vocem Antip
mortem exp
in gemitis ac
O quam mod
bus & viginti
solitudine vis
& rusticis, e
do graviora
unum quide
Florentiam
sunt Princip
Principes
prout inter
ter Imperia
seculo Ca
de Salome
mo, ob
Alte statu
quidem
vocem si
Aristote
fanies p
lachryma
Blanc; R
dit, ut
tercorum

Philippus III. Hispaniarum Rex, cuius ad vocem Antipodes ipsi intremuerant, dum ipsi mortem expectanti judicium Dei recursabat, in gemitus ac singultus erumpens exclamavit: O quām modo felix existerem, si, qui jam duobus & viginti annis tot regna rexī, privatus in solitudine vixisse: quæ nunc distinctio Regis & rustici, nisi quod ille in supremâ vitæ periodo graviora patitur tormenta? O utinam nec unum quidem diem fuisse Rex! ita refert P. Florentia in ejus oratione funebri. Certè tantæ sunt Principum miseriae, ut olim vari Reges & Principes sponte principatum abdicaverint, prout inter Pontifices fecit S. Cœlestinus, & inter Imperatores (ut alios taceam) priori adhuc sæculo Carolus V. Notatu dignum est, quod de Salomone, Rege alias felicissimo & ditissimo, observat Le Blanc in Psal. 8. v. 5. n. 98. Altefatus Rex dicit de se ipso Sap. 7. v. 1. *Sum quidem & ego mortalis homo.* Et v. 3. *Primam vocem similem omnibus emisi plorans.* Quid hoc? Aristoteles Li. 7. Hist. Animal. c. 10. ait: *Infantes primis 40. diebus vagire quidem, sed non lacrymari.* Cur ergo Salomon flevit? Audi Le Blanc: Flet in ipso vitæ exortu & lacrymas fundit, ut Principum & Regum magis quām cæterorum conditio deploranda videatur.

Per-

ARISTIPPO in maris tempestate expallescens, dum ea sedata esset, quidam insultavit dicens: *Cur vos Philosophi, qui prædicatis mortem non esse formidandam, expallescitis in discrimine, nos indocti non timemus?* Ad quod ille respondit: *Non de pari anima tibi mihi que cura est ac meties.* Addit Gellius eum dixisse: *Ego timeo anima Aristippi, tu non times anima Nebulonis?* ita Laërtius Li. 2. c. 8. Timeant ergo sibi & gemant Tyranni. Decedentium impiorum, præsertim Tyrannorum dejectio, inquit Holtcot, sumet pœnam de ambitiosa eorum superbia; contumelia respondebit contumeliam, quâ sanctos affecerunt; irrisio pariter irrisione, perpetuitas irrogabitur obstinationi, quâ vitam in peccatis perpetuârunt usque ad mortem. Disrumpentur, sicut pios dirupérunt: erunt sine voce & muti, quia sanctos inauditos condemnârunt, nec eis spatum se defendendi aut facultatem loquendi dedérunt; commovebuntur à fundamentis, quia funditus pios extirpare conati sunt: Desolatio succedit consolationi carnali, gemitus risui, voluptatibus & deliciis: memoria illorum peribit, quia oblii sunt Dei legis, virtutis & salutis sūræ. Ita ille. Plura ad rem vide apud Cornel. in Lib. Sapient. ca. 4. v. 19. & 20. & c. 5. quasi per totum.

Scena

Hate
Plenique H
fami ma
illud: Super
2. Peri a. v
sequentia.
Simon M
pecces S. Per
nuens, cruta
exspiravit,
Manes,
manne nu
rianus,
rum se pro
Hæres, 66.
Montanus
focavit, a
Donat
ab eis difi
Patmen.
Arrius
rus, dolo
cum anim
cap. 13.
Priscilli
est.
Leo An
catus est.

Hæresiarcharum Mors.

Plerique Hæresiarchæ infelici, celeri & infami morte sublati sunt, ait Cornel. in illud : *Superducentes sibi celerem perditionem.*

2. Petri 2. v. 1. Vis exempla : cape ex eodem sequentia.

Simon Magus, arte magicâ volans, p̄e preces S. Petri dejectus è Capitolio, in præceptruens, cruta fregit, ac paulò post ex dolore exspiravit, teste S. Arnobio Li. 2. contr. gentes.

Manes, qui se Manichæum quasi effusorem mannae nuncupavit, à Rege Persarum exco*riatus* est, eò quod ejus filium, quem curatrum se promiserat, occidisset, teste Epiph. Hæres. 66.

Montanus cum suis Prophetissis laqueo se præfocavit, ait Euseb. Li. 5. cap. 16.

Donatistæ Eucharistiam canibus projicientes ab eis discerpti sunt, ait Optatus Li. 2. contra Patmen.

Arrius vadens ad Ecclesiam, eam occupatus, dolore alvi correptus, in latinis intestina cum animâ effudit, teste Ruffino Li. 10. Hist. cap. 13.

Priscillianus à Maximo tyranno capite plexus est.

Leo Armenus Iconoclasta in ipsa Ecclesia necatus est.

Nestorii linguam blasphemam exederunt vermes, ait Evagrius Li. I. Histor. cap. 7.

Zwinglius in bello Helveticō, promittens se omnia Catholicorum tela excepturum, ab iisdem interemptus est.

Andr. Carolstadius à dæmone abruptus non comparuit.

Lutherus post lautam cænam nocte suffocatus interiit, teste Cochlaeo in vita Lutheri. Eundem noctu desperatione & futiis actum sibi injecto laqueo necem intulisse, assertum ejus famulus, postea ad Orthodoxam fidem conversus, uti refert Thomas Bozius de signis Ecclesiæ Tom. 2. Li. 23. cap. 3. ubi & addit Carolstadium, Bucerum, Oecolampodium à Satana suffocatos interiisse. Ejus funus corvorum turba est comitata; quin & dæmones ab energumenis ex Geel, oppido Brabantiae, in Saxoniam ad ejus funus convolatunt, narrat Tilman. Bredenbach Li. 7 sacr. collat. c. 39.

Calvinum, scribit Beza Phthisi, colicā, asthmate, calculo, podagrâ, hæmorrhoidibus vexatum. Accessit morbus pedicularis, ac fastidissimum & purulentissimum ulcus circa vena. Vermibus corrosus blasphemando & pejerando turpissimè obiit, ut testatur Hieron. Bolsecus Doct. Medicus in ejus vita cap. 22.

Hæ-

Julian
calostri
zianz, or
manum i
in aerem;
Theodor,
Humeni
vermibus
Wandal,

Hæreticorum Principum mors,

Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Psal. § 4. v. 24. In hunc tex-
tum R. P. Thomas Le Blanc n. 119. ita scribit: Viros sanguinum S. August ait esse hæreticos;
animas enim occidunt. Reges hæreticos fuisse
viros sanguinum & crudelissimos, facilè esset
probare in Oriente, Angliâ, Sueciâ & aliis
locis. Ideò effectum est, ut Deus vitam eorum
minuerit: nullus enim inventus est, qui ultrà
annum regni sui aut imperii quadragesimum
vixerit, præter Andronicum Michaëlis Palæo-
logi filium, qui maximis calamitatibus ita
afflictus est, ut mors illi futura fuerit optatior,
quam vita &c. ita ille, uti ad longum refert
breves imperii annos Regum hæreticorum, &
postea nominatim tubdit annos regni longæ-
vos Principum Christiano Catholicorum.

Exempla.

Julianus Apostata, pugnans contrâ Persas,
cælesti telo ictus interiit, ait S. Gregor. Na-
zianz. orat. I. in Julianum. Idem in morte
manum implevit sanguine, illumque jactans
in aërem, dixit: *Vicisti Galilæe! vicisti*, teste
Theodot. Li. 3. Histor. cap. 10.

Hunericus Arrianus, persecutor fidelium, à
vermibus consumptus est, ait Victor Li. 3.
Wandal.

Scena XX.

172

Valens Atrianus Imper. à Gothis vietus, fugiens in Casam, in eadem ab iisdem combustus est. Hoc in spiritu videns S. Isacius monachus, licet abiens, dicebat: *Nunc valens igne torretur, & nares profuentem ab eo ingratum odorem sentiunt.* Ita Nicephor. Li. 11. cap. 50.

Zeno Imperator Eutychianus vivus ab uxore sepultus est, ut latius dicetur titulo sequenti.

Heraclitus Imperator, factus Monothelita, ita à Deo punitus est, ut inguine sursùm converso & semper tento in faciem suam perpetuo mingaret. Sed quod urinam averteret, tabellam ventri apponere consueverat, ait Pomponius.

Heraclion, Heracliti filius, impietatis hæres fuit. Unde ei nasus præsectus fuit; Martinæ vero uxori prælecta fuit lingua. Ambo tandem imperio privati & in exilium missi sunt, ait idem Pomponius.

Constantius Coptonymus, hostis Deiparae, miserabiliter in Chalandio moritur, clamans & dicens: *Vivens adhuc sum igni inextinguibili traditus, sanctamque Virginem Deiparam nominari & laudari expetiit, ait Theophanes. Vide plura titulo: Peccatorum mors.* Vide etiam Cornel. 2. Petri 2. v. 1. & Apocal. 19. cap. circa finem.

Scena.

Helluonum Mors.

Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinentis est, adjicet vitam. Eccli. 37. v. 34. Axioma est viri sapientis, esto nonnullis videatur paradoxum: *Penè omnes homines méri gulā.*

Exempla.

Aulicus Vitellius Imperator ab amicis convivia parari ipse sèpè postulavit, in quibus nemo minus pecuniarum absumpsit, quam nostro sèculo pecuniâ numeratâ decies mille aureorum. Quæ autem suo sumptu agebat convivia, longè erant profusiora; nam, Platina teste, præter id, quod sèpiùs de die ederet, unâ cœnâ suo jussu duo pîscium millia & avium septem millia apposita sunt. Hic autem tandem cœno simoque jactatus, ac furcâ sub mentum positâ diu per urbem tractus in scalis gemoniis omnium ludibrio jacuit, ac tandem carnificatus in Tiberim projectus est. Platina in Lino 1.

Albinus Imperator tantæ voracitatis fuisse memoratur à Codro, ut unâ cœnâ comederit centum persica campana, decem pepones Hostienses, quingentas ficus passarias, ac quadraginta ostrea. Ipse autem brevissimo intervallo à militibus obtruncatus est.

Domitius Afer in cœnâ post nimiam ingurgitationem periit.

H;

An.

Andebuntus Anglorum Rex hausto nimio
vino in cæna suffocatus est.

Childericus saxo, cùm ad ambas usque aures
se implèsset, suffocatus in lecto repertus est.
Idem accidit Lutherò. Hæc & plura refert Fa-
bri Dom. Quinquag. conc. 5. n. 3. & 5to.

Zeno Imperator ob ebrietatem & luxum
conjugi Ariadnæ in visus ab eadem ebrios re-
gio monumento inclusus, ibique inter lamen-
ta & clamores relicitus periit, ut refert Zonaras
Tom. 3. Annal. Satellites, qui ad sepulchrum
custodiendum erant collocati, retulerunt, se
per duas noctes lamentabilem vocem è sepul-
chro audivisse: Miseremini & aperite mihi.
Cùm illi dicerent, alium jam regnare; nihil,
inquit, curo, in monasterium me abducite.
Sed cùm non aperiretur, ferunt aliquantò
post monumentum fuisse reclusum, inventum
que in eo Zenonem, qui præ fame suos ipse
lacertos manderat, & caligas, quas gestabat.

Tritum est (ait Cornel. Eccles. 10. v. 15.)
in Italia exemplum de nobili quodam transal-
pino, qui contendens in urbem Romanam
famulos præmisit, qui vina explorarent. Hi
tandem optimo invento inscripsérunt januæ:
Est est. Quare ibi Nobilis tantum potavit, ut
ex crapula mortuus sit, nec in urbem perve-
nerit.

Ho-

Homo quid est?

Sicut nomen Dei est esse, juxta illud Exod. 3.
v. 14. *Ego sum qui sum*, ita è contrario
creaturarum nomen est non esse. Unde si roge-
tur homo, *Quis es, qui vocaris?* respondere
potest & debet: *Meum nomen est non esse.* Ja-
ctant se sapientes homines, & volunt esse, quod
non sunt, dicuntque: *Ego sum dives, ego sum
nobilis, ego sum sapiens.* Qui verò humiles
sunt & sapientes, qui se & Deum cognoscunt,
dicunt: *Dens est bonus, est dives, est sapiens,
est sanctus, ego non sum.* Sic S. Franciscus Se-
raph, dicere solebat: *Quis tu Domine, quis
ego? tu abyssus sapientia & boni, ego abyssus
insipientia & mali.* vide Cornel. in loc. Exodi
citatum. Sumus homines mortales, fragiles,
infirmi, lutea vasa portantes, quæ faciunt in-
vicem angustias. S. August. serm. 10. de verbo
Domini,

Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus,
tanquam non fuerimus. Sap. 2. v. 2. Unde
Poëta:

Es nihil ex nihilo. cum sis nihilunque futurus,

Sis nihil in nihilo, non eris ergo nihil.

Lucianus rogatus, *quid sunt homines?* respon-
dit: *Dei mortales. Quid sunt Dei? Homines
immortales, puta secundum famam, & virtu-
tem, non autem secundum corpus.* Sc-

Secundus Philosophus interrogatus ab Adriano Imperatore : *Quid est homo ?* respondit : Mens incarnata , Phantasma temporis , speculator vitae , transiens viator , anima laboriosa .

Homo est imbecillitatis exemplum , temporis spolium , fortunæ lusus , inconstantia imago , invidiæ & calamitatis trutina .

Aristoteles .

Homo est imbecillum corpus & fragile suâpte naturâ inerme &c. Seneca. Homo est lucerna in vento posita , loci hospes , legis imago , calamitatis fabula , mancipium mortis. Epictetus. Omnis homo velut ignis accenditur , & instar stipulæ in cinerem redigitur .

2. Velut procella extollitur , & sicut pulvis terræ adæquatur . 3. Sicut flamma excitatur & instar fumi dissipatur . 4. Sicut flos est formâ præstanti , & sicut fænum exsiccatur . 5. Sicut nubes conglobatur , & tanquam gutta imminuitur . 6. Denique sicut bulla inflatur , & scintillæ instar extinguitur . Ita S. Chrysost. apud Le Blanc in Psal. 89. v. 6. n. 31.

*Natus homo de Matre brevi nunc tempore vivit ,
Ut flos egreditur , & velut umbra fugit .*
ex cap. 14. Jobi .

Quid est homo ?

*Mancipium mortis , vermis , cinis , umbra , viator ,
Fortuna lusus , legis image , nihil .*

Sym-

I.

Res admiratione digna est, quām curiosus fuerit Deus ac diligens in signando figuram, quam ARCA NOE habere deberet. *Trecentorum cubitorum erit longitudo Arcae, quinquaginta cubitorum latitudo, & trigin'a cubitorum altitudo illius*, ait Deus. ipsem et ad Patriarcham Noë Gen. 6. Secundūm hanc dimensionem fuit longitudo Arcæ sexies tanta, quanta latitudo, & decies tanta, quanta altitudo. Quid sibi vult, ô bone Deus ! hæ figura ? Hæc est symbolum & figura corporis humani, post mortem per terram, aut in fere tro extensi, nam si hoc consideres, invenies, quod longitudo ejus (si sit communis staturæ) sexies excedat ejus latitudinem & decies ejus altitudinem. Audi super hoc S. Augustinum Li. 15. de civit. cap 26. ita loquentem : *Si hominem jacentem metaris supinum seu pronum, sexies tantum est longus a capite ad pedes, quām latus à dextera ad sinistram, & decies, quām altus à terra.* Sicut ergo Noë cum suis Arcæ huic, velut sarcophago inclusus omne diluvii periculum evalit : ita & illos, qui piè in Domino moriuntur, nulla perdit tempestas, nullæ submergent procellæ, nullum absorbet periculum, sed securè hoc loculo conclusi exsurgant.

H s

2.

2. Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? ait Christus Dominus Luke 7. 24. Arundo vento agitata est omnis homo. Unde bene Poëta:

*Omnis homo in mundo fragilis stat sicut arundo,
Sic quoque non raro frangitur ipsa caro.*

3. Regius Psalmista David vilitatem hominis considerans admirabundus ad Deum exclamat Psal. 8. v. 5. Quid est homo, quid memor es ejus? aut filius hominis, quia visitas eum? Quid est homo, nisi vilis humus & lutum, nisi foccus pulveris & sterorum, nisi esca vermium & serpentum? ita Le Blanc in Psal. cit. ubi etiam adducit Senecam Li. de consolatione ad Marciam ita disurrentem cap. 11. Quid est homo? quodlibet quassum vas & quodlibet fragile: jaetatu, non tempestate magna ut dissiparis, opus est. Ubiunque arietaveris, solveris. Quid est homo? imbecillum corpus & fragile, nudum, suapte natura inerme, aliena opis indigens, ad omnem fortuna contumeliam proferum; cum bene lacertos exercuit, cuiuslibet fera pabulum, cuiuslibet victimam, ex infirmis fluidisque contextum, & lineamentis exterioribus nitidum; frigoris, astus, laboris impatiens &c.

4. Homo est fænum & omnis humana felicitas. Unde dicitur Isai. 40. v. 6. *Omnis caro fænum & omni gloria ejus ut flos fani & Psal. 101. v. 5.* Percussus sum ut fænum & arruit cor meum. & Psal. 102. v. 15. *Homo sicut fænum dies ejus, & tanquam flos agri sic effloredit.* Primo. Fænum falce percutitur. Secundo, Sole. Tertio, rastris, & percussum non reddit granum, sicut spica tritici. Sic caro primo percussa est falce, id est durâ sententiâ mortalitatis adstricta. 2. Reg. 14. *Omnes morimur.* Secundo. Sole, id est fervore tribulationis. Job. 14. *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletus multis miseriis.* Tertio humanis vexatur dentibus, quasi rastris, quæ homines detrahendo corrondunt. 2. Reg. 11. *Circumegit super eum carpenta ferrata.* Quarto. Grana eius apta non haber caro, Joan. 6. *Caro non prodest quidquam.* ita Hugo Cardinalis. Unde præclarè S. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani in flore ætatis abrepti exclamat: *O miserabilis humana conditio, & sine Christo vanum omne, quod vivimus.* Omnis caro fænum, & omnis gloria ejus quasi flos fani, ubi nunc decora illa facies? ubi tertiis corporis dignitas, quâ velut pulchro

pulchro indumento pulchritudo anime vestiebatur? marcescebat, pro dolor! flante Austro lilium, & purpura viola in pallorem sensim migrabat. & S. Bernard. Epist. 104. ad Galterum de calvo monte. Cogitans illud tua juventutis decus & ingenii acumen, scientia & eruditio-
nis ornatum &c. O si mors inopinata subripiens ista concusserit, heu subito cuncta velut ad im-
pulsum furentis venti tanquam fenum velociter arescent. Paucis multa complexus est S.
August. in Psal. 102. dicens: Totus splendor
generis humani, honores, potestates, duitia,
mina, ruinae flos feni est. Adhuc brevius
loquitur Isaias, dum dicit: Omnis caro fa-
num. In quæ verba Cornelius à Lap. ita discur-
rit: Ergo & Principes & Reges & Imperatores
& Episcopi & Cardinales & Pontifices fenum
sunt. Hoc est, quod Pontifici, dum inau-
guratur, stupâ accensâ &flammâ ejus mox
evanescente indicatur. Si hæc ita sint, quid
ergo, ô miser! ambis gratiam hominis cras
morituri? fenum es, & fenum ambis. Quid
speciosam mulierem concupiscis? fenum con-
cupiscis. Quid in mensa carnibus pullotum
inhias? fenum ut bos comedis, omnis enim
caro fenum. Quid tuam carnem & cutem
tam caute foves? fenum foves, imò cinerem
feni.

¶. Nabuchodonosor Rex , magnus ille Monarcha , dum aliquando in cubili suo noctu prostratus cogitare cœpisset de Prædecessoribus suis , qualiter imperia sua adeò extensa & dilatata fundâissent , vedit per somnium statuam , cuius figura Dan. 2. ita deserbitur : *Hujus statuæ caput ex auro optimo erat , pectus autem & brachia de argento , porrò venter & femora ex are , tibiae autem ferreae , pedum quædam pars erat ferrea , quædam autem fœtilis . Statua hæc hominem , præsertim Nobilem , divitem & robustum designat . Aurum optimum signat genus ejus illustre ; Argentum divitias , census , iura & proventus ; Æs famam & honorem , quæ à tota civitate celebratur ; Ferrum sanitatem , vires , corporis robur . Cui verò hæc omnia inuituntur ? pedibus luteis . Redacta est hæc statua quasi in favillam astiva area , quæ rapte sunt vento . Sed quid eandem in pulverem contrivit ? Lapis imbecillis , lapis sine manibus , puta Mors subitò & improvisò adveniens . Non valuit aurum , non potuit argentum , non æs , non ferrum huic lapillo resistere , quin statua ista tam grandis & nobilis corrueret , & in pulverem redigeretur .*

Notamen morale.

IN dictâ jam Statuâ, ut observat Doctissimus Lanuza Hom. 3 r. lутum fuit in pedibus, ubi minus videri possit: quod vero ista statua evidenter ostendebat, & ceteris prævalebat, & quod primùm spectantium oculis objiciebatur, aurum erat loco altiori & omnibus spectabili, argentum vero & æs & ferrum paulò inferius: in pedibus autem lутum erat, ubi non videtur, nisi caput inclinaveris & oculos deorsum deflexeris. Contuere nunc precor mundi hujus statuas, puta homines, tunc videbis & ridebis, id lутum esse, quod minus cupiunt videri. Hoc solùm appetunt, ut excellant & ab omnibus videantur; volunt sibi caput esse aureum, ex prima stemmatis progenie; affectant pectus argenteum, dum fatigunt plus ceteris esse opulentem; querunt ventrem æreum, dum gestiunt famam ubique esse notissimi; optant tibias ferreas, ut sint viribus & potentia nulli secundi. Non considerant interim, quod sint homines fragiles, mortales, lutea vasa portantes. Hi revera alta obambulant, nec sua considerant, irridendi sanè cum Thalete, qui cælum suspiciens in lapidem impegit, & lapsus in foveam corruit.

Hy.

Hypocitarum Mors.

Spes Hypocritæ peribit, ait Job cap. 8. v. 13. Peribit certè spes illius, non tan-tum in cælis apud Deum, sed & in terris apud homines. Peribit apud Deum, quia, ut ite-rùm ait Job cap. 13. v. 16. Non veniet in conspectu ejus omnis Hypocrita. nam scrutans corda & renes Deus Psal. 7. v. 10. Intelligit omnia opera eorum. Ps. 32. v. 15. Deus est Cardiognostes, seu ut scribit Apost. ad Hebr. cap. 4. v. 12. & 13. Discretor est cogitationum & intentionum cordis... omnia nuda & aperta sunt oculis ejus. Ipse perspicit fundum animæ nostræ, uti nos perspicimus lapillos in fundo limpidissimæ aquæ jacentes; adeoque pver-sas Hypocitarum intentiones optimè cognos-cit, nec per simulata eorum opera decipi potest. Peribit etiam apud homines, quam-vis enim hi, secundum faciem tantum judi-cantes, ad aliquod tempus circumveniri pos-sint, justo tamen Dei judicio fiet, ut simulata Hypocitarum sanctitas in fine vitæ, aut saltem in extremo judicio coram omnibus detegatur, ad perpetuam eorum confusionem. Quare Si-racides Eccli. 1. v. 37. & seqq. sapientissimè monet: *Ne fueris Hypocrita in conspectu ho-minum, ne forte revelet Deus absconsa tua, & in medio synagoga elidat te.*

Ex.

Exempla.

MOnachi cujusdam hypocrisim revelavit Deus S. Euthymio, cum Angelum vidit horrendam specie, tridente gravi, animam illius ex corpore extrahentem, teste Nicephoro Li. 14. cap. 52. Sic etiam alius quidam Hypocrita fingens se abstinere a cibis, cum occulte comedet, in morte coactus est id ipsum publice confiteri & addere: *Ecce nunc ad devorandum draconi traditus sum, qui canadâ suâ mea genua, pedesque colligavit; caput verò suum intrâ meum os mittens spiritum meum ebibens extrahit,* ut refert S. Gregor. 4. Dial 38.

Alfonsum Rex Aragoniae, cum audisset Antonium Picentem, qui nomine abstinentiae & sanctitatis Italiam & Hispaniam compleverat, ac cum Angelis versari & colloqui ferebatur, in morte suam prodiisse hypocrisim, atque a vernibus comedestum misere interiisse, sapienter dixit: *Propterea Deus in hypocritas tanto perè deservit, quod, deinceps homines decipiunt, interponunt Deum ipsure tanquam sceleris mediatorum, ideoque ut plurimi viventes adhuc plectuntur in hominum oculis, quos Dei nomine fecellerunt.* Panormit. Li. 2. de gestis ejus cap. 9.

In-

Inc
Est effatum
E celo pro
billz solis;
meritis, n
v. 13. Qu
noverit, n
ra. Mors
ultimas vita
perigli o
fuerit sum
vit et con
24. v. 42.
hori Dom
Hemen
tes, quib
fusserat
Vianiter i
Calepin
melior
Diogen
sollicet
rum fo
sollicit
nimir in
muer, li
nemque

Inculta Mortis hora.

Est effatum, non è tripode cantatum, sed è cælo prolatum, non depromptum è Sibillæ foliis, sed è Salomonis paginis; *Omnes morimur, mihi heri, & tibi hodie.* Eccli. 38. ¶. 23. Quàm certa autem nobis est *Lex hac universi*, tam incerta nobis est *executionis hora*. Mors cuique nostrum super caput stat, & ultimas vitalis clepsydræ arenulas insopito & pervaigili oculo exspectat: *Nescit interim homo finem suum.* Eccles. 9. ¶. 12. Vigilandum igitur est continuò juxta monitum Christi Matth. 24. ¶. 42. dicentis: *Vigilate, quia nescitis, quâ horâ Dominus vèſter venturus sit.*

Hemerobi dicuntur homines in diem viventes, quibus crastini nulla est cura, qualis fuisse traditur Diogenes Cynicus, qui & peculiariter idcirco hoc nomine fuit appellatus, ait Calepinus. Simus & nos Hemerobii, sed ex meliori & sanctiori intentione, quâ Diogenes. Diogenes non fuit sollicitus in crastinum, ne scilicet temporalis sollicitudo studiorum suorum fervorem impedit: Nos verò non simus solliciti in crastinum, ne temporalibus lucris nimis intenti animæ nostræ detrimentum patiamur, si scilicet mors instar furis obrepatur, omnemque metendi occasionem nobis præscindat.

Sen-

Sententiae.

Vigilate & orate, nescitis, quando tempus sit. Marci 13. v. 33.

Nescitis, quâ horâ Dominus vester venturus sit. Matth. 24. v. 42.

Ignoratis, quid erit in crastino. Jacobi 4. v. 13. Penitentiam age, si ergo non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & nescies, quâ horâ veniam ad te. Apoc. 3. v. 3.

Ecce venio sicut fur. Apoc. 16. v. 15.

In rebus humanis nil certius morte, nihil incertius horâ mortis. ita P. Ivo Bischoff in spiritu Devotionis fol. 320.

Vivebat heri homo, non est hodie: paulò ante videbatur, medò non est, qui videbatur. Ducitur homo ad sepulchrum, redeunt tristes citò obliscentes. S. August. serm. 3. de diversis cap. 6.

De terrâ es, & de terrâ vivis, & in terram revertēris, quando venerit illa dies ultima, quæ subitò venit, & forsitan hodie erit. Certum est, quod morieris, sed incertum, quando, quomodo & ubi. Tu quoque, si sapiens fueris, ubique exspectabis eam. S. Bernardus.

Tantò quisque fit ferventior in operatione, quantò & incertus est de vocatione: ut, dum incerti sumus, quando morimur, semper ad mortem parati debeamus venire. S. Greg. Papa. Ul-

Ultimus dies vitæ occultus: vis non timere diem occultum? quando venerit, inveniat te paratum. S. Augustinus.

Latet ultimus dies, ut omnes observentur: serò parantur remedia, cùm mortis imminent pericula. S. August.

In nos fortè falx acuitur: & timeo, ne nobis dormientibus & in unâ spe occupatis repente accedat messor terribilis. S. Gregor. Nazianz.

Nescientes ad mortis terminos pervenimus. S. Isidor. Li. 3. in Amos.

Hodie homo est, & cras non comparet. Thom. Kemp. Li. I. cap. 22.

Ah stulte! quid cogitas te diu victurum, cùm nullum diem habeas securum? Idem cap. 23.

Semper paratus esto, & taliter vive, ut nunquam te imparatum mors inveniat. Idem ibid.

Non est præsentem diem rectè transfigere, nisi statuas eam quasi ultimam transfigere. Mufonius.

Paratos nos esse convenient, quia diei ignorantia intentam solitudinem suspensæ exspectationis exagitat. S. Hilar. in cap. 24. Matthæi.

Hoc est, quod homo procrastinans valdè timere debet, ne cùm orditur, id est, disponit se diu victurum, Dominus præscindat in momento. Hugo Cardin. Unde illud Isai. 38. v.

12. Præcisa est velut à texente vita mea,

Car-

CARMINA AD REM.

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.
Horat. Li. 1. Epigr. 1.

Exspectanda dies homini est ultima semper.
Ovidius L. 3. Metam.

Est mare vita fugax, in quo nos piscis adinstar

Ludimus: est hamus mortis iniqua manus.

Incautos igitur pisces ceu fallit arundo,

Sic fatuos fallit mors inopina viros.

Joannes Baptist. Bargioccus.

Nemo venenatae vitavit arundinis iustum;

Hic Cræsi atque Iri corpora mixta jacent,
Fortè tamen seras differs tua fata per horas,

Heu certam præsens non habet hora fidem,

Craeftina forsan erit, quæ te lux funere mergeret,
Si non ad tumulum lux hodierna vocet.

ita Serenissimus Philotheus.

Seneca Tragædus in Thyeste ita canit:

Nemo tam Divos habuit fæventes,

Craeftinum ut possit sibi polliceri,

Res Deus nostras celeri citatas

Turbine versat.

Præterit iste dies, nescitur origo secundi,

An labor, an requies? sic transit gloria mundi.

Salutare monitum.

Nescia mens hominum est fati sortisq; futuræ,

Hinc, homo! consilium nunc imitate meum:

Te te præveniat mors improvisa paratum,

Hic te semper habe: jugiter esto vigil.

Justorum Mors.

Moriatur anima mea morte Justorum, & fiant novissima mea horum similia, dixit olim Pseudo-Propheta Balaam Num. 23. v. 10. Verum, ut benè notat Cornel. in hunc textum, prudentius sibi que utilius dixisset: Vivat anima mea vitâ Justorum, ut moriatur morte Justorum. Qui enim vivit vitâ piorum, certò morietur morte piorum; & qui vivit vitâ impiorum, certò morietur morte impiorum; nam *Mors est Echo vita*, ait Periander, & qualis vita, finis ita. De hoc plura in fine libelli.

Justis erit mors janua vitae: erit initium refrigerii; erit sancti illius mortis scala & ingressus in locum tabernaculi admirabilis. S. Bernard. serm. 28. de diversis.

Mors Justi est finis noctis & initium diei. Finis miseriae & ingressus beatitudinis, S. Anton. Paduanus.

Mors bona, quæ vitam non aufert, sed transfert in melius. S. Bernard.

Quâcunque horâ Justus moritur, justitia ejus non aufertur ab eo, & itâ mors ei non obest. S. Anselmus.

Mors mala putanda non est, quam bona vita præcessit. S. August.

Mors integrarem facit, mors magis deducit ad gloriam. S. Cyprian. de laud. Mart. Ju-

Justis mors quietis est pottus. Per vitam ad mortem est transitus, per mortem autem ad vitam redditus. S. Ambros. Li. de bono Mortis, ubi etiam mortem vocat *Allevamentum bonum*.

Mors bonorum non est nisi acceleratio glorificationis, disruptio carceris, finis peregrinationis, portus navigationis, contritio laquei, depositio vetustæ vestis, induitio novæ, depositio ponderis, solutio debiti naturalis. Hugo Card.

Nequit esse amara mors animæ amanti, quandoquidem inibi repetiat omnes delicias & suavitates amoris. Nequit illius memoria adfertre tristitiam, quoniam in illa reperit suum gaudium ac lætitiam. Nequit tandem molesta esse & gravis, cum in illa inveniat molestiarum, pænarumque suarum finem, & totius boni exordium. Chara illi est, quasi Sponsa... horamque ad futuræ mortis suæ præstolatur ardentiùs, quam Reges ac Principes terræ ad regna & Principatus suos anhelant. S. Joan. à Cruce fol. 366. colum. 2.

Felicem voco, quem dives fortuna sepulchri, Mausoleum claro nomine in astra vehit.

Ita Striūs Philotheus.

Sat pulchrum servat tumulum, qui tradit olympos

Mentem, & vel nudæ corpora linquit humo.

Idem.

Sym-

Symbola.

1. Sol occiduo subscriptis Barthol. Rossus :
Delitescet, ut renascatur. Sic etiam Justus
intrepidus ad sepulchrum mortis contendit, ut
renascatur in cælis.

2. Luna in occasum præcipitata Epigraphen
 tenet: *Oritur atibi.* In hanc rem magnus E-
 thicæ Magister Seneca Epist. 36. Observa or-
 bem rerum in se remeantium, videbis in hoc
 mundo nihil extingui, sed vicibus descendere
 & resurgere. Et paulò superiùs: Desinunt
 ista, non pereunt. Et mors, quam pertimesci-
 mus & recusamus, intermittit vitam, non eri-
 pit. Sic etiam Homo justus, mundo ejusque
 evanidis blanditiis mortuus in perennem beat-
 tatis & æternæ vitæ auram renascitur.

3. Luna extrà terreas umbras eluctata Epigra-
 phen habet: *Iam nihil obstat.* Ita animus Dco
 sacer, molestâ corporis sarcinâ prægravatus
 eò usque à Solis Divini conspectu prohibetur,
 donec illâ excussâ ad infinitam æternæ beatitu-
 dinis lucem participandam admittatur.

4. Coliculus vitis in terra sepultus Epigr.
 tulit: *Ut abundantius habeat.* Ad rem S. Aug.
 Veri fideles moriuntur, & abundantius habe-
 bunt vitam veniendo, quò pastor præcessit, ubi
 nunquam deinde metiatur. Tract. 24. in Joan.

In

5. In hominis justi morte vitem depinges,
quæ humo cooperta Epigraphen ferat: *Alio
resurgam.* Nam, ut ait S. Augustin. in Psal. 35.
Nascimur de Adam, ut moriamur; resurge-
nus per Christum, ut semper vivamus.

6. Quercus excisa columnis & trabibus pa-
latii aptatur cum lemmate: *Nobilis excisa re-
surgit.* Ita justus mortis falce succisus, ingen-
tem gloriam in cælis adipiscitur.

7. Lucarinus ramum, violenter ab arbore
decussum, figuravit cum lemmate: *Ad inse-
rendum alibi.* Sic justus, mortis falce è terrâ
sublatus, intrâ cælestes hortos plantandus est.

8. Pisces aliquando visa est porta, quæ ab
interiori sui parte Epigraphen tulit: *Ab exitu
introitus.* Sic justus è mundo egressus cælos
intrat.

9. Adamas velo coopertus à Barthol. Rosso
Epigraphen cepit: *Ilo ablato clarior.* Ita anima
justi, è molesto corporis involucro absoluta,
meritis clarissimis resplendet.

10. Mors justi nocti comparatur sub lem-
mate: *Vertitur in diem.*

11. Item statuæ Æneæ in igne refundendæ
cum lemmate: *Dissolvor, ut renover.*

Histo-

Historiæ.

REx mundi defunctos nos in æternæ vitæ resurrectione suscitabit. ita ad Antiochum Regem secundus ex septem Machabæis 2. Machab. 7. v. 9,

Alphonsus Arragoniæ & Siciliæ Rex, dum more suo aliquando adolescentem fataliter decubentem visitâset, eum ita fuit allocutus : Non est cur tantopere mortem timeas , cum hæc benè purèque morientibus sit vita , ejusque vitæ principium, quæ neque doloribus, neque metui , neque invidiæ , neque ætumnis ullis subjecta est. Certè , ut ait S. Gregor. Papa Hom. 13. in Evang: Qui de suâ spe & operatione securus est , pulsanti confessim aperit, quia latus judicem sustinet : & cum tempus propinquæ mortis advenerit , de gloria retributionis hilarescit. Id inter alios præclaro suo exemplo nos docuerunt , imprimis S. Hilarion , qui in agone animam suam ita animabat : Egedere, quid times ? egredere anima mea , quid dubitas ? Septuaginta propè annis servisti Christo , & mortem times ? deinde S. Martinus , qui visum in agone Diabolum ita fuit allocutus : Quid astas cruenta bestia ? nihil in me funesti reperies. Plura ad rem facientia dicentur infra titulo : *Sanctorum Mors.*

Notamen.

INnocentius Pontisex Li. *De miseriā conditio-*
nis humanae. Et ex eo Rudolphus volumine
 3tio de vitâ Christi cap. 46. censem, quemque
 hominem in morte videre Christum in cruce po-
 situm; malum ad suam confusionem, ut eru-
 bescat se non esse redemptum sanguine Christi,
 suâ culpâ id exigente; & hoc esse id, quod di-
 citur Zachar. 12. v. 10. *Aspicient ad me, quem*
confixerunt. Bonum verò Christum videre ad
 suam exultationem. Idque probant ex 1. ad
 Thessal. 3. v. 13. *In adventu Domini nostri Je-*
su Christi. Id est, inquiunt, in die mortis,
 quando apparet tam bonis, quam malis Christus
 in cruce positus; & ex Apocal. 3. v. 3. *Veniam*
ad te tanquam fur. Verùm hæc infirma & in-
 certa sunt, ait Cornel. in locum Zachariæ ci-
 ratum; ac proinde temerarium videtur illa asse-
 verare, uti rectè ait Dionys. Carthus. Dialogo
 de particulari judicio art. 2. & 11. In judicio
 ramen universali apparebit Christus, non cru-
 cifixus, sed cum cruce & cicatricibus quinque
 vulnerum; quæ tunc justi aspicient ad suam ex-
 ultationem, impii vero ad perpetuam sui con-
 fusionem, quam ab omnibus nobis avertat
 Deus.

Ju-

Juvenum Mors.

Lutra voracissima est, ac crudelitatis aded
immodicæ, ut non solùm prius maiores,
qui ei in cibum sufficiunt, sed etiam minores,
vix in lucem editos, devoret, unde Lemma:
Sævit in omnes. Genuina hæc mortis effigies est,
unde de eâ canit Ovidius Epist. ad Liviam:

Illa rapit juvenes, sustulit illa senes,
Quæq; ruit, furibunda ruit, totumq; per orbem
Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.

Sententia.

Dies mei velociùs transierunt, quam à texente
tela succiditur. Job. 7. v. 6. De utero transla-
tus ad tumulum. Job. 10. v. 19 Minorasti dies
temporis ejus. Psal. 88. v. 46. Consumatus in
brevi explevit tempora multa Sap. 4. v. 13.

Præcisa est velut à texente vita mea, dum ad-
huc ordirer, succidit me, ait Ezechias Isai. 38.
v. 12.

Mors aliorum longiùs vitam passa est proce-
dere, aliorum in medio flore præcidit, aliorum
interrumpit principia. Seneca Epist. 67.

Nascentes morimur, finisque ab origine
pendet. Manil. in Astron. 4.

Brevi unusquisque decurso ætatis flore mar-
cessit. S. Ambros. Li. 3. Hexam. cap. 11.

Vita nostra quasi tela est , hanc telam ordi-
tur homo in animo suo longam , quantam vult.
Sed Dominus præscindit eam , quando placet ,
& sæpè propter dispositiones & desideria , quæ
habet homo diu vivendi , diutius moritur.
Hugo Cardinalis.

Homo , quando nascitur , jam cum morte
nascitur. **S. Augustin.** Tract. 49. in Joan. Con-
ceptus est puer , fortè nascitur , fortè abortum
facit , ita incertum est: fortè crescit , fortè non
crescit , fortè senescit , fortè non senescit.
Nunquid potes dicere , fortè moritur , fortè
non moritur ? **S. August.**

Placita erat Deo anima illius , propter hoc
properavit eam educere de mediâ iniquitate , ne
longo vitæ itinere deviis aberraret anfractibus.
S. Hieron.

Quid separas à me , quem genui ex me :
uterus genuit , non mansit ille , cum vixit ,
ubera mea frustrà lacte contorquens. Cautè
portavi , quem à te video manu crudeli jactati.
modo eum effuderunt viscera mea , & tu elidis
ad terram. Ita mater ad carnificem infantici-
dam tempore Herodis apud **S. August.** serm. 1.
de Innocentibus. Sic etiam Matres sapiùs
possent conqueri contrà mortem , quod parvu-
los suos , vix mundo natos , tam citò abripiat.

Sym.

1.

Herodes sceptro suo periculum ab infantibus formidavit, unde clamari ad arma, expediri milites, & tati lactenti bellum indicere, ac quatuordecim parvolorum millia necari iussit. Lemma: *Teneros griffatur in artus.* Hoc perpendicular S. August. ferm. 1. de Innocentibus exclamat: *Crudele spectaculum!* Herodis tyrannidem æmulari videtur libitina, dum non solum in senes & adultos, sed etiam saepius in parvulos & lactentes falcem suam acuit.

2.

Locusta fruges adhuc intrà herbam florescentes depopulatur. Unde Lemma, *ante diem perimit.* Etiam arbusculum, ab impetuoso vento raptum, hoc lemmate quidam notavit: *Concidit ante diem.* Juvenem, immaturâ morte abreptum, hæ imagines significant; hic etenim, in ipso juvenilis ætatis flore *Ante diem*, id est nimis maturè perimitur, & mortuus concidit.

3.

Cunis hanc præfiges Epigraphen: *Arrha sepulchri.* S. Hieron. ad illud sapientis: Unus introitus ad vitam, & similis exitus; exclamat: O angustum & satis anxium tempus vitae mortalis, ubi cum initio nominatur & finis.

I 3

4. Virescentem in campo spicam juvenis immaturâ morte sublatus immitatur cum lem-mate: *Immatura non parcit.* puta falx , sicut & mors. Quare Benedictus Sossagus in mortem ita invehitur.

Mortales tua messis erunt, mors comprise falce

*Quid messem properas sternere cæca tuam? (est
Quid sævâ mors falce furis? dum messis in herba*

Saltem immaturæ parce precor segeti.

*Quid loquor? ah demens mors quæque teneri-
ma carpis,*

Maturam ùt segetem semina prima metis.

5. Libellus pauculis foliis finitus Epigraphen sustinet: *Non quantus, sed qualis.* Huic vitam volubilem comparare licet , unde unicè cogitandum, *Qualis vita, non quanta.* ad rem Seneca Epist. 70: *Citius mori vel tardius ad rem non pertinet; benè mori aut malè ad rem pertinet.* Unde Propheta quidam benè dixit, malle se unâ die cum virtute vivere, quam mille annos in umbra mortis, idest , in peccato , ait Cornel. in cap.

25. Gen. v. 6.

5. Complures pyroboli chartacei , è tubâ igneâ in aëre sparsi, mox in tenuissimas favillas evanescunt. Unde in cuiusdam, qui in juventute obiit , pompâ funebri pyrobolum chartaceum pinxere cum lemmate: *Vita tua.* Seneca : *ignis, quò clarior fulsit, eò citius extinguitur:* Sic ingenia, quæ illustriora, breviora sunt. Laus

Laus bene
Ecclesia compli-
cata. S. Augusti
prout omnibus au-
diens hinc velle rev-
erentur. & quod e-
stiam ingeni e-
munitudo, ubi si
Numus dimicet per
& cari renderet.
mille quid de cur-
bis: Si & Min-
omnis, nemo u-
ter, quod effet
debet, Quan-
sevierit quilibet
S. Ephrem. I-
lana & seculis
fideris anim-
num ante n-
nullus fecit,
nec fecit,
unde S. Be-
Nos in vi-
Quomodo
ipla vita sec-
moris cap. &
obnoxia effe-
cimur.

Laus bene Mortuorum.

FAcetissima cujusdam Mimi urbanitas, ut refert S. August. Li. 13. de Trinit. cap. 3. promisit olim suis auditoribus in theatro, quod aliis ludis veller revelare, *Quidquid in animo haberent, & quod vellent omnes.* Ad diem constitutum ingenti exspectatione major confluxit multitudo, ubi suspensis & silentibus omnibus Mimus dixisse perhibetur: *Vili vultis emere, & carò vendere.* Post hæc S. August. subdit simile quid de cupiditate laudis sequentibus verbis: *Si & Mimus ille dixisset: Laudari vultis omnes, nemo vestrum vult vituperari.* Similiter, quod esset omnium voluntatis, dixisse videretur. Quam verè hoc dixerit S. Augustinus, sentiet quilibet in semetipso: interim, ut ait S. Ephrem. Epist. 23. ad Attonem: *Vana est laus & seductoria, quā laudatur peccator in desideriis animæ sue &c.* Quinimò nullus hominum ante mortem securè laudari potest; sicut nullus scit, an amore vel odio dignus sit, ita nec scit, an laude vel vituperio dignus sit, unde S. Bernard. serm. 5. in Festo omnium SS: Nos in vita sua laudare hominem prohibemur. Quomodò namque secura laudatio, ubi nec ipsa vita secura. & S. Ambros. Li. de bono mortis cap. 8. Unusquisque, quam diu vivit, obnoxius est lapsui, nec senectus immunis à criminis.

Exempla Fugientium laudem.

S. Gregorius Nazianz. orat. 14. de pace, de se ipso ita scribit: Nec item me vel laudatores, vel vituperatores immutabunt. Quod enim sum, hoc maneo, sive maledictis afficiar, sive laudibus in cælum vehar.

De S. Francisco Seraphico S. Bonaventura cap. 6. vitæ ita scribit: Studebat bona Domini sui arcano pectoris condere, nolens patere gloriæ, quod posset occasio esse ruinæ. Nam sæpè cum beatificaretur à pluribus, verbum hujusmodi proferebat: filios & filias adhuc habere possem: nolite laudare ut securum. Nemo laudandus, cuius incertus est exitus.

De Paschasio Radberto Abbe Corbejensi, qui obiit Anno Dom. 851. Auctor vitæ ejus ita scribit: Nihil illustrius fuit summa animi ejus modestia & humilitate, quam de se ipso, cum maximi ab omnibus fieret, modicè omnino sentiebat. Itaque Monachorum se omnium peripsema, levitarumque ultimum appellare solebat. Idem convocatis sub finem vitæ discipulis edixisse fertur, ne quis de ipsius vitâ quidquam litteris consignaret Sic & S. Ephrem in neo testamento ita cavit: Nulla Ephrem cecineritis carmina, nullamq; laudem adhibueritis, ne me cum pretioso sepeliveritis vestimento, neve privatum corpori meo constitueritis tumulum.

Lauda post Mortem.

ANTE mortem ne laudes hominem quem-
quam. Eccli. 11. v. 33.

Nos in vita sua laudare hominem prohibe-
mur. Quomodo namque secura laudatio , ubi
nec ipsa vita secura ? Nescis, quis sit persevera-
turus, nescis, quis sit legitimè certatus, nescis,
quis sit coronam accepturus. Illorum lauda
virtutem , quorum jam certa victoria est : illos
devotis extolle præconiis , quorum securè po-
tes adgaudere coronis. S. Bernard. serm. 8. in
Festo omnium SS.

Ante obitum neminem prædicaveris beatum,
& ante mortem ne desperaveris queinquam. S.
Ephrem. Prolog *De timore Dei*. Laudatio ho-
minis non in exordio , sed in fine est , ait S.
Ambros. de institutione virginis cap. 3. Ratio-
nem dat Cassian. collat. 6. cap. 16. Dicens :
Quidquid per diligentiam vel acquiritur vel te-
netur, potest etiam per negligentiam deperire.
Benè igitur quis concludet cum S. Ambros: in
Psal. 1. Dicente : Ergò dum in hâc vitâ quis-
quam est , non potest definitâ prædicatione lau-
dari , qui patere adhuc posset errori.

Lauda post vitam, magna post consumma-
tionem ; tunc enim nec illi , qui laudat , nocere
ulla poterit adulatio, neque etiam laudatum ul-
la tentare poterit elatio. S. Ambrosius. Sym-

Symbolum.

Candela, vitro munita, nullas splendori suo tempestate aut cœli injurias metuit, unde Lemma: *Tuta patet.* Ita virtutis & meritorum splendor de mortuis sine periculo divulgari potest, quippe quod nullo amplius superbiae afflatus infestandi suomet sepulchri marmore, vel ut ægyptiis consuetum erat, vitrâ suâ tumbâ protegantur. *Præclarè de S. Eusebio* dixit Maximus in Hom. 59. Lauda post vitam, magnifica post consummationem. Duplici enim ex causa utilius est hominum magis memoria laudem dare, quam vitæ, ut illo potissimum tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudantem adulatio moveret, nec laudatum tenet elatio.

Motiva ad laudandum.

Laus propter egregia facta auget cupiditatem ad meliora. *S. Chrysost. apud Anton. in Melissâ p. 1. cap. 51.* Armantur enim filiorum animi, dum patrum recensentur triumphi, ait *S. Bernard. serm. 54. in Cantica.* Præcipuum beneficium est in rebus honestis laudari; laus enim parit æmulationem, æmulatio virtutem, virtus felicitatem. *S. Gregor. Nazianz. apud Antonici in Melissâ cit. Virorum, qui bene in Republica versati sunt, historia, velut lux quædam his, qui salvantur ad vitæ viam præfulget.* *S. Basil. in Gordium Martyr.* Ma-

Materia Laudis pro Ecclesiasticis.

Quasi sol resplendens, sic ille effulgit in domo
Dei. Eccl. 50. v. 7:

Esca inopum, tutor viduarum, cura minorum,
Omnibus officiis omnia pastor eras.

Ita Venant. Fortunat. Li. 5. Histor. Franc. cap.
5. de Tetrico Episcop. Linguriensi.

Dives in virtutibus, Assiduus in oratione,
Devotus in choro, Stabilis in Ecclesiâ, Prudens
in lætitia, Purus in conscientia, Patiens in ad-
versis, Lenis in prosperitate, Verax in narra-
tione, juxta monitum Isidori Pelusiota Li. 2.
Epist. 2.

Rectus per æquitatem, erectus per intentio-
nem, sublimis per contemplationem, sustentans
alios verbo consolationis, suffragio orationis,
exemplo actionis. Richardus à S. Victore.

Fugiebat modis omnibus otiositatem, nam
aut legebat, aut scribebat, aut discipulos eru-
diebat, aut orationi vacabat, aut psalmorum
decantationi, inevitabilibus tantummodo cor-
poris indulgens necessitatibus. Ita auctor vitae
de B. Alcuino, qui tempore Caroli magni in
Gallia floruit.

S. Thomas fuit exemplar virtutum omnium,
earumque exempla erant membra ejus singula,
in oculis restringebat simplicitas, in vultu benig-
nitas

nitas, in autibus humilitas, in gustu sobrietas, in lingua veritas, in odoratu suavitas, in actibus integritas, in manu liberalitas, in incessu gravitas, in formâ honestas, in visceribus pietas, in intellectu claritas, in affectu bonitas, in mente sanctitas, in corde charitas, sic ut species decorque corporis fuerit effigies animae & imago virtutis. Ita Clemens VI. Pontifex serm. de S. Thomâ Aquinate. Et vitâ floruit & doctrinâ, ita de S. Anton. S. Bonaventura. Fons devotionis & fidei, virtutum omnium exemplar. S. Ambros. Li. de Abrah. virtutum omnium domicilium, virtutis norma, sacerdotii perfectio. Nazianz. orat. 41. Zelator legis cultusque divini. Cornelius de Josue in proæmio. Acer divini honoris exactor. S. Gaudentius de S. Philastrio. Vir bonus & plenus spiritu sancto. Act. 11. v. 24. Vir potens in opere & sermone coram Deo & omni populo. Lucæ 24. v. 19. Domini sui admirandus imitator. S. Maxim. Episc. Hom. 2. de S. Eusebio. Devotus ad Deum, benignus ad proximum, sobrius ad mundum. Hugo Li. 3. de animâ. Præpositus divina humanis, perpetua temporalibus. S. Ambros. in Leviticum. Vir eloquens, potens in scripturis, edocitus viam Domni. Act. 18. v. 14.

Pro Officialibus.

Vir magnus & inter primos aulae regiae.
Ester 11. v. 4. Vir generosus & gen-
 erosis parentibus ortus nominisque splendore
 clarissimus. ita de S. Basilio Nazianzenus orat.
 20. Consiliarius, vir prudens & litteratus. 1.
Paral. 27. v. 32. Vir nobilis. 4. Regum 9.
 v. 6. Misit tibi virum prudentem & scientissi-
 mum. 2. *Paral. 2. v. 15.* Vir excelsus. 2. Re-
 gum 21. v. 20. Vir eruditus. *Ecel. 21. v. 26.*
 Vir in multis expertus. *Ecl. 34. v. 9.* Vir
 prudens & disciplinatus. *Ecl. 10. v. 28.* Dis-
 pensator fidelis & villicus utilis. S. Hilarius in
 Mathæum cap. 26. in fine. Quæsivit bona
 genti, & placuit potestas & gloria ejus omni-
 bus diebus. 1. *Machab. 14.* Domui suæ benè
 præpositus. 1. ad Tim. 1: *Omnibus est offi-*
ciosus, nulli onerosus. Hugo Li. 3. de animâ. Pa-
 ter orphanorum & judex viduarum. psal. 67. v. 5.
 Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit illum
 Millibus è multis hominum consuetus Apollo.
 Ausonius in Epigram. Ad summum, sapiens
 uno minor est, Jove dives, Liber, ho-
 noratus, pulcher. Rex denique regum. Ho-
 rat. Li. 1. Epist. 1. Qui mores hominum
 multorum vedit, & urbes.

Pro

Pro Militibus.

Vir fortissimus atque pugnator. Judicium
 11. v. 1. Fortissimum robore, & vi-
 rum bellicosum & prudentem in verbis, & vi-
 rum pulchrum, & Dominus est cum eo. 1.
 Regum 16. v. 18. Vir paratus ad prælium.
 Jerem. 50. v. 42. Præpositus super viros bel-
 latores. Jerem. 52. v. 25. Decurio vir bonus
 & justus Lucæ 23. v. 50. Centurio vir justus
 & timens Deum. Act. 10. v. 22. Invictus ad
 labores, fortis ad pericula. S. Ambros. Li. 1.
 offic. Dominus potens in prælio. Psal. 23. v. 8..
 Miles est victima, ut cum tempus fuerit, pro
 patriâ immoletur. Philemon. Pulchrior est
 miles in prælio cæsus, quam in fugâ salvus.
 Livius Li. 2. Dec. 1. Loricâ ferreâ usus, &
 ante signa pedestris, horridus, incomptus,
 famaque dissimilis. ita de Othoni scribit Cor-
 nelius Tacitus Li. 2. Histor. Hostium terror
 & vindicta Religionis. ita de judâ Machabæo
 Picinell. Li. 3. c. 141. n. 380. Miro quon-
 dam & singulari modo cernebantur & agnis
 mitiores, & leonibus fortiores. S. Bernard.
 ad Milit. templ. cap. 4. Vir est, qui contrâ
 biformes fortunæ eventus uniformi mentis
 constantiâ militat præmunitus. Cicero apud
 Hybern. verb. instabilitas Cason. Emblem. 3.

Pro

Pro Virtuosis.

Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum. 1. Reg. 13. v. 14.

Vir justus ac timens Deum. Act. 10. v. 22.

Vir religiosus ac timens Deum cum omni domo suâ, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecahs Deum semper. Act. 10. v. 1. Gloria magna est sequi Deum, longitudo enim dierum assumetur ab eo. Eccli. 23. v. 38. Benedictus vir, qui confidit in Domino. Jerem. 17. v. 7.

Ipse vir verax & timens Deum præ cæteris videbatur. 2. Esdræ 7. v. 2. Ecce verè Israëlite, in quo dolus non est. Joan. 1. v. 45. Sine iniuitate cucurri & direxi. Psal. 58. v. 5.

Vitum borum & benignum, verecundum visu, modestum moribus & eloquio decorum, & qui à puerò in virtutibus exercitatus sit ... aetate & gloriâ mirabilem, & magni decoris habitudine 2. Mach. 15. v. 12. & 13. Vir fidelis multum laudabitur. Prov. 28. v. 20. Qui Custos est Domini sui, glorificabitur. Prov. 27.

v. 18. Bonum certamen certavi, cursum consumimavi; de reliquo reposita est mihi corona justitiae &c. ad Tim. 4. v. 7. Omnibus omnia factus sum. 1. ad Cor. 9. v. 22. quod S. Aug. Ep. 9. & 19. ita explicat: Non mentiendo, sed compatiendo, non simulantis actu, sed commiserantis affectu omnibus omnia factus est Paulus.

Virtuosa vita efficit Deo charum. Thomas Kemp Li. 1. cap. 1. Virtus cum Deo familiarem efficit. S. Chrisost. in Psal. 49. Probatи viri genus virtutis prosapia est; quia sicut hominum genus homines, ita animatum genus virtutes sunt. S. Ambr. Li. de Noë & Arcâ c. 4. Virtutis invictae adauictus metitis. S. Bonavent. in vita S. Patris. Pulcher in cælo, pulcher in terris. S. Bonav. in speculo. Justitiam custodivit, pro Religione decertavit, invictus ad labores, fortis ad pericula. S. Ambros. Li. 1. Officior. Qui sibi infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum. S. Maximus. Hominis gloria est virtus, quæ hinc recedit cum possessore suo. S. Chrisost. Virtus mater gloriae est, sola enim est, cui gloria debetur & securè impenditur. S. Bernard. Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. S. Hieron. Epist 14: ad Celantiam. Nobilitas sola est atque unica virtus. Nobilissimus Deo clarissimus est virtutibus. Cass. collat. 2. cap. 10. Esto in malitia parvulus & vir perfectus in sensu. S. Basil. ad Filium spiritualem. Contrà omnes adversarios scutum timoris Dei tamdiu infatigabiliter tenuit, donec ad victoriam perveniret. S. Maxim, Hom. 59.

Pro patientibus.

Misericors & clemens, patiens & multæ miserationis ac verax. Exodi 34. v. 6. Qui patiens est, multâ gubernatur prudentiâ. Prov. 14. v 29. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Prov. 6. v 32. Tacui semper, filii & patiens sui. Isaiae 42. v. 14. In omnibus tribulationem patiens. S. August. serm. 45. de diversis cap. 7. Nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec injuriâ violatus. S. Ambros. Li. 4. in Lucam cap. 4. Immemor injuria, memor clementiæ. S. Ambros. cit. Magni animi est proprium, placidum esse, tranquillumque injurias atque offensas despicer. Seneca. Boni semper ad Deum lucidi sunt, licet sint in mundo despecti. Hugo Cardinal. Sæpè contingit, ut electus quisque, qui ad æternam felicitatem ducitur, continuâ hic adversitate deprimatur ... sed tamen ante occulti Judicis oculos virtutibus emicat, vita meritis coruscat. S. Gregor. Li. 10. in cap. 12. Jobi. Placidus ore, intrepidus verbis. Ità Cornel. Tacitus de Ottone Imperat. Idem illi semper in omni fortunâ vultus, idem habitus, secundo idem, mansuetudo benignitas &c. ità de Alphonso Rege Arragon. Anton. Panormit. Li. 4. c. 10. Pro

Pro misericordibus.

Beatūs, qui intelligit super egenū & pauperem. Psal. 40. v. 2. Pater eram pauperum. Job. 29. v. 16. Ab infantia crevit mecum miseratione. Job. 31. v. 18. Grande bonum & pretiosum vir misericors. S. Hilarius in Psal. 118. Perfecta est liberalitas, ubi silentio quis tegit opus tuum, & necessitatibus occulte subvenit. S. Ambros. Hominis felicitas ex eleemosynarum largitionibus originem trahit. S. Chrysost. Hom. 17. Ante omnia misericordiae operam detis, & in quibusunque possitis, proximos vestros adjuvetis. S. August. serm. 203. de Temp. Remanent in saeculo cuncta, quae saeculi sunt; sola virtus est comes defunctorum. Sola nos sequitur misericordia, quae tabernacula defunctorum acquirit aeterna. S. Ambros. Li. 7. in cap. 12. Lucæ. Non memini me legisse, malam morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit. S. Hieron. in Epist. ad Neopatian. Ante fores gehennæ stat misericordia Dei, & neminem (in pauperes beneficium) permittit in carcerem ire. S. Aug. Li. 50. Hom. 30. Non est possibile, quod homo, qui dimiserit proximo, non plenam remissionem assequatur; incomparabiliter enim magis misericors est Deus, quam nos. S. Christ. Hom. 26. in Acta Ap. Miscel-

Miscellanea.

Vir in cunctis prosperè agens. Gen. 39. v. 2.

Homo potens & magnarum opum. Ruth 2. v. 1. Senex erat vir & grandævus. 1. Reg. 4. v. 18. Senex & grandævus inter viros. 1. Reg. 17. v. 12. Vir quietissimus. 1. Paral. 2 2. Amabilis Domino. 2. Reg. 12. Vir amabilis ad societatem. Prov. 18. v. 24. Vir bonus est. 2. Reg. 18. v. 17. Spem habens in Deum. Act. 24. v. 18. Prior in donis, major in imperio. Jerem. 5. v. 7. Gubernaculum fidei viriliter tenens anchoram spei tranquillâ jam in statione composuit. S. Maxim. Epis. Hom. 59. Plenam cælestibus divitiis & æternis mercibus navem optato in littore collocavit. idem ibid. Enavigavit ex terrarum syrtibus, & vitæ hujus scopulos prætervectus in optatissimo portu conquiescit. Apulejus. Ex omnibus præmiis virtutis amplissimum est gloria, ait Cicero pro Milone. Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam, Sap. 8. v. 18.

Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ ad vos descendam. Æneid. 12.

Nobilitas morum magis ornat quam genitorum.

Symbola Misericordiae.

1.

MAlum granatum, suâ sponte dirumpi solitum, purpureos ætarii sui rubinos cuivis obvio, munificentia non minus liberali quam apertâ offert. Unde Lemma: *Quod habeo, largior.* Hanc summæ charitatis liberalitatem sibi familiarem habuere S. Martinus Episcopus, S. Thomas Villanovanus, S. Paulinus Nolanus, & S. Carolus Borromeus, qui ad aliorum egestatem sublevandam ipsos quoque Episcopatum suorum redditus profudérunt. Probè enim edocti erant illud S. Augustini Li. 50. Homil. Hom. 26. *Qui manus ad eleemosynas expandit, dextralia à Christo recipiet.*

2. Soli nascenti quidam inscripsit: *Non exoratus exorior.* Unde Epictetus: *Sponcè confer beneficia, & aquè ac sol amaberis.*

3. Soli iterum inscribitur hæc Epigraphe: *Omnibus & singulis.* Item: *Illustrabit omnia.* Ad hoc propositum ait Agapitus Epist. paræn. N. 51. Solis profecto partes sunt illustrare radiis orbem; Principis vero virtus est egenorum miseri. Benè etiam monet Sidonius Pollio. Li. 6. Epist. 12. dicens: *Indigentium miseratus fac in terris opera calorum.*

4. Nubes campum torridum & egenteim copiosis pluviis recreans , sequenti lemmate ornata cernitur : *Se exhaustit egenti.* Hoc omnibus eleemosynariis proprium sequenti poëmate explicat Salvator Carducius.

Nubis egenti exhaustit nudis viscera :

Quid ni misellos , dives ! auro recreas ?

5. Aqua ad irrigandas herbas in campos effusa se ipsam perdit & absunit , addito lemma te : *Deficit , ut alat.* Talis fuit Alexander V. Pontifex maximus , qui bonis omnibus in pau peres erogatis amicis suis dicere solebat : *Se olim divitem Episcopum fuisse ; postea Cardina lem factum egiisse ; atque dein Pontificatu orna tum ad mendicitatem penè redactum esse ,* ut de ipso narrat Bapt. Fulgos. Li. 4.

6. Aquila prædam suam reliquis avibus in cibum dispensare solita hoc lemmate introduc tur loquens : *Hoc habeo , quodcumque dedi.* ita qui eleemosynis erogandis student , nihil è divitiis , quas generosâ & aquilinâ manu in egenos distribuere , deperdunt . unde S. Gregor. Papa in Registro : *Quidquid tribuitur pauperi , si subtili consideratione pensetur , non est do num , sed mutuum , quia quod datur , hoc multiplicato sine dubio fructu recipitur.*

7. Aqua per campi elicem ad sitibunda gra-
mina decurrentis eandem à P. Gamberto Epigra-
phen recipit, quam jam olim Claudianus Nilo
pronuntiavit: *Salus sicutibus.* ita nimirūna
charitas suam opem in eos præ aliis effundit,
quos majore egestate pressos novit juxta moni-
tum S. Bernardini Senes. Tom 2. serm. 7. di-
centis: *Eleemosyna nisi indigenti danda non est,*
*exemplo naturæ, quæ corporalibus membris se-
cundum eorum necessitatem distribuit cibum.*

8. Ager, frumento sementico respersus,
Epigraphen habet: *Cum fœnore reddet.* Audi,
quid dicat Sapiens. Prov. 19. v. 12. *Faneratur
Domino, qui miseretur pauperis.* rationem dat
S. Gaudentius serm. 13. dicens: *Accipit enim
magna pro modicis & cælestia pro terrenis.*

9. Vitis, ramis luxuriantibus putata, Epi-
graphen sustinet: *Exfoliata ditior.* Eos hæc
Epigraphe describit, qui elemosynis erogatis
ad æternas opes perveniunt, unde S. August.
in Psal. 36. *Da modica, accipe magna.* Vide
quād latè crescat fenus tuum. *Da temporalia,*
accipe aeterna. *Da terram, accipe celum.*

Sym-

Symbola Virtutis.

I.

LAURUS, cujus radices à falce incisæ complures surculos progerminant^{ur}, Epigraphen habet: *Non omnis moriar*. idem de virtute dixeris, cui quadrat illud Horatii: *Non omnis moriar, magna pars mei vitabit libitinam*. Et illud Joannis Audeni:

*Omnia cum pereant, est virtus sola perennis,
Hac immortales reddere sola potest.*

2. LAURUS juncta plerosque ab omni fulmineum inquiūtū immunis est, unde fulmine supereminente habet Lemma: *In offensa perennat*. Mens emblematis est, quod justus tametsi mortis fulmine tentatus, suā tamen illustrium virtutum famā æternos victurus sit in annos, unde iterūm Joannes Audenus:

Sola potest homines felices reddere virtus;

Hinc soli è cunctis non libitina nocet.

3. Ursa minor, suprà mare tempestuosum, habet Lemma: *Nescia mergi*. Mens iconis est, famam defuncti nulli oblivionis naufragio obnoxiam vivere.

4. Iris ad occidentis partes omnium pulcherrimè resplendere dicitur, unde in obitu virtuosi depicta fuit cum Lemmate: *Clarior ab occasu*.

5. Cer-

5. *Cervus*, flumine jam transmisso, pedes suos citeriori ripæ imponit cum Lemmate, *Fam timor omnis abest*. ita prorsus omnis timor cessabit, dum ad perennis beatitatis littus appellemus.

6. Tæda extincta, etiamnùm tamen candens, igneos quosdam halitus exspirat cum Lemmate: *Extinctâ luce superstes*. Symbolo hoc innuitur, famam virtuosi apud posteros in æternùm vicituram, nam, ut ait Seneca in Herc. fur. *Nunquām stygias fertur ad umbras inclita virtus*, Sed, ut habet adagium: *Vivit post funera virtus*.

7. Alcibiades Lucarinus justi mortem navis emblemate significavit, quæ è portu soluta Epigraphen tenet: *Solvitur onusta*. de S. Eusebio ait Maximus: Plenam cælestibus divitiis & æternis mercibus navem optato in littore collavit.

8. Bargalius, fratre suo è vivis sublato, rosas depinxit à frutice suo decisas cum Lemmate: *Et decadentes redolent*. Sic etiam redolent virtutes cum possessore suo hinc decedentes.

9. Duæ situlæ, è Rechamo suprà puteum suspensæ Epigraphen tulerunt: *Alter alevatur*. ad rem S.Bernard. Senens. de Christi jejun. term.

8. act. I. cap. 2. *Anima & caro sunt quasi duæ situlae in puteo applicatae*, quarum quando una descendit, altera ascendit, puta anima ad cœlum.

Ma.

Materia laudis

pro Fæmina virtuosa.

Mulier timens Dominum ipsa laudabitur,
Prov. 28. v 20. Erat hæc in omnibus
famosissima, quoniam timebat Dominum
valdè. Non erat, qui de ea loqueretur verbum
malum. Judith 8. v 8. Ora pro nobis Deum:
quoniam mulier sancta es & timens Deum. ibid.
v 19. Erat mulier illa prudentissima & spe-
ciosa. ita de Abigail 1. Reg. 25. v 3. Gratia
super gratiam mulier sancta & pudorata. Eccli.
26. v 9. Sicut sol oriens mundo in altissimis
Dei, sic mulieris bonæ species in ornatum
domus ejus. ibidem v 21. Mulier grata.
Prov. 11. v 16. Mulier diligens. Prov. 12. v 4.
Sapiens mulier. Prov. 14. v 1. Erat plena
bonis operibus & eleemosynis, quas faciebat.
Act. 9. v 36. Serviens Domino cum omni
humilitate & lacrymis. Act. 20. v 19. In
operibus bonis testimonium habens. 1. ad Tim.
5. v 10. Mansuetissima fuit per lenitatem,
patientissima contra omnem adversitatem. S.
Bonav. in speculo cap. 8. Erat candidata
multis meritorum virtutibus. S. Hieron. de B.
Virgine. Pulchra facie, fide pulchrior. S.
Aimbrof. in vita S. Agnetis.

Corde erat humilis , verbis gravis , animo prudens , loquendi parcior , legendi studiosior . S. Ambros. Li. 2. de Virgin. Sancta corpore & spiritu. 1. ad Cor. 7. v. 34. Fidei & pietatis Magistrum se præbere haud quaquam erubescens. ita de B. Nonnâ Matre sua S. Gregor. Nazianz. orat. 19. Hæc mulier & flore & fructu abundat , quia charitate plena est. S. Ambros. in cap. 31. Proverb. Laboriosa, vigilans , sollicita , in tribulatione fortis , non pigrum panem manducans. S. August. serm. 45. de diversis cap 12. Vacua onere & plena sanctitatis. ita de Samaritanâ Picinell. Li. 3. c. 175. n. 519. Reliquit regnum terrestre, ac cælesti assedita est. Deposuit coronam lapidibus ornatam , & gloriæ coronâ se circumdedit. Exuit vestem purpuream , & Christum induit. ita Greg. Nyss. de Placillâ Imperatrice. Carmen decantans peragebat vigilias. ita habetur in vita S. Radegundis Regin. Francor. supra modum mater mirabilis & bonorum memoriam digna ... repleta sapientiam , & fæmineæ cogitationi masculinum animum inservens. 2. Mach. 7. v. 20. Fæcundior virtutibus , quam fætibus, S. Aug. serm. 100. de diversis. Mater ætate longæva , studio religiosa , solatio destituta. S. Ambros. de Matre Fil. Zebed. L. 5. de fide ad Gratianum.

Sym-

Symbol

Placidum ell
Favens si
de Paulina S.
Maximum.2. Funeb
ca, Hispan
blemate au
tian, non o
ne preten
titatis deli
occaſu p4. Ad
niarum R
carbasiv
tenebat:
delicet,
ordinatio
lium et;4. he
nunquam
ma, lic
fæminam
tamer pro
finib[us] m
Exuvius fuc

Symbola Fæminæ virtuosæ.

I.

Fractum est pretiosissimum Margaritum, vivens smaragdi gemma contrita est. ita de Paulina S. Hieron. Epist. 10. ad Pammach. Maritum.

2. Funebrem pompam Margarithæ Austriae, Hispaniarum Reginæ, ursæ minoris emblemate auxerunt, additâ inscriptione: *Veritatur, non occidit.* q.d. Reginæ animam, divinæ præsentia polo confinem, intrâ æternæ beatitatis delicias circumvolvi, ab omni illarum occasu posteâ libertimam.

3. Ad funebrem Isabellæ Borboniae, Hispaniarum Reginæ, pompam navis depicta, & carbasis versùs ventum explicatis, epigraphen tenebat: *Secundanti obsequor.* Innuebat videlicet, ejus mentem nunquam fuisse à Dei ordinatione alienam. Unde Alciati consilium est: *Quà Dii vocant, eundum.*

4. Arundo, quantumvis vento agitata, nunquam tamen evellitur. Unde Lemma: *Firma, licet infirma.* Arundini similem dixeris fæminam, quæ, quamvis sexu fragilis, pectore tamen prorsùs magnanimo, in omnibus adversitatibus mansit constans & immobilis. Exuviis suis hæret honos, & dives & orba est.

5. In funere Margarithæ Hispaniaturum Reginæ, & Philippi III. Conjugis P. Famianus Strada Margaritham pinxit, quæ auro annulo inserta Epigraphen tulit: *Deseruisse juvat mare.* Mens emblematis erat, quod ita etiam Regina, superato mortis pelago, intrà aureum cœlestis gloriae circulum recepta sit. De eadem Mendoza Viridar. Li. 6. Orat. i. ita disserit: *Hæc Regina mater est, non humanis virtutibus exculta, sed divinis, è cœlo in Hispaniam delapsa est, è cœlo Margarita, non solum nomine, sed magis vivendi instituto pretiosa &c.*

6. Carolus Rancatus navi, è littore soluturæ, Epigraphen addidit: *Ut portu meliore quiescam.* Opportunè Seneca Epist. 68. Optabilem rem existima bonam mortem: optimum est memorabilem mori aliquo opere virtutis.

7. Polypus odoris sui fragrantiam etiam à morte retinet. Unde Ferri Epigramma: *Et mortuus olet.* sic etiam persona fide ac vita sanctimonia insignis. Audi Senecam Epist. 79. dicentem: *Si quod est pretium virtutis ex famâ, nec hoc interit ... nulli non virtus & vivo & mortuo retulit gratiam.*

Longæva Vita.

QUOD plures & maiores sunt mundi hujus miseriæ & calamitatem, eò frequentioribus desideriis, eò fortioribus votis homines diu vivere affectant. Longitudinem dierum sibi invicem appreccantur, diuturnitatem vitæ vix non omnes sibi exoptant. Nescitis interim, ô mortales! quid petatis: si vitam longævam appetatis, appetite æternam; hæc enim est vera longitudine dierum. Unde in illud Ps. 90. *Longitudine dierum replebo eum,* S. Augustinus ita loquitur, *Quæ est longitudine dierum? vita æterna est.* Non nobis sufficit, quicquid longum est in tempore, si habet finem: *Sed id nec longum duendum est.* Et si avari sumus, vita æterna debemus esse avari, talem vitam desiderare, qua non habet finem. Ecce! ubi extendatur avaritia vestra. Argentum vis sine fine? vitam æternam desidera sine fine. Non vis, ut habeat finem possessio tua? vitam æternam desidera. Idem in Psal. 120. *Longitudo dierum æternitas est,* Hoc enim proprio modo scriptum dicit longum, quod æternum est, nam quidquid finem habet, breve est. Idem sensit S. Gregor. in Ps. 5. Pænit. dicens: *Constat, quia per multiplicatatem dierum perennis vita accipitur;* per paucitatem vero cursus istius sacræ designatur.

Exempla variorū, qui diu vixerunt.

Plinius Li. 7. cap. 2. ait; Isigonus tradit, Cyr-nios, Indorum genus, annis 140. vivere.

Anacreon Poeta At ganthonio Tartessiorum Regi centum quinquaginta annos tribuit. Cy-niræ Cypriotum decem annos amplius.

Ephorus Arcadum Reges trecentis annis vi-xisse dicit; Zenophon in periplo Maritimorum Regem sexcentis, & filium ejus octingentis. Hæc & plura refert Plinius; qui tamen hæc omnia ob temporum inscitiam accidisse me-morat; Annum enim alii unum æstate determi-nabant, & alterum hyeme: alii quadriparti-tis temporibus, sicut Arcades, quibus anni tri-mestres fuere: quidam Lunæ senio, ut Ægyp-tii. itaque apud eos a' iqui singula millia anno-rum vixisse produntur. Vide Le Blanc in Psal. 60. v. 7. n. 27.

Post diluvium Abraham vixit annos 175. Sara ejus uxor 127. Isaac 180. Jacob 147. Joseph 120. Josue 110. Job 140. aut, ut Pinedæ placet, 280. Tobias senior 102. Ju-dith 105. Jojades Pontifex 130. ita Le Blanc in Psal. 91. v. 15. n. 67.

Moyses annorum 120. mortuus est 7. Febr. Anno mundi 2583; ut habet synthema vetus-tatis.

The-

Themistocles, cùm expletis centum & septem annis se mori videret, dixisse fertur, se plurimum dolere, quòd de vitâ decederet, quando sapere cœpisset. Plutarch, in ejus vita.

Gallenus scribitur vixisse annis 140, ut refert Cælius Rhodiginus Li. 30. cap. 12. hinc proverbium: *Galleni valetudo.*

Ovidius in persona Nestoris ita canit: *Vixi Annos bis centum, nunc tertia vivitur etas.*

Joannes à Stampis (gallicè dictus Jean de temps, id est à temporibus) duxit vitam 360. annorum. Obiit sub Innocentio II. Pontif. & sub Ludovico juniore Francorum Rege. De ipso scribit Mantuanus Carmelita & Poëta: *Illum fama refert hyemes vixisse trecentas.*

Maffæus Li. Hist. Indic. pag. 308 refert tanquam rem certam & sine suspicione mendacii, quòd in Campaja fuerit senex quidam, qui jam natus erat annos trecentos triginta quinque, cùm Badurius Campaja Rex à Lusitanis victus est. Petrus verò Eutitius ait, eum vixisse annos 370. Ipse vidit duodeviginti Reges ejus regni sibi mutuò post mortem succedentes. Le Blanc in Pl. 91. ut suprà.

Alexander Cornelius de Illyrico scribens ait: quod Dando quidam fertur ad annum 500. processisse nullâ ex parte senescens. Guido Bonaltus dicit, Richardum quendam vixisse annos 400. Le Blanc in Pl. 60. ut sup. K 4 Caus

Causæ vitam prolongantes.

I. Pietas Regibus.

Dies super dies Regis adjicies. Psal. 60. v. 7.
 Deus apparenſ Salomoni in Gabaone 3.
 Reg. 3. v. 14. ad ipsum dicebat: Si ambulaveris in viis meis, & custodieris præcepta mea & mandata mea, ſicut ambulavit Pater tuus, longos faciam dies tuos. Unde idem inſtruens filium ſuum Roboamum, & in ipſo nos omnes, Prov. 3. v. 1. ita monet: Fili mi, ne oblivificabis legiſ meæ, & præcepta mea cor tuum custodian. Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.

Exempla.

In Orientali regno & imperio Theodosius junior imperavit annos 48.

In imperio Occidental & regno Germaniæ Henricus III. regnavit annis 52.

In Portugallia Joannes I. annis 50.

In Bohemia Wenceslaus annis 55.

In Polonia Wladislaus Jagello annis 48.

In Gallia Childebertus annis 59.

In Anglia Henricus III. annis 56.

In Castella Alphonsus VIII. annis 53.

In Arragonia Jacobus annis 64. Hæc & plura vide apud Le Blanc in Psal. 54. in fine, & apud Bozium Li. 23. de signis Ecclesiæ.

2. Sapientia & Virtus.

Longitudo dierum in dexterâ ejus, & in si-
nistrâ illius divitiæ & gloria. Prov. 3. v.
16. Cornel, à Lap. in hunc textum assignat
quinque causas, cur sapientia & virtus vitam
prorogenent. *Prima est:* quia sapientia sapienter
providet tam commoda, quam incommoda
sanitati & vitae: incommoda cavet, commoda
accersit. Unde S. August Li. 10. Confessionum
cap. 31. de seipso ait: *Hoc docuisti me, Domine!*
ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta
suntur accedam. Sic magnus ille Vir, et si
studio & scriptoriâ deditissimus, tamen attigit
anuum 76. Pariter S. Hieron ad annum 98.
ejectus est. His adde Origenem, teste Epi-
phanio sex millium librorum Scriptorem, & ta-
men lepuagenarium.

Secunda est: Quia sapientia moderatur iræ
& tristitiae, caterisque animi passionibus, quæ
vires, spiritus & vitam consumere solent; fa-
citurque hominem pacificum, lœtum, hilarem,
ideoque longævum: nam, ut dicitur Prov. 17.
v. 22. *Animus gaudens etatem floridam facit;*
spiritus autem tristis exsiccat ossa.

Tertia est: Quia sapientia docet prudentiam
& temperantiam in cibo & potu, quæ est mater
sanitatis & longævitatis. Unde Callisthenes,
vir magnæ prudentiæ, craterem sibi ab Alexan-
dro propinatum recusavit. K 5 Cau-

Cauſam interrogatus respondit : *Nolle ſe, dum Alexandri poculum eiberet, Aſculapio indigere. ita Iutarchus de irā cohibendā. De Iſraēlitis 40. annis in derto degentibus dicitur Pſal. 104. v. 37. Non erat in tribubus eorum infirmus, quia ſcilicet carebant ibi vino, ſicque in eo non excedebat. Quinimō aliqui autu- mant, ob hanc cauſam homines ante diluvium viventes tam longævam vitam protraxille.*

Quarta eſt, Quia virtus non eſt aliud, quām honeftas & rectitudi- vitæ, quæ longitudinem vita meretur & efficit : iuſtum enim eſt, ut, qui recte vitam exigit, eam longam & longæ- vam ſortiatur. Unde de Macrobiis ex Solino ita teſtatur Calepinus: Macrobii populi ſunt aethio- piæ, quibus dimidia protenſior eſt vita, quām noſtra. Iuſtitiam colunt, amant aequitatem, plurimū valent robore & formā ſunt pulcher- timi.

Quinta denique eſt, Quia Deut. 5. v. 16. promittitur longævitatis vitæ patentes honoran- tibus: quid ergo non fiet cultoribus Dei, qui eſt Pater noster in cælis?

Quæres: Quomodo intelligendum ſit illud Gen. 6. v. 3. Erunt dies illius 120. annorum?

R. Cum Cornelio, Deum ibi tantum ſtatuiſſe tempus poenitentiæ, poſt quod inducturus erat diluvium. Vel intellige illud de communiter contingentibus, non de extra ordinatiis. Lu-

Luctus post Mortem.

LVXerVnt & pLanXerVnt DefVnCtVM. *

Nihil est hodiecum communius, nihil frequentius, quād quod lugeamus mortuos. Dignum hoc & justum est, aequum & salutare: fictæ interim sunt sæpius lugentium lacrymæ, prout olim fuerunt illæ, quas effudit Bassianus Imperator, de quo Ælius Spartanus ita scribit: *Lacrymabatur, quoties aut mentio fieret, aut imagines videret Geta fratri, quem occiderat.* Erant autem hæ lacrymæ fictæ, ut docet Cornelius Eccli. 12. v. 18. Lacrymæ erant Crocodilli, quem ferunt conspectu procul homine lacrymas emittere, atque eundem mox devorare. Vulpes ille imitatus fuisse videtur Herodem, de quo scriptura Marci 6. v. 26. *Et contristatus est Rex, id est, ut ad mentem S. Hilarii & S. Hieron. exponit Cornelius, Contristari se finxit.* unde *Glossa interlinearis in cap. 14. Math. Simulator tristitiam preferebat in facie, cum letaretur in mente.* Sic etiam multi contristari se fingunt in morte Parentum &c; Cum tamen in corde gaudeant ob pingue hæreditatem. De his verè Poëta:

Hi lacrymas simulant, pulloq; colore teguntur:
Incriūs nihil est, omnis in ore dolor.

Fatendum nihilominus est, quod etiam fre-
quenter mortui verè & sincerè defleantur, pro-
ut pluribus S. Scripturæ exemplis ostendi potest.
Quinimò Siracides non semel, sed sæpius sua-
fit, ut mortuos lugeamus, cum moderamine
tamen. Audi cum Eccli. 22. v. 10. ita dicen-
tem: *Suprà mortuum plora, defecit enim lux
eius*, id est vitâ, quâ videbat & fruebatur luce
solari in hoc mundo, ait Cornelius in hunc lo-
cum. Subditur autem statim v. 11. *Modicum
plora super mortuum*, quoniam requievit, Sci-
licet à laboribus, doloribus & miseriis immu-
meris hujus vitæ, ut exponit idem Cornelius.
Item Eccli. 38. v. 16. Siracides ita monet:
*Fili in mortuum produc lacrymas, & quasidira
passus incipe plorare.* & v. 18. *Fac luctum secun-
dum meritum ejus uno die vel diobus propter de-
tractionem,* Ne scilicet quis cavilletur, tibi-
que detrahat, imò apud alios deferat, accuset
& criminetur, quod illum oderis, vel gau-
deas de morte illius, si non amarè plores. ita
Cornel. Sequete ergò monitum Poëtae sapienter
suadentis:

Plora defunctum, caput etsi non sit inunctum:
Ob culpæ fæces fletibus adde preces.

Exempla Lugentium.

Dum S. Apostolus Paulus valediceret Majoribus natu Ecclesiæ Ephesinæ , periretur in Jerusalem , *Magnis fletis fastus est omnium . . . Quoniam amplius faciem ejus non essent visuri.* Act. 20. v. 37. & 38. Non sumus amplius visuri faciem eorum , qui ad tumultum deferuntur , nisi in universali resurrectione , quidni & eisdem desleamus ? nam ut canit Poëta :

Expressa tacitum lacryma testantur amorem.

Cape exempla.

Abraham flevit mortem Saræ. Gen. 23. v. 2. Jacob mortem nuntiatam (sed falso) Josephi Gen. 37. v. 35. ac mortem Deboræ nutricis Rebeccae , sepeliensque eam subter querum Bethel inde loco nomen dedit : *Quercus fletus.* Gen. 35. v. 8.

Joseph planxit mortem Jacob , quin & Ægyptii eandem planixerunt. Gen. 50. v. 9. David vestimenta sua scidit , omnesque viri , qui erant cum eo , & planixerunt & flevérunt & jejunaverunt usque ad vesperam super Saul & super Jonathan filium ejus , & super populum Domini , & super dominum Israël , eò quod corruiſſent gladio , ut legitur 2. Regum 1. v. 11. & 12.

Luxit illam (Juditham) omnis populus septem diebus. Judith 16. v. 29.

Vox in Ramâ auditâ est , ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari , quia non sunt. Math. 2. v. 18.

S. Augustinus planxit mortem matris suæ S. Monicæ. Li. 9. Confess. cap. 12. Ubi ait : *Libuit flere de illâ & pro illâ.*

S. Ambrosius valdè lugere solebat senum mortem, qui suâ prudentiâ & sanctitate junioribus præbant viam virtutis & perfectionis, prout ipse testatur Li. 2. de Abel cap. 3.

Pammachius lugebat mortem uxoris suæ Paulinæ, quæ filia erat S. Paulæ; quem proinde S. Paulinus Epistolâ ad eum scriptâ consolatus est.

Theodotam , dum lugeret obitum mariti Lupicini , consolatus est S. Hieron. Epist. 29.

Orodes Parthorum Rex , cum Pacorum filium in bello contrâ Ventidium perdidisset , præ dolere in rabiem conversus est , ut tradit Ziphilinus.

Zeangius auditâ morte fratris Nustaffæ gladio incubuit

Julia C. Cæsatis filia , cum ædilitiis comitiis Cn. Pompeji magni conjugis sui vestem cruento respersam è campo domum relatam vidisset , territa metu exanimis concidit , partuque ejecto exspiravit , ut refert Plutarchus.

Dul-

Dulcia

Ptoloma
mo sex
tem propo
fundum?
tate. Si rifi
uniqueria
quoniam
cani, qua
tus: ite
enius fun
do lach
sequent
stolum i
contrister
mortuor
impatiens
non cre
quem c
quam p
s. Non
desidera
quem m
bus psmo
dem prav
evocatio
equanimi

Dulciaria adversus Dolorem in Morte Charorum.

PTolomæus Philadelphus Rex quinquagesimo sexto septuaginta Interpretum sequentem proposuit quæstionem: *In quibus est tristandum?* ad quod ille: *In amicorum adversitate.* Si tristandum sit in amicorum adversitate, utique etiam tristandum erit in eorum morte, quinimò Metellus Macedonius in morte Africani, quamvis inimici, filios suos ita est allocutus: *Ite celebrate exequias, nunquam majoris civis funus andissis.* Nihilominus pro moderando luctu Tertullianus Li. de patientia cap. 9. sequentia præscripsit dulciaria. 1. Lege Apostolum 1. ad Thessal. 4. *De dormientibus non contristemini.* 2. Credimus resurrectionem mortuorum, vacat ergò dolor mortis, vacat impatientia doloris. 3. Cur doleas, si periisse non credas? cur impatienter feras subductum, quem credis reversurum? 4. Perfectio est, quam putas mortem, idque ad vitam beatam. 5. Non est lugendus, qui antecedit, sed planè desiderandus: cur immoderatè feras abiisse, quem mox subsequeris? 6. Impatientia in hujusmodi & spei nostræ male ominatur, & finem prævaricatur. 7. Christum lædimus, cum evocatos quoque alio quasi miserando, non equanimiter accipimus.

Ex-

Exempla ad Rem.

Speciosa fabulosæ antiquitatis commenta inter alia commemorant, quod Nymphæ & Satyri Marfyam tibicinem, ob temeritatem suam à Phæbo excoriatum, lacrymis adeò copiosis defleverint, ut exinde in Asiam minorem integer fluvius sit exortus, de quo Ovid. 6. metam. ita canit: *Marfa nomen habet Phrygiae liquidissimus amnis.* Non ita insanè egerunt sequentes.

Anaxagoras, auditâ filii morte, dolorem stitit dicens: *Sciebam me genuisse mortalem.* Lacena, cum filium unicè dilectum, in prælio imperfectum audiisset, dixit: *Idcirco eum genueram, ut esset, qui pro Patriâ non dubitaret mortem oppitere.* Plut. in Apoph. Plura ejusmodi exempla gentilium recenset Cornelius in cap. 24. Ezech. v. 18. Verum ab his transeamus ad exempla fidelium. S. Job & bonis & prolibns eodem tempore privatus, non ingemuit, non Deum, non homines incusavit, sed Deo se resignans eum benedixit. Jobi 1. v. 21.

Matei septem Machabæorum, S. Symphorosa & S. Felicitas æquè septem filiorum matres in filiorum morte pro Deo obitâ exultarunt, ac ad eam subeundam animarunt. Talis fuit & S. Sophia, Mater trium filiorum, Fidei, Spei & Charitatis, quæ illas adhuc impuberes ad Martyrium efformavit & accendit.

Ri-

Ritus

Omnies fer
ut hic pl
air Cornel. in
tem planctu
ut perebit ex
Primi. 1reos, velle
logubres in
purporam34. Av
qui Augu
Euphara
raueque se
publico b
fules fed
fereban
stinebar
non inf
in Eleg
Jura fili
Apu
Secun
inceleba
Tatio

Ritus lugendi Mortuos apud Antiquos.

OMnes ferè gentes planxerunt suos mortuos ut hic planctus juris gentium esse videatur; ait Cornel. in cap. 38. Eccli. v. 16. In hoc autem planctu varias exrcuerunt ceremonias, prout patebit ex sequentibus. Nam

Primo. Deponebant coronas, annulos aureos, vestesque splendidas, ac loco illarum lugubres in duebant. *Quid alind in luctu, quam purpuram atque aurum deponant?* ait Livus Li. 34. Annulos eos mutasse liquet ex Suetonio, qui Augusto mortuo quodam censuisse tradit, *Exequiarum die ponendos annulos aureos, ferrerosque sumendos.* Quin & apud Romanos in publico Principum luctu erat iustitium. Consules sedebant vulgari sede in curia; fasces praeferebant inverni; laeta omnia virabant, abstinebant publico; fugiebant convivia, focum non instruebant &c. Unde Pedro Albinovanus in Eleg. de morte Drusi:

fura silent, mutaque jacent sine vindice leges;

Afficitur toto purpura nulla foro.

Secundo. Judæi in luctu calceos ponebant, incedebantque nudipedes.

Tertio. Velabant os, quasi vocem & respira-

rationem sibi interciperent in luctu ejus, qui utrumque in morte amiserat. Sic & apud Romanos, si mortuus liberos reliquisset Superstites, ex iis filii quidem velatis; filiae vero apertis capitibus in funus prodibant, ut docet Plutarch. in Problematis Roman. Problem. 14. Quin & comam resecabant, eamque ponebant supra mortui pectus, prout factum esse in funere Virginiae, filiae Virginii tradit Dionysius Halicar. Li. 11.

4to. Abstinebant à conviviis. Unde Paulus Li. 2. Sentent. cap. 21. *Quiluget, debet abstine-re à convivio.* Notandum tamen hic, quod ait Varro: *Funus executi lante ad sepulchrum more antiquo silcernium confecimus.* Unde Calepinus cum aliis censet, silcernium funebre convivium esse, quod apud veteres senibus exhiberi solebat; sic dictum, quod cum silentio edentes cernerentur, vel quod cogitarent, se mox illam secuturos. Quapropter abeuntes à convivio, veluti se non amplius visuri, mutuo se salutabant.

5to. Gentiles olim post mortem suorum Manibus, id est animabus eorum parentabant apponendo cibum & potum (præsertim fabas, eo quod hebetent sensus, & insomnia faciant) eorum sepulchris, quasi animæ eo pasci & refici

si gaudent
cap. 12. Felt
equi infered
aut etiam R
mutatione di
minatione à
dumz, au
Ovidi sto I
mas dixire
tantur à R
rem primu
dū lococi
Romula
Illam
Asperam
Littera
Lemur
brabant
nia clau
purabam
Malum
Ricus en
Infer
Fana tam
Ut nou
No viduis
Temp

fici gauderent, uti disertè docet Plinius Li. 18.
cap. 12. Festa, quibus mortuorum sepulchris
epulæ inferebantur, olim dicta fuerunt *Feralia*
aut etiam *Remuria*, quæ deinde litteræ unius
mutatione dicta sunt *Lemuria*, sumptuā deno-
minatione à Lemuribus, quæ sunt larvæ no-
cturnæ, aut animæ mortuorum juxta illud
Ovidii sto Fastorum: *Mox etiam Lemures ani-
mas dixere silentum.* *Remuria* autem dicta pu-
tantur à Remo Romuli fratre, in cuius hono-
rem primum fuérunt instituta, juxta illud Ovi-
dii loco citato.

Romulus obsecquitur, lucemque *Remuria* dixit.

Illam, quâ positis justa seruntur avis.

Aspera mutata est in lenem tempore longo

Littera, quæ tota nomine prima fuit.

Lemuria, puta festa lemuribus sacra, cele-
brabantur in Majo, quo tempore templa om-
nia claudabantur, nuptiæque omnes infaustæ
putabantur. Quæ res fecit locum proverbio:
Malum mense Majo nubere. audi Ovidium citat.
Ritus erat veteris nocturna Lemuria sacri,

Inferiastacitis Manibus illa dabunt.

Et paulò post:

Fana tamen veteres illis clausere diebus;

Ut nunc ferali tempore operta vides.

Nec viduæ rædis eadem, nec virginis apta

Tempora: quæ nupsit non diuturna fuit.

Hac

Hac quoque de causâ (si te proverbia tangunt)
Mense malum Majo nubere vulgus ait.

Epulas autem , quæ in Lemuriis inferebantur , degustare vivis non licet. Nam , ut ait Donatus apud Calepinum , de iis; quæ libantur inferius , quisquis ederit aut biberit , funestatur.

6to. Gentiles hosce secuti sunt , vel potius præcessere Judæi , sed altiori & sanctiori fine & fide. Hi enim juxta sepulchra in mortuorum instruebant epulum funebre amicis & pauperibus , ut eorum oratione & quæ ac suâ hâc eleemosynâ animas suorum è pénis purgatorii liberarent , ut ait Cornelius in cap 30. Eccli. v. 18. Hâc ratione dictum est Tobiae 4. v. 18. *Panem tuum & vinum tuum super sepulturâ justi constitue.* & Eccli. 30. v. 8. Appositiones epularum circumpositæ sepulchro.

Septimò. Apud ipsos etiam Christianos olim (Romæ præsertim & in Africâ , ut notat Cornel. in cap. 4. Tobiae) motis fuit , ut fideles epulas ferrent ad sepulchra & memorias Martyrum , quas per Martyres hoc quasi contactu sanctificatas prælibabant ipsi & amici eorum , deinde eas erogabant in pauperes , qui in Ecclesiâ ad Agapen in Martyrum natalitiis convocabantur , idque in honorem Martyrum . atque hoc solitam facere S. Monicam matrem suam nar-

narrat S. August. Li. 6. Confess. cap. 2. dicens: *Cum ad memorias sanctorum, sicut in Africā solet, pultes & panem & merum attulisset. Idem fecerunt in sepulturā defunctorum suorum, quorum dubia erat salus vel gloria, scilicet eleemosynas aut coavivium seu agapē hanc instruendo in cæmeteriis aut templis, tum ad luctū solatium, tum ut animam defuncti, si paenitētis purgatorii detincretur, eleemosynā hāc & precibus pauperum expiarent.* Verūm quia ritus hic parentalis referebat mores gentilium, qui manibus suis (ita animas defunctorum eorumque genios, sive Deos præsides vocabant) hoc modo parentabant, quasi animæ defunctorum illis epulis vescerentur; & quia multi eo abutebantur ad commissationes & compotationes, hinc cum S. Ambrosius Mediolani è templis sustulit, uti narrat August. cit. Cujus exemplum, docente postea S. Augustino, fecuta est Ecclesia Africana. Quare ejus loco eleemosynæ pro defunctis domi distribui passim cœperunt, et si non nullis in locis, uti in Hispaniâ, panes in sepulturā adhuc offerantur, qui Sacerdotibus cedunt, ut orent pro animâ defuncti, ut ex Sanchez notat. Cornel. cit.

Ostavò. Solebant gentiles mortuorum corpora floribus & coronis redimire: imò si quis
vir-

virtute sibi coronam aliquam peperisset, eādem
 etiam mortuus solebat condecorati; idque ex
 permisso legis 12. tabularum, quae extat apud
 Plinium Li. 21. cap. 3. & Ciceron. Li. 2. de
 legibus. Atque ita in funere Scipionis factum
 esse testatur ibidem Plinius dicens: *Populus fu-*
nus locavit, quaque præferebatur, flores è pro-
spectu omni sparsit. Idem factum in funere filiæ
 Virginii tradit Halicarnass. Li. 11. inquiens:
Ædibus exsilebant mulieres & virgines casum
illum lugentes (erat enim occisa à Patre, ne à
 Cludio violaretur) *atque alia flores & coronas*
in lectum jaciebant. Id ipsum de funere Bruti
 narrat Li. 5. Unde Clemens Alexandrinus Li.
 2. Strom. cap. 8. ait: *At turbâ & negotio remota*
securitatis signum est corona: quare eā mortuos
coronant. Solebant etiam tumbae aut sepulchro
 super imponere arma, aliaque ejusmodi instru-
 menta, quibus mortui, dum adhuc vivent,
 usierant. Unde Virgil. Æneid. 6. ita canit:
At pius Æneas ingenti mole sepulchram
Imponi, suaque arma viro remunq; tubamq;.
Nono. Gentiles olim morienti obolum in os
 inserebant, ut eum pro naulo solveret Charon-
 ti, qui defunctorum animas per stygem & Ache-
 rontem drevexit ad inferos, ut refert Lucianus
 Dialogo de luctu.

*periflet, eadē
tari; idque
qua exat apū
eron. Li. 1. de
cipionis factio
as: Populif.
ar, floriem
in funere filie
1. inquens:
virgines cajam
di Patre, ne à
ore: & cornus
funere Bruti
xandinus Li.
egatio remota
ei mortuos
ut lepulento
simodi instru-
huc viventer,
ita canit:*

*Decimò. Adhibebant quoque tibicines &
præficas, id est mulieres lamentatrices, quæ
passis crinibus manus complodentes, pecto-
ra tudentes, & næniam seu monodiam lugu-
bri voce modularantes, omnes excitabant ad
planctum. Unde illud Poëtae:*

Cantabat mæstis tibia funeribus.

*Addebat gentiles, præsertim Romani, la-
cerationes genarum, maledicta in Deos, laniationem
comarum, lacertorum & pectorum.
Unde Virgil. Li. 4. Æneid. de Annâ Didonis
mortem deplorante:*

Unguis ora soror facans & pectora pugnis.

*Undecimò: Lugebant olim mortuos septem
diebus, juxta illud Eccli. 22. v. 13. *Luctus
mortui septem dies.* Hoc est, Septem dies sa-
tis sunt & sufficiunt pro luctu mortuorum;
ideoque (ut ait Cornelius in hunc locum) apud
Hebræos, quos posteà secuti sunt Christiani,
Septenarius hic luctus funeris usu fuit receptus:
Septenarius enim numerus est plenitudinis &
revolutionis, post hebdomadam enim septem
dierum iidem dies revolvuntur, & in orbem
redcunt. Propterea tamen non negatur, quin
pluribus diebus, quam septem, liceat lugere mor-
tuos: nam Moysen planxerunt Hebræi per tri-
ginta dies Deut. 34. Jacobum per septuaginta
Gen. 50. Quinimò Romulus luctus tempus
de-*

decem mensium spatio (totidem enim mensibus annum ipse definiuit , teste Macrobius Li. 11. cap. 12. Cui postea Julius Cæsar duos ad-didit , fecitque , ut essent duodecim menses in anno) circumscriptis , ut tanto tempore luge-retur hominis occasus , quanto fit ejus ortus. Unde Ovidius Li. 1. Fastorum :

Quod satis est, utero matris dum prodeat infans,

Hoc anno statuit temporis esse satis.

Per totidem menses à funere conjugis uxor

Sustinet in viduâ tristia signa Domo.

Idem docet Cicero orat. pro Cluentio, & Se-ne-ca Epist. 63. dicens : *Annum feminis ad lu-gendum constituer Majores , non ut tamdiu lu-gerent , sed ne diutius : viris nullum legitimum tempus est , quia nullum honestum.* Sic & Gra-tianus , Valentinianus ac Theodosius Impera-tores annum lugendo marito præscripserunt ; ut. ptt. L. 2. Cod. Theodos.

Duodecimò. Apud Romanos , ut refert Varto de vitâ pop. Rom. per duodecim dies con-tinuos Februarii celebrabantur Februa; hisque die-bus, pro impetrandâ mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis, sacrificiis que circâ se-pulchra accensis facibus cereisque intentus erat. Hinc Februarius mensis dictus est, quod tum, id est extremo anni mense, populus februaretur, id est purgaretur; nam februum Sabinorum lingua purgamentum dicitur.

Sym-

Symbola luctus.

Primum mobile omnes inferiores orbes secum in occasum motu (ut vocant) raptus præcipitat. Unde ad funebrem pompam Isabellæ Borbonicæ statuerunt sphæram pertusam, quæ in circulos æneos distincta omnem revolutionum cœlestium varietatem exprimebat cum Lemmate: *Unus omnes.* Volebant nimirum indicare, simili ratione cunctos subditorum animos ab optimæ Reginæ occasu in lacrymas fuisse detractos. Huc etiam facit, quod S. Gregor. Nyss. Oratione funebri scribit de Placido Imperatore: *In tot milibus, qui simul aderant, non erat oculus, qui terram lacrymarum rivulis non irrigaret.* Non minus acerba fuit milibus Ottonis Imperatoris mors ejusdem; nam, teste Suetonio, eo mortuo multi milites præ doloris vehementia sibi ipsis violentas manus injecerunt.

2. Nonnemo, mortuâ quâdam dilectâ personâ, doloris sui vehementiam significaturus pharetram vacuam depinxit cum Lemmate: *Heren sub corde sagittæ, nempe doloris & luctus concepti.* Nam, ut ait Jacobus Masenius, *istius hominis mors iucunda atque exceptata esse non potest, cuius vita semper fuit gratissima.* Ejus nobis discessus tanto plus doloris, squallorisq; affert, quanto presentia fuit utilior. L 3.

3. Bernardinus Rota, uxore suâ è vivis sublatâ, lyram hoc epigrammate distinxit:
Versa est in lacrymas. Hæc penè ipsa imaginis verba præiit Jobus cap. 38. v. 31. dicens:
Versa est in luctum cythara mea, & organum meum in vocem flentum. Sic etiam S. Augustinus lacrymis planxit mortem Matris suæ S. Monicæ, unde Li. 9. Confess. cap. 12. ait: quâ subito destitutus sum, & libuit flere pro illa. &c.

4. Idem B. R. usus est hyeroglyphico Crocodilli cum Lemmate: *Nostrî simulacra doloris.* Eo que innuebat, suos ob defunctam conjugem dolores nullo unquam fine terminandos esse.

5. Idem serpentem figuravit, qui medio corpore transversim dissectus extremis partibus adhuc palpitabat cum Lemmate: *Nec mors, nec vita relîcta.* Innuebat videlicet, vix quidquam vitæ sibi superesse, extremoque dolore affici ob jacturam illius, in quâ vitam & solarium suum omne repositum habebat.

6. Flores aliquot Lunæ Ecclypsatae umbrâ percussi Epigraphen tenent: *Tuo languore languescimus.* Sic teste Livio Li. 2. *Matrone,* per annum integrum Junium Brusum Consulem Romanum *nt parentem luxerunt,* quod tam acer ultior violatæ pudicitiæ fuisse.

Medici

M
ita ce
effica
principio pl
v. 9. Hyp
sent semper
radicale pr
eos comedie
protogaller
eously e
aboluti
vite erat
mixtum
interse p
bile, ad
corruption
enim po
habebat
tempus
accipio
semuisse
bor vi
mundo
verissimum
Centra v
In ipso er
experiens

Medici mors.

Mira certè & magna, imò maxima fuit efficacia arboris vitæ, quam Deus à principio plantavit in medio Paradisi, Gen. 2. v. 9. Hujus etenim arboris fructus restituissent semper calorem naturalem, & humidum radicale pristino suo vigori, ita ut homini eos comedenti ad multa annorum millia vitam prorogassent; Nihilominus virtus illa se non cōusque extendit, ut vitam homini protractasset absolutè in omnem æternitatem, quia lignum vitæ erat corpus mixtum, omne autem corpus mixtum, cūm constet elementis contrariis & inter se pugnantibus, naturā suā est corruptibile, adeoque non potest hominem à morte & corruptione in æternū præservare; non enim potest homini dare id, quod in se non habebat. Licet ergo vitam ad longissimum tempus (quod Hebræi ex vulgi usu pro æterno accipiunt) potuisset conservare, tandem tamen senuisset & mortuus fuisset tam homo, quām arbor vitæ, nisi Deus prævenisset hominem ex mundo in cælum transferendo. Manet ergò verissimum illud Poëtæ:

*Contra vim mortis non est medicamen in hortis
In ipso etiam Paradiso terrestri. Unde moriuntur
expertissimi etiam Medici, qui quidem velut*

jurati mortis hostes multos morti eripiunt, tandem tamen & ipsi radicitus intreunt in morte.
Unde sicut canente Poëta:

*Non est in Medico, semper relevetur ut ager,
ita etiam,*

Non est in Medico, semper relevetur ut ipse.
Protritum usitatumque erat apud Judæos, ut Medicos in morbum prolapsos factos hoc urba-
noque dicto exciperent: *Medice cura te ipsum,*
ait Titus apud Cornelium in cap. 4. Lucæ v. 23.
Verum insana est haec objectio, saltem si feratur
contrà eos, qui artis suæ benè gnari sibi & jaliis
vitam seros in annos conservârunt; oportet
enim & hos aliquando mori, cùm nullibi le-
gantur excepti ab universalí illâ Regulâ: *Sta-*
tutum est hominibus, adeòque etiam Medicis,
semel mori. Conquestus est olim Plinius contrà
Medicos, quòd Romanis etiam Imperatoribus
dominentur. Verba ejus Li. 24. cap. 1. ita so-
nant: *Paremus externis, & una artium (Me-*
dicina) Imperatoribus quoque imperat. Impe-
rant interim Medici quantumcunque & quibus-
cunque velint, tandem tamen & ipsis domina-
bitur mors. Nil tunc juvabunt remedia,
quantumvis universalia; sed peritissimi etiam
Archiatri gustabunt mortem, quæ, ut ait
Just. Lips. *Medicina malorum est.*

Laus

Laus Medici.

Duo quædam, ad rem medicam spectantia in Romanis aliquando fui miratus, ait Sandæus Li. 1. Theol. medicæ Comment. 6. ab initio. Et quod tam anxie sanitatem curarent præ ceteris gentibus; & quod Medicorum nullam rationem ducerent, imo non obscurè illorum quoddam odium præse ferrent. Si quidem Medicos tardissimè ad urbem admiserunt; mox autem malè habitos atmandarunt. Multò melius & sapientius de iis sensit Siracides, dum Eccli. 38. ita incipit: *Honora Medicum propter necessitatem, etenim illum crevit Altissimus...* *Disciplina Medici exaltabit caput illius, & in conspectu Magnatorum collaudabitur.* Nam, ut canit Homerus:

Vir medicus par est multorum millibus unus.

Hoc tamen encomium non adscriperis Medicis Hypobolimæis, id est suppositiis, surreptitiis, spuriis, vanis agyrtis, theriacopolis, qui verba dant, merasque medio in loro nugas vendunt, ut ait Sandæus Li. 1. comment. 18. fol. 254. Excipe etiam eos, de quibus ait Plinius Li. 24. *Discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt: medicoque tantum hominem occidisse impunitas summa est.* Hos Diogenes cynicus non immerito vocavit communes carnifices.

Symbola.

Raphael idem est ac Medicus Dei, quia est Dei medentis Vicarius, executor & operator sanitatis. Unde ipse met apud S. August. serm. 226. ait: *Ego sum minister curationis, Deus est auctor sanitatis.* Et Ecclesia orat Deum: *Angelum nobis medicum salutis mitre de celis Raphael, ut omnes sanet agrotos.* &c.

2. Requirebant veteres in Medico circumspectionem ac prudentiam in deliberando, diligentiam & curam indefessam in exequendo. Quod symbolice ostensum ab iis, qui *Gallum vigilansimum animal, & serpentem prudentia hieroglyphicum Aesculapius sacrum fixerunt,* ait Sandæus Li. 1. Theol. Medicæ comment. 7. fol. 90.

3. Palumbes sibi medentur lauro, Ciconiae origanum comedentes stomachi fastidium levant. Quocircà Ægyptii medicinam representabant per palumbem lauri ramusculum ore gestantem, ait Pierius Hierog. 22.

4. Leo ægritudini suæ medicaturus, ex naturæ instinctu simiam pharmaci loco conquirit, eamque avidè deglutit. Unde Lemma: *Morbus depellitur escâ,*

Per-

Pertinens.

Nulla proisius Sympathia , sed maxima potius Antipathia deberet esse inter Mortem & Medicum ; quisquis enim vult declinare faciem mortis , adventum suum per morbos prodromos , jamjam insinuantis , Medicos vocat in auxilium , ut ope & consilio eorum mortis insidias evadere valeat . Nihilominus (si de priscis loqui liceat temporibus) reperire erat Medicos , quos morti (licet sanguinis experti) non tantum affines , sed etiam proximè consanguineos esse dixeris . Medici (ut ait Sandæus Li . 1. Theol . Medicæ commentat . 18. fol . 262 . col . 2 .) bifariam sunt mali . Aliqui , qui & perfidi , ægros datâ operâ suis necantes Pharmacis . Sic inter alios Antoninus Philosophus Imperator à Medicis , qui Commodo gratificantur , veneno extinxetus est . Alii , qui propter artis imperitiam , aut ineptiam in adhibendis quantumvis opportunis remediis peccant . His non incongruè adaptari potest illud sapientiae i . v . 14 . Sanabiles fecit (Deus) nationes orbis terrarum , & non est in illis (puta ipsarum Medicis) medicamentum exterminii , hoc est , ut explicat Dionysius , contrâ exterminium , puta contrâ mortem . Quinimò sapius medicamentis suis , quibus morbos deberent depel-

lere, vitamque prorogare, mortem ipsam accelerant. In horum aliquem, ut refert Antonius in Melissâ parte I. serm. 76. Stratonicus sequens effudit acroama, *Lando tuam experientiam, quia non finis infirmos computrescere, sed illos statim evitare liberas.* Simile est illud Poëtae: *Qui tuus est patiens, O terque quaterque beatum, Egrotare illum non patiere diu.*

Ejusmodi Medicos præfiguratos dixeris per illum Elysæi puerum, qui (ut habetur Li. 4. Regum cap. 4.) egressus est in agrum, ut colligeret herbas agrestes ad coquendum pulmentum pro filiis Prophetarum. Iste herbarum imperitus collegit Colocynthidas (Colocynthis vocatur fel terræ, estque herba non tantum amara, sed & perniciosa, in modo, si certam quantitatem excedat, mortifera, ut docet Cornelius in hunc locum) easque concidit in ollam pulmenti, nesciens, quid esset. Cum autem socii gustarent de coctione, clamaverunt dicentes: *Mors in olla, vir Dei!* Sic etiam revera sæpius mors est in olla apud Medicos, dum ordinant & applicant medicamenta magis nociva, quam proficia, de quibus dici posset: *Pharmaca non vendas Pharmacopola mihi.* Utinam utinam tunc semper adesset Thaumaturgus aliquis Elisæus, qui omnem amaritudinem nocendique vim pos-

posset exterminare, ne infirmi per mortem è
vitâ exterminentur: verum plerique, tali au-
xilio desituti, naturæ debitum præmaturè sol-
vere coguntur. Notum est, quod Hadrianus
Imperator moriens dixerit illud Menandri vul-
gatum: *Turba Medicorum Cæsarem perdidit;*
quod etiam juxta aliquos suo sepulchro quasi
Epitaphium insculpi jussit. Unde non ineptè
Arcteslaus apud Laëtitium Li. 4. cap. 6.

*Sicut ubi multa sunt leges, ibi plurimum vi-
tiorum est; sic ubi plures sunt Medici, ibi multi
sunt agrotantes; imò non tantùm ægrotantes,
sed etiam morientes. Audiamus etiam super
hoc sententiam Poëtæ canentis:*

Nunquam, crede mihi, à morbo curabitur ager.

Si multis Medicis creditur una febris.

Impedunt certam medicamina multa salutem,

Non plures Medici, sed fatis unus erit.

Satis unus erit, sed peritus & in arte suâ bene
exercitatus & probatus; nam, ut ait Plinius,
Medicinae efficacissimus Magister est usus. Usum
hunc certè non habuit Diaulus, alias Martialis
Li. 1. Epigrammatum non cecinisset de eo se-
quentia:

Nuper erat Medicus, nunc est Vespillo Diaulus;

Quod Vespillo facit, fecerat & Medicus.

Non tantum Vespillones, sed & homicidae
sunt illi Medici, qui suâ imperitiâ aut néglig-
entia vitam infirmis abbreviant, *Quia impe-
ritia Mediciculpa annumeratur.* L. si quis fundum.
5. Celsus ff. loc. & L. imperitia. ff. de Regul. juris. Erravit ergo Nicocles, dum Medicos
felices vocabat, *Quoniam eorum successus Sol-
intuetur, errores autem tellus operit.* Erravit
Philemon, dum dixit: *Medico & Advocato
occidisse impune est.* Erravit denique Poëta, dum
Medicos palpando scipisit,
Arbitrium vobis vita, mortisque potestas.

Stat nostra in vestra vitaque morsque manu.

Sanior & melior est Sententia Sylvetri, qui
de Medico inter alia ita scribit: Nec sufficit esse
Doctoratum, aliás si ex notabili ignorantia in
suâ curâ nocet infirmo, mortaliter peccat,
faciens contrâ illud: *Non occides.* de Pænit. dis.
1. Homicidium. Unde optimè Poëta:
Non furtum facies, juristis dicitur hæc lex:

Ast *non occides* pertinet ad Medicos.

Quare; ut ait Sandæus cit. fol. 260. col. 2.
contrâ Medicos imperitos non minus armari
debet vigor legum, quam contrâ grasiatores.



Memoria Mortis.

LAmachus centurio militem erroris admissi increpabat, cumque ille culpam agnosceret, & diceret se deinceps nil tale admissorum, respondit: *In bello non licet bis peccare.* Ita Plutarch. in Laconicis. At in morte non licet vel semel peccare; quisquis enim semel male mortuus est, aeternaliter mortuus est. Unde S. August. *In negotio salutis semel errasse, est aeternum perisse.* Ne ergo contingat nos in morte peccare, continuo ante oculos habeamus illud monitum Christi Math. 24. v. 42. *Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus uester venturus sit.* & Marci 13. v. 33. *Vigilate & orate, nescitis, quando tempus sit.*

Vita mortalium, praesertim Fideliū, est vigilia, tum quia ipsi hostibus undique cinguntur, contrā quos jugiter excubare oportet; tum quia diem Domini certò exspectant, & nesciunt, quando is venturus sit. Unde S. Hilari, in cap. 24. Math. ait: *Paratos nos esse convenient, quia diei ignoratio intentam solicitudinem suspenſa exspectationis exagitat.*

S. Ambrosius Li. 5. de fide cap. 8. vigiliæ hujus causam assignans ait: *Ut dum certa futuri judicii momenta nescimus, semper tanquam in excubitis constituti & in quadam virtutis specu-*

lā collocati peccandi consuetudinem declinemus , ne nos inter virtia dies Domini deprehendat . Quis quis igitur sapi , quisquis benē mori desideras , sequere monitum S. August. de verbis Domini serm. 23. cap. 10. dicentis : *Corde vigila , fide vigila , spe vigila , charitate vigila , operibus vigila.*

Horam ultimam Dominus noster idcirco voluit nobis esse incognitam , ut semper possit esse suspecta , ut dum illam prævidere non possumus , ad illam sine intermissione præparemur , ait S. Gregor. Hom. 13. in Evang. ubi adhuc addit : *Vigilat , qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet ; vigilat , qui à se torporis , & negligentiae tenebras pellit.*

Iphicrates apud Plutarchum in Laconicis ajebat , turpissimam esse Imperatoris vocem : *Non putaram.* Sic etiam Christiano imprudens & stulta est hæc vox : *Non putaram , me ita tam citò moriturum.* Ne igitur & tibi contingat , hoc ingemiscere , sequere monitum Senecæ in Proverbiis dicentis : *Omnis dies velut ultimus ordinandus est. & S. Gregor. Naz. Mortem velut presentem semper tibi ob oculos pone.*



Sententiæ.

Memorare novissima tua. Eccli. 7. v. 40.
Memor esto, quoniam mors non tardat.
 Eccli. 14. v. 12.

Si annis multis vixerit homo, ineminisse debet tenebrosi temporis, id est Mortis, ut exposuit Lyranus in cap. 11. Eccles. v. 8. Noli interim, O homo! memoriam mortis differre ad senectutem, sed, ut monet Rancatus, *Omni momento memento*, etiam in juventute; nam ut ait Seneca Epist. 61. *Ante ad mortem, quam ad vitam preparandi sumus.* Quare sapienter monet idem Epist. 101. *Singulos dies singulas vias puta. Qui hoc modo se aptabat, cui vita sua quotidie fuit tota, securus est.*

Is demum vitam & quâ lance pensitabit, qui semper humanæ fragilitatis menor fuerit; Plinius Li. 7. cap. 7.

Quid homini magis convenit, quam mortem habere in animo & oculis, quæ semper imminet & tacito quodam pede subrepit? Justus Lipsius. (Plato.

Omnis Sapientum vita est meditatio mortis,
 Vivens sœpè morere, ut mortuus vivas.
 Ne moriāre, opus est mortem præcurrere morte. Epicharmus.

Semper ante oculos tuos versetur ultimus dies.
 S. Basilios.

Con-

Considerate & videte, quoniam dies mortis appropinquat. Rogo ergo vos cum reverentia, sicut possum, ne propter curas & sollicitudines hujus saeculi, quas habetis, Dominum obli-vioni tradatis; quia omnes illi, qui eum obli-vioni tradunt, obli-vioni tradentur. ita S. P. N. Franciscus tom. 1. opusc. Epist. 15.

Cogitemus citò nos èò perventuros, quo mortuum pervenire mæremus, & quem putamus perire, præmissus est. ita Seneca apud Lipsium Li. 3. Plys. Dissert. 11. Memento semper finis, & quia præteritum non redit tempus; age, age nunc, quidquid agere potes. Dum tempus habes, congrega tibi dñitias immortales. Thom. Kemp, Li. 1. de imitat. cap. 23.
Ut tibi contingat mors felix, vivere disce;

Ut possis felix vivere, disce mori.

Ita Cælius Caliagninus.

Sis memor instantis semper tibi funere mortis :

Hoc minus horrenda morte fruere modo.

Ita S. Gregor. Nazianz.

Quidquid agis prudenter agas & respice finem :

Fac ea, quæ moriens facta fuissè voles.

Lumina dum claudis, mortis meditare figuram,

Forsitan ista tibi mors aperire vetat.

Omni momento vitam transire memento :

Somnia sperne soli, gaudia quære poli.

Memento mori.

Fructus hujus Memoriae.

MUFONIUS interrogatus, *Quis optimè diem extremum clauderet?* respondit: *Qui semper postremum vita diem sibi instare proposuerit.* ita S. Maxim. term. 36. S. Bernard. Epist. 257. Eugenio Pontifici ita suasit: In omnibus operibus tuis memento te esse hominem, & timor ejus, qui austert spiritum Principum, semper fit ante oculos tuos. Quantorum in brevi Romanorum Pontificum mortem tuis oculis aspexisti?... Jugi ptoinde meditatione intet hujus prætentis gloriæ blandimenta memorare novissima tua, quia quibus successisti in sedem, ipsos sine dubio sequeris ad mortem.

Meliùs est ire ad domum luctùs, quam ad domum convivii, ait Scriptura Eccles. 7. v. 3. Rationem hujus dat Cornelius à Lapide, dum super textum mox citatum ita discurrit: Quia in illâ ex spectaculo funeris & defuncti homo admonetur mortis suæ, ut cogitet se propè diem simili modo moriturum, & funus futurum; ideoque ad illud honestè vivendo & bonis operibus incumbendo se se præparet & disponat: in hac verò deliciis, vinis & gaudiis, sermonibus que vanis dissolvitur animus, & ad crapulam, omnemque levitatem, dissolutionem & intemperantiam impellitur.

Sententiæ.

MEmorare novissima tua & in æternum non peccabis. Eccli. 7. v. 40.

Nihil Sic homines revocat à peccato quemadmodum imminentis mortis cogitatio. S. August. Li. 2. de Gen. contrà Manich. cap. 28. Facilè contemnit omnia , qui cogitat se esse moriturum. S. Hieron. ad Paulinam. Qui quotidie recordatur se esse moritum , contemnit præsentia & ad futura festinat. Idem.

Consideratio hujus Sententiæ destructio est superbiæ , extinctio invidiæ , mèdela malitiæ , effugatio luxuriæ , evacuatio vanitatis & jactantia &c. S. August. Perfecta vita est mortis meditationis , quam dum justi sollicitè peragunt , culparum laqueos evadunt. S. Gregor.

Si quando concupiscentiam aliquam inhiaveris , cogita , quomodo hinc sis discessurus ; si cogitaveris , quod dissolvendus sis in terram , cessabit insana concupiscentia. S. Basil. in Hexam. conc. 14.

Vide , unde veneris & erubefce. ubi es , & ingemisce. Quò vadis , & contremisce. S. Bernard. medit. cap. 3.

Ista tria sempèr in mente habeas , quid fuisti ? quid es ? quid eris ? quid fuisti ? quia sperma fætidum. Quid es ? quia vas stercorum. Quid eris ? quia esca vermium. S. Bern. in form. bonæ vite.

I.

Horritudam ac exesam Mortis Calvariem
Taëgius hoc Lemma distinxit: *Cogi-
tanti vilescent omnia.*

2. P. Carolus Rancatus suprà mortis Cal-
variem hoc Lemma fixit: *Meminisse juvabit.*
Verbis deflumptis ex Virgilio 1. Æneid. v 307.
Forsan & hec olim meminisse juvabit. Perspi-
cuè hinc conjicies, quantos in virtute progres-
sus faciat ille, qui caducam hominum sortem
seriâ cogitatione expenderit. Unde S. August.
serm. 3. de Innocent. *Si diem mortis sua homi-
nes jugiter cogitare vellent, animam suam ab
omni cupiditate vel macula cohiberent.*

3. Licet Pavus caudam gemmatam in orbem
flexerit, si tamen pedum suorum deformita-
tem aspiciat, statim eandem dimitit; sic &
homo, mortem memoriam recolens, superbiam
inflari desinit. Unde Ascarius Martinengus:
Tumescit homo sàpè animi corporisque doti-
bus, fortunæ etiam muneribus turget; sed ubi
ad pedes oculos demittit, ad mortis terribilem
memoriam, ejus consideratione excruciatur &
stridet. Benè igitur Poëta:

Unde superbis homo? cuius conceptio culpa:

Nasci poena, labor vita, necesse mori. i

4. Sca-

4. Scarus piscatorum retia dexterimè eludens habet Lemma: *Non timet arte capi.* Sic verus Christianus vincula mortis non timet, si mortem continuò meditetur, quia *jacula prævisa minus fertunt.*

5. Basiliscus prævisus cadit, prævidens cædit. Ita prorsùs homines scelerati à morte, quam nunquam habuere præsentem, æternum jugulantur; non ita Justi eam præviè meditantes. Unde Seneca tem acu minimè tetigit, quando Epist. 69. de morte dicit: *Interest nihil, an illa ad nos veniat, an ad illam nos.* Tantum enim discriminis inter illam prævenientem ac præventam intercedit, quantum inter victorem & victimum, ait Picinel. Li. 7. cap.

3. Num. 20.

6. Api super Thymum residenti Carolus Bovius inscripsit: *Dulcescit amarum.* Sic aliqui ex mortis consideratione dulcissimum amoris mel colligunt.

7. Apes, in aëre instar agminis coordinatæ, pauxillo pulvere desuper projecto dissociantur; sic per memoriam nostræ mortalitatis, quæ pulveris nomine significatur, omnes superbi animi motus reprimuntur.

8. Fornaci carbonatæ, terra coopertæ, Plinius adscripsit: *Fortiori ut igne calecant.* Sic etiam iugi mortis memoriâ ignis divinus vehementer accenditur.

Ex-

Plato sapient
ad omni
Prov. 12. in
Seneca E
agi, ut mil
afficio, tan
inde optim
quodlein

Ptolom
in libo
in pri
poni
per
eum
Pi
Mag
tū illi
omari
hijps:
eft, u
duili

Exempla Gentilium.

Platō sēpiū mortis memoriā stimulat suos ad omnem honestatem, ut refert Cornel. Prov. 12. in fine.

Seneca Epist. 61. de se ipso ita scribit: *Id ago, ut mihi instar totius vitæ sit dies, sic illum astificio, tanquam esse vel ultimus possit.* Cui proinde optimè adaptari posset illud Epitaphium, quod se in Italiā vidisse testatur Cornel. à Lap.

Cogitat sapiens,
qualis, non quanta sit vita.

Id ago,
ut mihi instar totius vitæ sit dies.

Ut moriens vivo,
Vivo ut moriturus.

Ptolomaeus Philadelphus (ut refert Plutarchus in libro: *Convivium septem Sapientum dicto*) in principalioribus conviviis ad latus suum apponi mandavit caput cadaveris. Præcepit insuper Ministris, ut dum esset maximè hilaris, eum mortis futuræ admonerent.

Philippus Macedonum Rex, Alexandri Magni patens, cùm apud Cheronaem victoriā illustri Athenienses superasset, puerum subornari fecit, qui ipsum quotidie admoneret hujus: *Memento, quod homo sis.* Sicque factum est, ut eā victoriā moderatissimè sit usus. **A.** Elianus Li. 8. variar. Histor. cap. 15.

Apud Ægyptios in soleintibus conviviis unusquispiam cadaver ligneum conviviis singulis ostendens dicebat: *In hunc intuens pota & oblectare, talis post mortem futurus.* Ita Herodotus Li. 3. quo fine tamen hoc fecerint, est ambiguum, ait Cornel. à Lap. Eccli. cap. 7. in fine.

Idem Cornelius in cap. 7. Eccl. v 3. ita scribit: *Ægyptii in conviviis, ut eorum luxumentis dissolutionem & gaudia temperarent, circumferebant cranium mortui, conviviis insurrantes: In hanc figuram resifice, similis enim illius erit.* Teste Herodot. Li. 2.

Populi Barbari, ut refert Anton. Guevarra in Dedicatione Montis Calvariæ, inter conviviorum solemnia pro poculo usi sunt capite cadaveris, ut mortis essent incuniores. Cùm olim coronaretur Imperator, sepulchrorum constructores quatuor aut quinque ad eum deferebant marnioris frusta variis coloris, inquirentes, ex quo vellet sibi construi sepulchrum; quo suæ mortalitatis admonebatur. ita Leontius in vita S. Joannis Eleemosynarii.

Romæ, triumphanti in aurato curru Imperatori, penè Lictor adstabat cum flagello & tintinnabulo, illud identidem ingeminans: *Mortalem te memineris.* Ita refert Zonaras.

Romani Duci triumphanti in curru apponebant servum qui ei crebro insurraret: *Respice post te, hominem te memento:* Tertul. Apol. c. 33. Nu-

Numa Pompilius Imperator Romanus in cubiculo suo speculum appenderat, calvis mortuorum circuminctum, quas inter hoc lemma legebatur: *Speculum hoc non fallit.*

Severus Imperator Romanus, diu in ambitione, jam moriturus urnam ad se deferri jussit, in quâ cineres recondendi, & diu contrectans & contemplatus vocem emisit: *Tum virum capies, quem orbis terræ non capit.*

Philippus Macedo cum aliquando in Palestîa inter luctandum prolapsus surrexisset, & corporis vestigium in terrâ vidisset: *Papè, inquit, quam parvam terræ partem fortiti orbem appetimus?*

Zeno nonaginta octo annos natus cum valens & integer è scholâ veniens pedem offendisset, lapsusque esset, manu terram pulsans illud Euripedis occinuit: *Venio, quid appellas me.*

Cleanthes Stoicus ulceri in ore nato, cum suâ Medicorum cibo abstinuisset ad biduum, melitisque jam factum esset, illis ad cibum revocantibus abnuit, nec majore viæ parte confessâ esse redditurum asseruit, & itâ inediâ obiit.

Seneca moriens uxorem suam mori volentem secum eam ferro incidi permisit, & ad id animavit.

Antistites in Æthiopia sibi præferri curant vas cinerum, quod eos jugiter memores reddat.

dat suæ mortalitatis, tacitèque eis inclamet :
Memento homo, quia cinis es & in cinerem re-
vertérис. ita Nicolaus Causinus Li. 5. Parab.
Histor. cap. 4. ex Sabellico Li. 4. cap. 4. Me-
memento homo, & in vase cinerum, in Calvatiâ
velut in speculo considera vultum nativitatis
tuæ. Cordi tuo imprime sequentia.

Quæ est origo tua?

Descende in domum figuli & scies.

Quod nomen tuum?

Homo de humo, Adam de Adam, lutum de luto.

Quæ Parentela?

Putredini dixi, Pater meus es, Soror
mea verimibus.

Quis tuus finis est?

Cinis est. Vide ne sit ignis.

Quid ipsa vita?

Ad mortem currit. etiam invita.

Ergò

Quid tricaris? quid moraris?

Non te vanis ludo minis,

Fors hac horâ vitæ finis.

Nulla mora, fors hac horâ

Fors, quo loquor, hoc momento

Destinariis monumento.

Mori ergò Memento.

Mos Romanorum.

Certum est, Romanis in usu fuisse, ut si puer natus vitalis esset, statim ab obstetricie statueretur in terrâ, ut docet Varro Li. 1. de lingua latinâ; & quidem nudus.

Ratio prima erat, ut velut filius terræ opem piax Matris ac alimenta ab eâ imploraret.

Secunda est, ut Matrem omnium illam esse profitarentur, & ab eâ obtinerent usum loquendi. Macrobius Li. 1. Satur. cap. 12. tradit, Majam Deam terram esse, illique in sacris Mercurium adjungi, quia vox nascenti homini contactu terræ datut; eandemque *Opem* vocari, quod ipsius auxilio vita constet; & *Fatuam à fando*, quod infantes partu editi non prius vocem edunt, quam attigerint terram; & *Fannam à favendo*, quod omnium animantium usu favet; & *Bonam*, quod omnibus nobis ad vitium causa bonorum est: denique *Magnam Matrem* in sacris appellari.

Tertia, Ut ex terrâ natum se esse sciret, atque in terram redditum; sicque modestiæ meminisset, neque ita terrenas divitias ambiret, cum nudus terram tangere cœpisset, ejus in gremium nudusque reversorus. Nam cum Lucretio Li. 5. Terra vocari potest: *Omniparens, rerum commune sepulchrum*. omnia ex eâ oriuntur, & iterum in eâ moriuntur.

Quar-

Quarta, ut se ad labores, morbos & dolores in hunc orbem advenisse cognosceret, sibi que dictum esse adverteret illud Euripedis :

*Mortalis nemo est, quem non attingat dolor
morbisque. Multi sunt humani Liberi rursum
creandi : Morsque est finis omnibus, reddenda
est terra terrae, tum vita omnibus metenda ut
fruges, sic jubet necessitas.*

Item illad Poëtae :

*Mille modis morimur mortales, nascimur uno :
Sunt hominum morbi mille, sed una salus.*

Quinta denique, ut praesentibus & circumstantibus memoria mortis refricaretur, ac etiam ipsis miseriatur hujus vitae recordarentur. Tacite ergo ipsis inculcabantur illud Ovidii Li. 3. Metamorph.

*Este, precor, memores, quasitis stirpe creati.
& illud ejusdem Li. 15.*

Nihile est tota quod perstet in orbe :

Cuncta fluunt.

*Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen: sed, ut unda impellitur unda,
Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem.
Tempora scilicet fugiunt pariter pariterque sequuntur.
Et nova sunt semper. nam, ut idem eodem libro:
Tempus edax rerum, tuque invidiosa vuctus as,
Omnia destruitis, vitiataque dentibus aevi,
Paulatim lentam consumitis omnia morte.*

Ex-

Exempla Christianorum.

Josaphat, Filius Regis Abenner, iussu Patris, in omnibus deliciis educatus est, adeò ut nesciret, quid esset mors. Tandem idipsum à suis ediscens ingemuit & dixit : *Ergo mors me aliquando corripiet?* Et quisnam erit, qui mei post mortem meminerit, cùm tempus omnia oblitione contriverit? num præterea morte functus in nihilum dissolvar? an contrà altera quædam est vita, & alter mundus? Horum omnium veritatem edocitus à Barlaam ad Christum conversus est, & relicto regno in eremum secessit, & angelicè vixit. Ita Damascenus in Historiâ Barlaam & Josaphat cap. 5.

S. Petrus de Alcantara quotidie sibi tanquam mortuo Psalmum *De profundis* recitavit, ante quam iret cubitum.

S. Sylvester Auximanus, viso Adolescentis nobilis sepulchro, ejusque ossa contemplans, compunctus ait : *En ego sum, quod hic fuit, & brevi ero, quod hic est.* Quare relictis omnibus in eremum apud Fabrianum secessit, unique Deo vacans Congregationem instituit, quæ ab eo Sylvestrina nuncupatur. Migravit in cælum Anno Dom. 1267. ita testatur S. Antoninus in Chronicis, & alii.

S. Franciscus Borgias, quartus Gandiae Dux,
M cùm

cum Isabellam Imperatricem ad Granatense sepulchrum detulisset, vidit ejus vultum saepe commutatum, ex quo mortalium omnium caducitatem relegit, ac proinde voto se adstrinxit, rebus omnibus, cum primùm liceret, abjectis, Regum Regi unicè inserviendi. ita Brev. Rom. Idem dicitabat, Boni viri, præsertim Religiosi, exercitium esse, quotidie per 24. horas se præparare ad mortem, ut possit dicere cum Apostolo 1. ad Cor. 15. v. 31. *Quotidie morior.* ita Ribadeneira in ejus vitâ Li. 4. cap. 5.

S. Joannes Eleemosynarius, ut novissimum semper recordaretur, sepulchrum sibi exstrui, sed imperfectum relinqui curavit, ac monitorem statuit, qui diebus festis sibi coram omnibus diceret: *Monumentum tuum in hodiernum usque diem est imperfectum Domine: jube ergo, ut id finem accipiat; incertum est enim quâ fur ingrediatur, neimpè mors.* Hæc cogitatio ad tantas eleemosynas eum extimulavit, ita Leontius in ejus vitâ.

Idem fecit Theodosius Cænobiarcha, cuius vita extat apud Surium die 11. Januarii.

S. Rhembertus Archi-Episcopus Bremensis, ut habet ejus vita, dicitabat primam Philosophiæ definitionem esse meditationem mortis. Hanc ergo jugiter præmeditabatur, & ad eam se disponebat.

Messo-

Messodamus, Vir sanctissimus, jam senex, cùm ab amico in crastinum vocaretur ad convivium, respondit: *Cur me vocas in crastinum, qui à multis annis crastinum non habui, sed mortis adventum in singulos dies exspectavi.* S. Hieronymus de se ipso ita scribit: *Sive comedo, sive bibo, sive studio, sive aliud quid ago, Semper ultima illa tuba insonat auribus meis: Surgite mortui, venite ad judicium.*

Idem Epist. 16. ad Principiam de S. Marcellâ matre ejus ita scribit: *Sic etatem duxit & vixit, ut semper se crederet esse morituram. Sic induita est vestibus, ut meminiisset sepulchri. &c.*

Clemens VIII. suprà Mitram Pontificalem appositum habuit caput mortui exsculptum. Florimund. Chron. cap. 31.

Urbanus IV. pro symbolo habuit cor palpitanus intrà spinetum, cum hac Epigraphe: *Memorare novissimorum.*

Innocentius XI. nihil decrevit, nisi priùs oculos defixerit in binas Icones, quarum una funebrem pompam, altera osleam hominis demortui compagem referebat. ita P. Engelgrave.

Maximilianus I. Imperator, Caroli quinti Avus, secum duxit tumbam, & omni vespere mortem meditatus est. Dic post electionem hoc sibi proposuit: *Tene mensuram & respice finem.* Idem testamento cavit, ut corpus exanimatum.

nimum, rudi linteo involutum, sine ullâ Exenteratione sarcophago, quem quadriennio ante mortem parari curârat, imponeretur, natis, ore auribusque vivâ calce oppletis. Lipsius Li. 2. Monit. cap. 14.

Carolus V. Imperator, antequam adhuc regnum abdicâisset, sarcophagum sibi construi jussit, quem quinque annis semper secum duxit, in occulto tamen: unde aliqui latere in cistâ thesaurum, alii libros arbitrabantur. Lipsius citatus.

Idem, ut refert P. Fâmianus Strada Li. 1. de bello Belg. non diu ante mortem, adhuc sanus tamen, circumstantibus atratis famulis, Monachis exequiale Lessum canentibus, funereis justis, funeri superstes suo, pullâ fluxâque opertus veste, accensum præferens cereum, eumque sacrificanti tradens, eâdem planè mente, quâ animam Deo commendabat, sibi parentare voluit. Auspicatò cessit illi tale præludium; namque altero ab exequiis istis die febri correptus, cûque paulatim excedente consumptus, ingenti pietatis ac Religionis sensu excessit.

Ludovicus XIII. dum finis vitæ instaret, afferri voluit Thomam à Kempis; quem cum Ordine Capitum legere vellet Secretarius, Rex impo-
suit manum isti Capiti, de Meditatione Mortis.

Le Blanc Pl. 121. v. 1. n. 11.

Mi-

Militum Mors.

VERÈ dixit quispiam: *Tria sunt potentia,
Mas, Mars & Mors, sed potentissima est
Mors. Sicut enim Mars Marem, ita Mors Mar-
tem domat.* Cornel. ad Rom. 5. v. 12. Reverà
*Mors Marte ferocior extat. Coram eâ subsistere
non potest neque hasta, neque thorax.* Job. 41.
v. 17. sed ipsa deridebit vibrantem hastam. v.
20. Fortes erant Israëlitæ, de quibus dicitur
Josue 21. v. 24. *Nullus eis hostium resistere au-
sus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt.*
*ast longè fortior est mors, in cuius ditionem &
omnes isti redacti sunt. Mortuus est etiam Jo-
sue Dux eorum fortissimus, centum & decem
annorum, sepelieruntque eum in finibus possessio-
nis sue &c.* Josue 24. cap. v. 29. & 30. itaque
Qui satis invictus varios stat Martis ad iactus,

Tandem succubuit, præda necisque fuit.

vel *Qui non sensit Martis ictus,*

Cadit tandem Morte ictus.

Romæ aliquando affixum fuit Pasquino: *Quod
reliquere Barbari, destruxere Barbarini.* Simile
quid de Marte & Morte non ineptè dixeris.
benè ergò Poëta.

Vis magna est martis: domitor qui maximus artis

Ars quod amica struit, Marte furente ruit.

Major at est Mortis, pavet hanc vis Martia fortis,

Hac sub morte jacet, moxque sepulta taceo.

Elucidatio dictorum.

EN! assurgit mortuale Castrum quasi Martia-
le castellum. In hoc castello ad modum
trophæi Mars & Mors sua suspenderunt tor-
menta, nec enim morti tormenta defunt.
Scriptum est: *Non tanget illos tormentum mortis.* Sap. 3. v 1. imò Mors humani generis
quoddam magnum tormentum est, quo tan-
guntur omnes & cadunt. Mors & Mars unicâ
differunt litterulâ a &c o. A vita est, a clamamus
Masculi, dum nascimur. O Morsest: ô Mors
quàm amara! ô annulus. Per mortem cogi-
mut omnes ad annulum aternitatis. Sic diffe-
runt Mars & Mors. Imò non differunt: quæ
Martis sunt, Mortis sunt, & quæ Mortis sunt,
Martis sunt. Vita hominis militia, & mors ho-
minis militia. Viximus certando, morimur a-
gonizando. En! jacent Campiduces in campi
medio ossibus pleno: Generales sine exceptio-
ne: Statutum est enim omnibus semel mori.
Jacent Capitanei, capita jam non martialia, sed
mortualia. Qui erant Locum tenentes amplio
in Exercitu, jam sunt locum tenentes angusto
in sarcophago. Heus milites! tandem omnes
fitis desultorii. Desliris & valedicitis Marti,
caditis humili, præstatisque non tam homa-
gium, quàm humagium Morti.

Mi-

Militi in bello.

Aut vincendum, aut moriendum.

Agis ex Lacedæmon. rogatus, *Quo pæcto quis libertatem suam tueri possit?* respon-
dit, *si mortem contempserit*, ut testatur Plu-
tarach. in Lacon. Agesilaus rogatus: *Quæ via*
effet ad eximiam gloriam? respondit: *Si mor-
tem contempseris.* Plutarch. cit. Hæc verè qua-
drant generoso Militi, in conflictu contra ho-
stes occumbenti, ipse enim pro tuendâ suâ &
Patriæ libertate mortem contemnit, sicque
sibi viam ad eximiam gloriam sternit; nam ut
ait Collicratidas: *In bello aut vincere, aut mori*
honestissimum.

Æschines Philosophus, vitam in minimo
ducens, dicere solebat: *Gloriosè mori summa
felicitas est, cùm mors omnibus ex aquo sit fata-
lis.* Mori autem in bello, contra hostem stren-
uè pugnando, est mori gloriosè; nam, ut
ait S. Ambros. Li. 1. Officiorum cap. 40. *Glo-
riose triumphus mortem invenit.*

Generosi milites non optant aliam mortem,
quàm mori præliando, ait Cornelius in Li. 1.
Machiab. cap. 9. ¶ 18.

Aut vita libera, aut mors gloria eligenda est,
ait Dionysius Halicarnassus Li. 2.

Dum Equites inauguraruntur, gladio percutiuntur. Hæc nimis mors Nobilium, ut in bello pro Rege & grege, pro Deo & populo gloriosè succumbant.

Cæsar fuit illa vox: *Disce ferire, disce mori.* Syllaba una brevis aut longior tua facta variabit, *aut occides, aut occides.* Ad utrumlibet horis locisque omnibus paratum te exhibe.

Lacæna Filio ad bellum ituro Clypeum imponens, dicebat ad illum: *Fili aut hunc, aut super hunc.* q. d. Sic rem gere in prælio, ut aut Victor clypeum reportes, aut mortuus in eo domum reporteris. Plutarch. in Lacon.

Matres Laconum eis solebant edicere, ut aut Victores cum armis redirent, aut mortui in armis referrentur. Testis est Valer. Maxim. Li. 2. cap. 2.

Cùm tempus necessitasque postulat, decertandum manu est, & mors servituti, turpitudinique anteponenda, ait Cicero de officiis. Nam, ut ait Marcus Annæus Seneca Li. Suasor. Suas. 2. *Turpe est cui libet viro fugisse.* Standum igitur est & pugnandum usque ad mortem vel victoriam, sicque verificatur illud Horatii:

Momento cita mors venit, aut victoria læta.

Ex-

M
Edu
genecolu
5. v. 39
vincem
vincem
ut expo
est, qu
cubuit
Hercu
Vinci

Sian
ubed
1. Mac
magras
eternas
Decus
arma
suosq
tentie
tias,
Nun
David
das Spa
aciem u
mopyla

Exempla.

Meliūs est nos mori in bello, quām videre mala gentis nostrā, & Sanctorum, ait generosus Bellidux Judas Machabaeus 1. Mach. 3. v. 59. q. d. Pugnemus generosè, quia aut vincemus, & sic de hoste triumphabimus; aut vincemur, & sic gloriosā morte honestabimur, ut exponit Cornelius. Quod præsertim verum est, quia Pro Deo & populo gloriosā morte occubuit; nam in bello sacro contra Turcas & Hæreticos, ut ait Genebrardus in Psal. 78. *Vinci salutare, vincere gloriosum.*

Simon Machabaeus, *Vir consili dictus*, in urbe Modin, sibi & suis condidit monumentum 1. Mach. 13. v. 29. *Circumposuit columnas magnas, & super columnas arma ad memoriam eternam &c.* Nam, ut ait Virgil. Li. 5. Aeneid. *Decus & tutamen in armis.* Posuit etiam *Juxta arma naves sculptas,* Ut per hoc ostenderet, se suosque Fratres tam mari quām terrā fuisse potentes, & utrobique illustres obtinuisse victorias, prout exponit Cornelius.

Nunc hunc, nunc illum absunt gladius, ait David de cæso Uriā 2. Reg. 11. v. 29. Leonidas Spartanus cum trecentis Xerxi ducenti in aciem undecies centena militum millia ad Thermopylas se opponens vincendo occumbere maluit,

luit, quam fugiendo vitam servare. Unde cum ab Ephoris rogaretur, num quid vellet? respondit: *Ego nominetens vado, quasi pro gracie pugnaturus, sed re ipsa pro patria moriturus.* Suos autem commilitones sic fuit allocutus: *Prandere commilitones! tanquam apud inferos cenaturi.* ita Valer. Maxim. Li. 4 cap. 7. Teste Plutarcho in Lacon. dicitur etiam in hæc verba protupisse, *Nam enim aut moriendum nobis est, aut vincendum.*

Éadem ratione quidam Bellidux apud F. Livium Li. 12. suos est cohortatus: *Moriamus milites, & morte nostrâ eripiamus ex obsidione circumventas legiones.* & Æneas: *Moriamus & in media Arma ruamus.* Virg. in Æneid. v 353. Bias ab Iphicrate circumfessus rogatur, quid eo articulo faciendum foret? respondit: *Quid aliud, nisi ut vos servemini, ego pugnando moriar?*

Scipio Africanus rogatus à quodam, quā re fretus auderet exercitum è Siciliâ in Africam contrà Carthaginem trajicere? demonstravit ei trecentos viros addens: *Nullus horum est, qui non sit me jubente, consensu hâc turri precipitans se in mare dejecturus.* Plutarch. in Apophtheg.

Epaminondas, qui Thebas ad imperium evexit, cum ultrâ tempus sibi decretum (Republicâ ita urgente) exercitum & imperium ser-

servasset, accusatus & ad mortem postulatus a suis ajebat: *Occidite me, sed sepulchro meo inscribite, quid patria praefiterim*, tum alias, tum hâc ipsâ in causâ. Plutarch. in ejus vitâ. idem dicere solebat: *Pulcherrima est mors in bello*. Quod & proprio exemplo demonstravit, nam mox ejus ex Valerio Maximo Li. 3. cap. 2. ita dectribuit: Epaminondas in prælio apud Laudram trajectus hastâ, sanguine & Spiritu deficiens, recreare se conantes, primùm *An Cyprius suus salvus esset?* deinde *An fusi hostes penitus forent?* interrogavit. Quæ postquam ex animi sententiâ competit, *Non finis, inquit, Commilitones meæ vita, sed melius & altius initium advenit*. Nunc enim uester Epaminondos, nascitur, quia sic moritur. e corpore deinde suo hastam educi jussit, coque vulnere expiravit.

C. Mævius, Augusti centurio, captus & ad Autonium perductus cum interrogaretur, *Quid de se statim juberet?* Respondit: *Fugiali me jube, quia non salutis beneficio, nec enortis supplicio, adduci possum, ut aut Cæsaris miles esse desinam, aut tuus esse incipiam*. Cato apud Lucavum Li. 9. primus arenas Lybicas ingrediens, milites ad se sequendum exhortans ajebat: *Primus argnas ingredior, primusque gradus in pulvere ponam. & mox: Fatoque pericula vestra proteruote meo*.

Codrus , Decii , Samson & alii pro Patriâ suâ , sibi bonâ , id est beneficâ , mortem opterunt , ait Cornel. in Epist. ad Rom 5. v. 7. vide etiam Exodi 32. v. 33. Novi in Belgio , ait Cornel. in Li. i. Machab. cap. 9. v. 18. Duceum audacissimum , cuius hoc erat axioma : generosum militem non posse diu vivere , quia , cum se audacter assiduis exponat periculis vita , vix posse evadere , quin citò iectu aliquo lethali perimatur. Unde & Poëta :

Turpe senex miles , turpe senilis amor.

Hinc sicut peritissimi Natatores pereunt natando , sic optimi Duces & milites pereunt pugnando. Huc etiam facit Dialogus Francisci Petrarchæ Li. 2. de Remed. Dialog. 121.

DOL. Per vim morior. R A. Siquidem vitæ vis auffertur , quid interest , febris an gladius , dum liberè egrediare . quid refert , an erga stali tui fores sponte pateant , an frangantur ?



Dotes generosi Militis.

A Geslaus Rex Spartæ interrogatus , quæ Dos maximè Belliducem exornaret ? Respondit : *Audacia adversus hostes , & in oblatâ opportunitate ratio & consilium.* ita Stobæus ferm. §2.

Julius Cæsar dicebat : *Magna facienda, non deliberanda.* Plutarch, in Apoph. Paræmiae hujus ipsem experimentum dedit, dum post Pharnacis copias primâ acie ad internectionem deletas de se ipso scripsit : *Veni, vidi, vici.*

Pinxit Apelles Alexandrum fulgur manu tenentem , eò quod instar fulgoris orbem pervaserit & subjugârit. Unde & Alexander usurpare potuit illud Julii Cæsaris : *Veni, vidi, vici.* idem interrogatus , quomodo orbis imperium acepisset ? respondit : *Nihil cunctando.* Virtute vincere Romani assueverunt , non dolo & furto , ait Ælianus Li. 12. var. Histor. Unde Parmenius , dum illi Alexander Magnus suadet , ut noctu clam in hostes irrueret , benè respondit : *Nolo furari vitoriam.* Propterea tamen non decent Belliducem stratagemata , quinimò ipsi sèpiùs sunt maximè necessaria. Quare Antigonus interrogatus , *Quomodo hostis aggrediendus esset?* respondit : *Aut dolo, aut*

vi, aut apertè aut insidiis. Consonat Justus Lipsius Li. 2. de Milit. cap. 20. dicens: *Latissimus est campus stratagematum, & non alia re piures victoria aut trophya parta.* à Cicetone orat. pro lege Manil. requirantur in milite sequentia: *Labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo.*

Albertus Dux Austriæ apud Sylvium Li. 3. de gestis Alphonsi ita loquitur: si alium, quam me exercitus contrà Bohemos. Ducem petitis, frustrà me Austriæ Ducem nominatis. Dux enim reverè est, qui exercitum dicit, & quem acriter pugnantem exercitus sequitur.

Ludovicus Bavariae Dux captus ab Alberto Matchione Brandenburgensi, qui multa cum minis ab eo petebat, ait: Quæ poteris à me libero impetrare, eadem modò ex capto petito. Si quid amplius voles, corpus meum in tuâ potestate; animum mihi, non tibi obnoxium invenies, ita Æneas Sylvius Li. 3. de reb. Alphon. Guilielmus Malesbur. testatur de Arturo magnæ Britaniæ Rege dicens: *Nongentos hostium solus adortus incredibili cede prosligavit.* Picin. Li. 4. cap. 8. n. 199.

Laus

Laus Militis.

Vigili stant bella Magistro. Adagium:
Per tela per hostes vadimus haud dubiè in
mortem. Virg. 2. Æneid. v. 355. Nostro redi-
matur sanguine bellum. Virgil. in 12.

Virorum fortium pedus non languescit.
Sophocles.

Militis est, vitam nihil facere, dicere sole-
bat Aratus.

Quò plùs periculi est, eò plùs gloriæ, aje-
bat Carolus quintus.

Audaces Deus ipse juvat. Ovid. 10. Metam.
Generosos animos labor nutrit. Seneca Epist. 30.

Miles triumphalibus de hoste spoliis onustus
vulnibus suis gaudet. S. Cyprian. Tract. de
laud. Martyr.

Pulchrior est mortuus in pugnâ amissus, quam
in fugâ salvus. Tertull. Li. de fugâ in persecut.

Pulchrior est miles in prælio cælus, quam in
fugâ salvus. Livius Li. 2. Dec. 1.

Miles est victima sit, cum tempus fuerit, pro
Patriâ immoletur. Philemon.

Pugil generosè fert corporis vulnera, coro-
nam respiciens. S. Chrysost.

Dulce & decorum est pro Patriâ mori. Horat.
3, carm. Ode 2.

Fortis viribus à juventute suâ. I, Mach. 2.

Ex-

Exempla.

DAVID dedit Sauli & Jonathæ hoc Elogium:
Aquilis velociores, Leonibus fortiores. 2.
Reg. i. v. 23.

Agelilaus, licet hostis, videns Epaminondam exclamavit: *O virum magnificum!*

De Scipione, adhuc milite, dixit Cato: *Iste sapit solus, reliqui velut umbra vagantur.*

Metellus gratias egit Diis Romæ causa, quod alibi non extiterit Scipio. Quin & Numantini rogati, cur jam Romanos duce Scipione fugarent, quos anteā fugarant, responderunt: *Oves quidem eadem sunt, sed alium jam habent Pastorem.* Plutarch. in Apoph. Roman.

Ulysses singitur ab Homero, vir multâ præditus facundiâ, nec minore experientiâ, vafer consilio, egregius bello, laborum patientissimus. ita Calepinus.

De Hannibal. Carthagin. canit Silius Italicus Li. i. *Noctemque vigil ducebat in armis. Duo fulmina belli Scipiade.* nempè Alianus & Africanus.

Face & gladio armatos producit, nam virtus in exemplum posita micat, dum dimicat. ita D. Emm. Thesaur. de Gedeone, Seneca Epist. 67. Attalo sequens tribuit Elogium; *Attalus Stoicus dicere solebat, malo ut me fortuna in casulis, quam in deliciis habeat.* Sym.

Veniam
v'a P.
acepti;
vetus, on
Vetus vex
nera, cor
ei adserer

2. In
unjœ ad
Unde L
tes è cor
recipiunt
factis her

3. Ta
hum p
ma: E
propri
Angeli

4. I
fum D
habuit c
nuebat v
tiolum fa
tempore
Epit. ad

Symbola.

I.

VExillum undique laceratum & perforatum à P. Hortensio Pallavicino Epigraphen accepit: *Laceratum venustius*. Nam, ut habet vetus, omnium ore probatum, Adagium: *Vetus vexillum honor belliducis*. Sic etiam vulnera, corpus militis deformantia, conspicuam ei adferunt gloriam.

2. Incisuræ, quibus Adamas expolitur, unice ad ipsius pretium augendum destinantur. Unde Lemma: *Dat pretium vulnus*. Ita milites è corporis sui cicatricibus plurimum glorie recipiunt, seque hosti à fronde obluctatos ac factis heroicis conspicuos demonstrant.

3. Tanta est Pyramidis majestas, ut etiam humi prostrata maxime aestimetur. Unde Lemma: *Et strata decorem*. generoso militi hoc proprium est, qui in bello occumbit. Nam *Angetur funere fama*.

4. Franciscus Sforzia, postea Mediolanensis Dux, symboli loco aliquot poma cidonia habuit cum Lemmate: *Fragantia durant*. Inueniebat videlicet, generosa Heroum facta pretiosum famæ suæ odorem longo ac penè aeterno tempore illibatum conservare. Unde Ovidius Epist. ad Liviam canit.

Fa-

Facta Ducas vivent, operosaque gloria rerum
- Hæc manet, hæc avidos effugit una rogos.

5. Ad Marchionis Guidonis Villæ, in obsidione Cremonensi Anno 1648. occisi, exequias Ferrariae celebratas Purpuram symboli loco statuerunt. quæ à generoso cane occisa intercessoris labia pretioso purpurei sui liquoris ornatus vestiit. Lemma: *Ex nece triumphus.* Nobile ac dignum tanto milite Symbolum! Galli enim ad obsidionem illam non sine clade solvendam paulò post ipsius mortem coacti fuere, sicque invictissimus Heros ex nece triumphum reportavit. Pulchrè Seneca Epist. 13. *Vir fortis & strenuus ipsam sui hostis victoriam vincit.*

6. Cypressum ad Principis cuiusdam exequias publico loco suspixam D. Haymo Corius hoc Lemmate insignivit: *Ere perennior.* Dicere volebat, sicuti Cypressus, nullis terediniis injuriis subjecta, æternum conservatur, ita Principis illius memoriam nullo ævo esse intermoturam. Nam teste Philosopho *Hercorum gloria est immortalis.* Huic assentiens Pindarus Istim. 5. ait, *Non obliterari prolixum laborem virorum.*

7. Candelam accensam hoc Lemmate introduxerunt loquentem : *Extinguar, ut luceam,* ita Miles famæ aut nominis aucupandi causâ omnia belli discrimina, ipsamque adèò vitæ jacturam parvi pendit.

8. Taurus à Molossis immani rabie incurvatus, fumum naribus, oculisque flammis imperterritu corpore spargit ; simulque cornibus in terram depresso adversus illos incitat cum Lemmate : *Dum perimat, perim gaudet.* Militem generosum hæc Idæa concenit, qui cum Juda Machabæo, Eleazaro, & Samsonem quasvis mortis minas contemnere audet.

9. Ad funebrem pompam Marchionis Guidonis Villæ, Belliducis celeberrimi, rosam figurârunt, quæ inter fruticis sui spinas media Epigraphen : *Arma delectat.* Tanta enim erat Herois illius benignitas, ut ipsos etiam hostes in sui amorem raperet. Quæ sane virtus in generoso milite longè magis conspicua est ac veneranda, quam in aliis quibusvis statibus, è munere suo mansueris. Unde etiam S. Bernardus cap. 4. de Equitibus templatis eosdem laudat, dicens : *Miro quodam singulari modo cernebantur, agnis mitiores, & leonibus fortiores.*

10. Joannes Ferrus Emblematis loco duas perdices mares statuit, quæ pro fæmella ex adverso stante, acerrimè conflictantur, cum Lemmate: *Urget amatae presentia.* sic etiam Principis præsentia animos dimicantium validissimè accendit. Theodosius filium suum Honorium imbuens, apud Claudianum in 4, Consul. Honor. ajebat.

Nunc eques in medias equitum te consere turmas,

Nunc pedes assitas pediti, tunc promptius ibunt te socio &c.

11. Animum generosum è navi dignoscere licet, quæ jamjam portum subitura Epigraphen legendam offert: *Aut ingredi, aut perire.* Militem hoc Emblema spectat, qui fortalitium aliquod obsidens illud vel intrare, vel vitae jacturam sustinere decrevit.

12. Qui imperterritò animo aut vitam relinquere, aut aliorum violentiam repellere statuit, clypeum chalibeum, plurimis sagittis ferratis fulminatum imitatur cum Lemmate: *Aut repellit, aut frangitur.* Sic Judas Machabæus, tametsi angustum militum suorum manipulum innumeris hostibus jamjam irruentibus longè videret impatem, tamen generosè dixit 1. Mach. 9. v. 8. *Eamus ad adversarios nostros, si poterimus pugnare aduersus eos, & si appropinquavit tempus nostrum, moriamur.* Mi-

Miles formidolosus.

Formidabilem oportet esse Militem, non
formidolosum. Bellator meticulosus est
quasi sal infatuatum, quod ad nihilum valet,
nisi ut revertatur foras, & conculcetur ab homi-
nibus. Math. 5. v. 13. Unde Deus ipse met
Deuter. 20. v. 8. per Moysen ordinavit, ut Du-
ces per singulas turmas audiente exercitu pro-
claimarent: *Quis est homo formidolosus & cor-
de pavido? vadat & revertatur in domum suam,*
ne pavere faciat corda Fratrum suorum, sicut
ipse timore perterritus est. Sic Gedeon iturus in
prælium contrà Madianitas Judic. 7. exclama-
vit: *Qui formidolosus est & timidus, revertatur.*
Quod dicto reversi sunt ex populo viginti duo mil-
lia virorum, & tantum decem millia remanerunt.
Quinimò trecenti tantum erant eorum, cum quibus aggressus est exercitum Madianita-
rum, eumque dissipavit. Hic verificatum fuit
illud Herodoti in Polyphymnia: *Multi sunt*
homines, viri pauci. & illud Eccles. 7. v. 29.
Virum de mille unum reperi. Tracta cum timi-
do de bello, ait Siracides Eccli. 37. v. 12. per
ironiam; ipse enim pacem, etiam iniquis &
ignominiosis conditionibus capessendam sua-
debit; unde post pauca subditur: *Non atten-
das his in omni consilio.*

S. Chryostomus in illud Psal. 13. v. 5. Illic
trepidaverunt, ubi non erat timor. ita scribit:
*Audaces fuerant ut Leones, & tanquam lepores
trepidarunt.*

C. Cornelius Poëta sèpè fugientes milites jure
Galeatos lepores appellavit; unde ab iis est oc-
cìsus, ut tradit Eusebius.

Themistocles ingeniosè cavillari solebat in
*Eretrienis, cum diceret: eos similes esse pis-
cium, qui gladioli vocantur; quippe qui gladium
quidem haberent, cor autem non haberent.* Plu-
tarach. in Apophthl.

Lysander Lacedæmoniis segniter Corinthio-
rum muros oppugnantibus, cum leporem fos-
sâ vidisset exilientem, ajebat: *Eos timetis ho-
stes, quorum ignavia lepores in muris dormiunt.*
Plutarach. in Apophthl.

Marcellus, cum ob turbatos ordines in suis
copiis Hannibal viator extisset, reversus in
castra convocato exercitu dicebat: *Se quidem
multa Romanorum arma & corpora, Romano-
rum verò videre neminem.*

Xerxes audiens, quàm fortiter & feliciter
Arthemisia rem contrà suos gessisset in pugnâ
navali, dixit: *Sibi feminas fuisse viros, contrà
viros fuisse feminas.* Herodot. Li. 8. Cyrus
ignavos milites exauctorandos censuit, uti re-
fert Xenophon Li. 2. Cyri pæd.

Militia Christiana,

DEcantatum est in Rhetorum substellis Alexandri Macedonis dictum ad militum Ducem in Tyri obsidione *Alexandrum vocantem*: *Animosè, clamabat Rex, O commilito! fac facinus nomine, quod geris dignum.* Cuttius Li. 8. Quod commilitoni suo in bello corporali acclamavit Alexander; id ipsum non immetato militi christiano in bello spirituali acclamari posset: *Animosè, O miles christiane! fac facinus nomine, quod geris dignum.* Considera illud Jobi 7. v. 1. *Militia est vita hominis super terram.* Si vis in cælis coronari, certandum tibi & pugnandum est: *Laboras in bonis miles Christi Iesu...* Nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitimè certaverit. Hoc preceptum commando tibi... Ut milites in illis militiam bonam: Scribit Apost. Paulus ad Tim. Epist. 1. cap. 1. v. 18. In quem locum Cornelius ita commentatur: Nota Christianum esse militem Christi, quasi Ducis & Capitanei sui, quia totâ vitâ, sub vexillo crucis pugnare debet cum vitiis, & concupiscentiis, ac dæmonibus &c.

Seneca Epist. 37. ad Lucilium ita scribit: *Promissisti virum bonum (id est fortē & bellicosum) Sacramento ligatus es.* Hoc enim Duci

pro-

promittebant milites , dum auctorabantur.
quod si sponsionis oblii ignavè se gererent, non
viri , sed fāminæ per opprobrium appellaban-
tur , uti BUNDUICA Britannorum Regina apud
Dionem L. 62. Neronem effeminatum vocat
Neronidem. Idem sibi dicat Christianus : In
Baptismo auctoratus es miles Christi , virum
te fore spoondisti. virum ergò te præbe, quasi
miles viriliter contrà carnem & mundum decer-
ta. ita Cornel. in Epist. 1. ad Timoth. c. 1. v. 18.

Carolus Sacri Romani Imperii Princeps, Co-
mes Mansfeldius , Mars Hungariæ , Turcarum
terror , quem nec Mars alter , sed Mors gene-
rosa è medio sustulit , pro gentilitiâ testorâ sibi
delegit geminum cornucopiae, Acheloi & Amal-
stheæ , quo Christianos ad militares labores in-
vitabat , propositis uberrimis laborum fructi-
bus, terrestribus per Archeloi, cælestibus per
Amalstheæ cornu , cum hâc Epigraphe : *Pret-
ium non vile laborum.* Engelgrave in cælesti.
Pantheo. in festo S. Lucæ Emblem. 36. §. 2.
Certè *Premium non vile laborum* est gloria æter-
na , quam suis militibus repromittit Deus. *Esto
fidelis usque ad mortem,* *& dabo tibi coronam
vite:* ait per Joannem Apocal. 2. v. 10. Mili-
ta ergò , O Christiane ! bonam militiam , ut
possis dicere cum Apostolo 2. ad Timot. 4. v. 7.
&

& 8. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, de reliquo reposita est mihi corona justitie &c.

S. Basilius præclarè quemlibet admonet dicens: Miles es? collabora Evangelio; milita bonam militiam contrà Spiritus nequitiae; adversum vitiosas carnis affectiones induito armam armaturam Dei, ut probes te ei, siisque gratiosus Duci tuo, qui huic te militiae adlegit; provide, ut nullis impliceris vitae istius negotiis & perplexis curis. Athleta es, attende tibi ipsi, ne quam ex legibus Athletico agoni præscriptis inveniâre transgressus: nam nemo coronatur, nisi qui legitimè certaverit &c.

Opus suscepisti, id considera, perfice, labora & te certaminibus expone. S. Chrtif. Hom. 87. in Joannem. Audiat etiam pugil Christi classicum S. Chrisost. serm. de Martyrio Tom. 3. Delicatus es miles, si putas te posse sine pugnâ vincere, sine certamine triumphare. Exferre vires, fortiter dimica, atrociter in prælio isto concerta. Considera pactum, conditionem attende, militiam nosce: pactum, quod sponsasti; conditionem, quam accessisti; militiam, cui nomen dedisti.

Joannes Gallezius, oediolanensium Dux tres coronas è lanceâ suspensas habuit, addito

Virgilii Lemmate: *Este Duces. Enim verò militibus adversus hostem concitandis nullum arietem adeò validum admovebis, atque præmii vel coronæ adipiscendæ fiduciam.* O Miles christiane! Ecce tibi contrà hostes strenuè dimicaturo promittitur aeternæ gloriæ corona. Audi Jacobum Epist. Canon. cap. 1. ¶. 12. ita dicentein: *Beatus vir, qui suffert temptationem, quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vita, quam repromisit Deo diligentibus sc.* Quid ergò pro eâ adipiscendâ non est faciendum? Quot labores, quot vitæ discrimina non subeunt milites in bello civili. *Ut corruptibilem coronam accipient.* 1. ad Cor. 9. v. 25. Quid ergò non est faciendum pro eâ, de quâ 1. Petri 5. v. 4. legitur: *Cum apparuerit Princeps Pastorum, percipiatis immarcessibilem gloriae coronam.* Certè nulli parcendum est labori. *Laborem si resuses, parvum esse potes.* Non est viri timere sudorem. Seneca Epist. 31. Sicut Mercator non sentit navigationis laborem spe lucri excitatus, & pugil generosè fert corporis vulnera coronam respiciens: ita & nos cælestia intendentis bona, quæcunque inferuntur gravia, generosè ferimus, bonâ futurorum sperborati, ait S. Chrisost. Hom. 16. ad pop. *Age igitur Christi miles, subeat animum tuum sempiterno-*

rum bonorum cogitatio : ait S. Basilius Præfat. in
Ascetica. Fortiter aggredere hostes tuos : Ne
formides à facie eorum. Jerem. 1. v. 7. Domi-
nus enim tecum est. Adjuvat certantes , qui
certamen indixit , ait S. August. Serm. 105.
Non te sic spectat Deus in agone certantem , ut
populus solet Athletam , clamore enim popu-
lus monet Athletam , adjuvare non novit. Co-
ronam parare potest , qui indixit certamen ,
vires autem subministrare non potest. Deus
autem quando spectat certantes suos , adjuvat
eos certantes & invocantes. Nam vox Athletæ
ipsius est Psal. 93. Si dicebam , motus est pes
meus , misericordia tua Domine adjuvat me.

O quam felix erit ille , cui in morte addi po-
terit illud Elogium , quod Ennodius in Panegy-
ryt. attribuit Theodosio , dicens : Si Regis mei
bella numerem , tot invenio , quot triumphos.
Congressui tuo nullus hostium , nisi qui laudibus
adderetur , occurrit. Tali quadrabit illud ,
quod serm. 2. de S. Victore ait S. Bernardus :
O miles emerite ! qui Christiana militia duris la-
boribus angelicæ felicitatis requiem commutasti.
Item aliud ibidem : Sedet veteranus Miles
debitâ jam suavitate & securitate reple-
tus.

Arma Militis Christiani.

In carne ambulantes non secundum carnem militamus. 2. ad Cor. 10. v. 3. Sed secundum Spiritum. Ast quibus armis? Quid tibi opus sunt arma? ipse enim pro te pugnat, cui nullus resistit, ipse insequitur, quem nullus declinat, ait Castian. in Psal. 55. Nihilominus armati esse debemus monente Apost. ad Rom. 13. v. 12. Induamur arma lucis. & ad Ephes. 6. v. 13. Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo & in omnibus perfecti stare. Sed quænam sunt ista arma? Arma militia nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destruptionem munitionum &c. ait Apost. 2. ad Cor. 10. v. 4. Recenset autem ea ad Ephes. 6. v 14. & seqq. dicens: State succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricae iustitiae & culceati pedes in preparationem Evangelii pacis; in omnibus sumentes scutum fidei, in qua possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium Spiritus, quod est verbum Dei. itaille. Tu, si indutus sis armis Dei, si scuto fidei munitus & galeâ salutis obtectus, & lorica charitatis & gladio Spiritus accinctus, arcus contrâ te potentium pro munimentis talibus infirmabitur. Origines Hom. de Elcanâ.

Miseria vitæ.

Innocentius III. Li. de contemptu mundi non immerito exclamavit: O vilis conditionis humanæ indigitas! o indigna vilitatis humanae conditio! Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletus multis miseriis. Job. 14. v. 1. nam, ut ait Beda, tota vita est tribulatio continua, cuius in aurorâ est vagitus, in meridie fletus, in vesperâ ejulatus. Zoroastes solus legitur in ortu suo non vagisse, sed risisse, ait Solinus Li. 1. de mirabilibus mundi cap. 3. Reliqui ergo omnes vagiendo nascuntur.

Masculus Anascens, Enascens fæmina clamat,

A dat Adam genitor, *E* dedit Eva p̄tior.

Hominem tantum nudum & in nudâ humo natali die abjicit ad vagitus, ait Plinius L. 7. Rationem hujus dat S. August. Li. 21. de Civit. Dei cap. 14. dicens: Infantem natum vagire, quod præsentiat, præfigiat & quasi nesciens prophetet, mille vitæ ætumnas sibi subeundas, quas deplorat, nam, ut canit Poëta:

Non mare tot guttas, quot mala mundus habet.

Benè igitur Clemens Alexandrinus Li. 3. Stromatum pag. 316. Solonis acroama refert: *quivis homo est calamitas.*

Sententiæ.

Induta est caro mea putredine, & sordibus
pulveris cutis mea aruit & contracta est.
Job. 7. v. 5.

In pulverem reduces me, quasi putredo con-
sumendus sum, & quasi vestimentum, quod
comeditur à tinea. Job. 13. v. 28.

Defecit in dolore vita mea, & anni mei in
gemitibus. Psal. 30. v. 11.

Quotidie morimur, quotidie enim demitur
aliqua pars vitae, & tunc quoque, cum cresci-
mus, vita decrescit. Hunc ipsum, quem agimus
diem, cum morte dividimus. Seucca Epist. 24.

Seneca corpus vocat *vinculum*, Empedocles
antrum, Plato *spelaeum*, S. Hilarius *Sepulchrum*.
Unde in illud Psal. 67. v. 7. *Qui habitant in se-
pulchris*, ait: *intrà corporum suorum emoria
domicilia consepulti*.

O mortale miserumque genus hominum!
quàm nihil sumus, sed umbris similes inutile
pondus telluris obversamur. Sophocles.

Petronius in Satyrico alludens ad imaguncu-
lam mortis, quam Herodot. Li. 2. ait circum-
latam per mensas Ægyptiorum, ait: Potanti-
bus & accurate lautias nobis mirantibus lar-
vam argenteam attulit servus.

Ho-

Homo putredo est in exortu, bellua in omni vita, esca vermium in morte. Solon.

Vitæ quidem nomen habet, sed re ipsâ labor est. Plinius Li. 7. cap. 50.

Tota vita ista intelligentibus tribulatio est. S. August. serm. 42. de Verb. Dom.

Nil aliud est præsens vita, quam cursus ad mortem. Idem

Vita est quædam prolixitas mortis. S. Greg.

Laboriosa est vita temporalis, levior fabulis, velocior cursore; instabilitate fluctuans, imbecillitate nutans, cui nulla propositi constantia, nulla à turbationibus requies, nulla à laboribus reclinatio. S. Gregor.

Ægrotare incipimus, mox ubi nascimur, quis enim non ægrotat in hac vita? quis non longum languorem trahit? nasci in corpore, ægrotare est. S. Aug. in Psal. 102.

Terra velut quidam temptationum locus, caroque corruptelæ illecebra. S. Ambros. Li. de Noë & Arcâ cap. 4.

Unusquisque, in hac vita positus, speciem mortis imitatur. S. Ambr. Li. de bono mortis.

Verè miseria est vivere super terram. Thom. Kemp. Li. 1. cap. 2.

Ad mortem omnes maturi sumus, ex quo nati, imò antequam nati. Just. Lipsius.

Carmina ad rem.

Heu heu nos miseris! quām totus homuncio
nil est!

Hæc forma æternūm, haud cūiquam est fortu-
na perennis;

Longius aut propius, mors sua quinque ma-
net. Propertius.

Ipsum quod vivo est veluti rapidissimus amnis,

Qui sursūm exoritur, semper ad ima fluit.
Nazianz, in carm. de Hom. externi vilitate, &
nonnullis interjectis:

A tumulo tumulum peto.

Nam quid longa dies nobis, nisi longa dolorum
Colluvies? longi patientia carceris atas.

Mantuan. in primo Parth.

Post hominem vermis, post vermem fætor &
horror:

Sic in non hominem vertitur omnis homo.

Cor nisi cura nihil, caro nil nisi triste cadaver:

Nasci ægrotare est, vivere sæpè mori.

Nascendo morimur, moriendo vivimus omnes;

Sic est continua vitaque juncta neci.

Sæpè rogas, quot habes annos? respondeo nul-
los.

Quomodo? quos habeo, Pontile? non habeo.

Debilis & fortis currunt ad funera mortis:

Transit ut aura levis vita caduca brevis.

Sym-

Symbola.

I.

Mundus hic videtur similis antro Tropha-nii, in quod qui descendebant oraculo-rum causâ apud Træzenios, siebant agelastū, id est, totâ vitâ non amplius ridebant.

Unde Thomas Le Blanc in illud Psal. 125.
v. 7. *Euntes ibant & siebant*, rationem hujus
conjunctionis reddit dicens, ut scilicet, quo-
cunque irent, flerent, quamcunque in partem
irent, redirent, sursùm, deorsùm, à destris, à
sinistris, nihil præter lacrymas & doloris cau-
sas reperirent. Vita hæc tota tantis perturbatur
calamitatibus, ut Anaxagoras & M. Cato
censorius nunquam riserint; M. Crassus semel
tantum, cum asino carduos comedente dixisset:
Similes habent labra lactucas. ita ille. Hac de
causâ etiam hic mundus *Vallis Lacrymarum*
vocatur.

2. *Fascias*, quibus infantes religantur, fe-
talis lintei præludia esse, affirmat Tertullianus.
Involvitur infans pannis velut sepulturæ in-
volutis initiatus, ait S. Hieron. Unde SS. tres
Magi ad Christi cunabula non sine mysterio
detulerunt Myrrham cadaveribus curandis
adhiberi solitam; significarunt quippe, cunas
expressum sarcophagi proscenium esse,

3. Alcibiades Lucarinus Piscibus hanc gnomam indidit: *Vix nati natant.* Sic vix in hunc orbem nati inter lacrymas & vagitus natare, plurimisque ærumnis nunquam non affluere solent. Unde August. in Psal. 125. *Vita humana misera est, laboribus plena, doloribus, periculis, tentationibus.* Quare puer à fletu incipit vivere, ridere nondum novit. Quare plorate jam novit: quia cœpit ire in istam vitam.

4. Pulvis per angustum clepsydrae foramen furtim transfluens temporis præterlabentis moram ostendit. Unde Leinma: *Hoc percunis peris.* Ad rem Andreas Bianeus Li. 1. Epigr. 48.

*Tempora dinumerat tibi pulvis sæpè cadendo,
Pulvis deficiens, ipse caducus & es.
Sedulus observans alieno in pulvere casum,
Damna nihil curas pulveris ergo tui.
Restaurare potes Clepsydrae stulte tuinas,
At non & vita sic reparare tuæ.*

& D. Carducius.

*Quod cernis nihil est, fragili nisi carcere pulvis,
Vitreæ vita hominis pulveris instarabit.
Certe, ut ait S. Isidorus Li. 3. super Amos,
Nihil fugaciæ sacrâ, rebusque seculi, quas,
dum tenemus, amittimus.*

S. Fe-

5. Felicitatem mundanam opportunitissimâ vitri effigie delineabis , quod eodem planè momento & luminosum resplendet , & infelix frangitur. Unde Lemma: *Dum lucet , frangitur.* Hoc tenè Publius Mimus : *Fortuna est vitrea , dum splendet , frangitur.* & Marcus Annaeus Seneca Li. 2. controv. 1. *Fragilis & caduca felicitas est , & omnis fortuna blandientis speciosus cum periculo nitor.*

6. Bartholomæus Rossus figuravit portam , intrâ quam ossea mortis compago cum Lemma te: *Ingressus , & non egressus.* Sic naturæ legibus sancitum est , ut nulli hominum extrâ mortis terminos , quos semel intravimus , gressum revocare licet.

7. Anemoni seu flori Adonidis quidam inscriptis: *Brevis est usus.* Sic vita humana , his characteribus exactè descripta , momento penè unico circumscriptitur. Unde S. Petrus Damian. opusc. 56. cap. 9. *Humane vita varietas momentaneâ temporum varietate concluditur , ut & elati quique dantius de suâ prosperitate non gaudeant , & in glorii sue dejectionis incommodum festinanter evadant.* & Ovidius: *Momento cuncta novantur , nostra quoque ipsorum semper requie sine ullâ corpora vertuntur , nec quia fuimusve , sumusve , cras erimus.*

8. Pratum floribus amænè constitum Epigraphen tenet: *Statim languet.* Sic in hâc vitâ, ut ait S. Ambros. *Momento cuncta prætoreunt,* & sœpè honor faculi abit, *antequam venerit.* Sic etiam Philolibro: *Quod Deus sit immutabilis,* ita scribit: *Fuit Ægypti olim per ampla & magnifica potentia;* sed nubis in morem præteriit ejus felicitas.

9. Liliis proximum excidium ab Austro imminet. Unde ad lilyum flaccidum è Thyrso incurvato languide dependens Lemma: *Plantibus Austris.* Testatur idem S. Hieton. ad Heliodor. scribens: *Marcescebat, prò dolor, flante Austro lilyum, & purpura violè in pallorem sensim migrabat.* Sic etiam vita humana, flante Mortis Austro, liliī ad instar marcescit & deficit.

10. Hæc parva, varia, vita est pat turbini: Simul movetur, fixus est & qui simul Sursùm movetur ac deorsum volvitur, Fixum esse quamvis æstimas, non stat tamen. Fugiens tenetur & manens cursùm fugit, Multùmque saltat, sed fugere nequit tamen. Trahitque motu, retrahit & statim suum. Nil ergò vita est, si velis describere, Quam fumus, herbæ flos, breve aut insomnum. S. Greg. Naz. tom. 2. pag. 155.

Miseria Vitæ per omnem ætatem.

Homo miser est ac vilis *Primi in conceptione*: cuius fæditatem, si corpus attendis, nemo ausit considerare. Unde Plinius Li. 7. cap. 7. *Miseret, atque etiam pudet estimantem*, quam sit frivola animalium superbissimi origo. Est etiam miser quoad animam, quæ in peccato originali statim à primo suæ creationis instanti jacerit. Unde Psalmista Regius Psal. 50. v. 7. de se ipso: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.*

edò in Nativitate: Et quidem præ cæteris animalibus, quæ natura ut parens statim à partu vestit testis, coriis, spinis, villis, setis, pilis, pennis, squammis, velleribus: hominè vero videtur ut noverca nudum, & omni ope destitutum abjicere, ut factum abortivum & rejectaneum.

3tiæ in infantia: Nam à carcere ventris materni in fasciarum carcerem & compedes atque manicas incidunt. Pisces vix nati natare incipiunt, volucres vix ovis exclusæ volare, ferae sylvestres vix utero effusæ currere & ambulare: ast homo natus nec stare nec ambulare potest, sed infantibus pannis involutus ab exitinfeo ab uno loco ad alium moveri debet.

qto in pueritâ: Quis enim ejus in eâ aetate
nugas, ineptias, errores, ignorantiam, in-
clinationem ad cibos atque inania non rideat
aut verius defleat? *Stultitia colligata est in corde*
pueri. ait Sapiens Prov. 22. v. 15. Volatrica
atque erratica est mens pueri instar aviculæ hue
& illuc volantis. Pueri ob defectum rationis &
judicij, obque vivaces Spiritus & ebullientem
sanguinem pleni sunt concupiscentiis & deside-
riis noxiis, suntque sicut animalia, v. g. sicut
petulci hædi, lascivientes, cornupetentes,
omniaque miscentes & confundentes. *Quare*
sicut animalia, ut boves & equi, non aguntur
verbo, sed calcari punguntur & stimulo, ut
rectâ incedant ad autum sessoris vel aurigæ: ita
pariter pueri lascivientes non tam verbo, quam
virgâ & flagello castigandi sunt, ut innatam
petulantiam & concupiscentiam refrænare dis-
cant, ait Cornelius in illud Eccli. 30. v. 1. *Qui*
diligit filium suum, assiduat illi flagella.

stun adolescentiâ: Tunc enim maximè vi-
gent passiones & efficiantur; unde hæc aetas est
maximè plena periculis & plena naufragiis.
Unde S. August. serin. 246. de temp. ait: *O*
Juvenes, flos etatis & periculum mentis! & S.
Ambros. Li. 1. de interpell. Job. cap. 7. *Ado-
lescentia sola est invalida viribus, infirma consi-
tus,*

liis, vitio calens fastidiosam monitionibus, illecebrosa deliciis. Ætas hæc instabilis magis fluctuat, quam fluctuet Oceanus & Charybdis. Unde S. Chrisost. Hom. 84. in Math. Adolescentium fluctus pueritiae succedunt, qui vehementius scitum ægeum mare concupiscentia ventis exagitatur, quæ quidem atas potissimum correctione destituitur, non solum quia majoribus turbationum fluctibus ceditur, sed etiam quia Pedagogus tunc & magister subtrahitur. Ob hanc instabilitatem dixit Sapiens Prov. 30. v. 19. quod Viam viri in adolescentia penitus ignoret: Adeò enim instabilis est tunc via hominis, ita se adolescentis per omnes horas in diversa torquet, & nunc huc, nunc illuc rapitur, ut difficile sit id comprehendere, & animadvertere, quo tendat, & in quibus versatus sit. Ætati huic Diabolus maximè insidiatur, idque quatuor de causis. Primo, quia scit à Deo piros adolescentes maximè amari & expeti, ideo hunc florēt atatis gaudet Deo præripere. Hujus rei symbolo Deus Levit. 12. v. 8. non columbas, sed pullos columbarum sibi offerti præcepit, quia, ut ibi ait Theodoretus, detestabatur in adultis columbis lasciviam, in parvis pullis innocentiam amplectebatur. Secundo, quia sic viam sternit ad sequentis vitae peccata; nam, ut

ait Clemens Alexandrinus Li. 1. Pædag. c. 5.
Est in nobis uber etatis ipsa juventus. q.d. Sicut
 ex materno ubere fugitur lac, quo omnia in-
 fantis membra nutriuntur; ita ex juventute
 hauriuntur mores, quibus reliquæ ætates in-
 formantur. Unde S. Hieron. Epist. 7. ad Læ-
 tam de institutione Filii: *Dificiliter eruditur,*
quod rudes anni perbiberunt: lanarum conchy-
lia quis in pristinum candorem revocat? recens
testa diu & saporem retinet & odorem, quo pri-
mùns umbuta est. 3tiō, Quia adolescentes fa-
 cilè falli, difficile se expedire ex Diaboli vin-
 culis possant. 4tiō, Quia, dum peccant, im-
 potenter peccant. Ideicō, ut ait Cornel. in
 cap. 22. Prov. v. 6. Quatuor sunt adolescenti-
 bus in omnem vitam prosutura. *Primi,* Deum
 pluris omnibus æstimare, animamque omni-
 bus post Deum rebus pretiosiorem esse scire.
2dū, B.V. Mariam ex toto corde, ut filii Dei
 matrem amare, eique se quotidie commenda-
 re, & aliquid in ejus honorem facere. 3tiō,
 Nunquam peccatum mortale in conscientiā
 sustinere, sed singulis diebus de peccatis dolete,
 & ea quamprimum confiteri. 4tiō, quod mor-
 rituri sint brevi, crebro cogitare, quodque
 post mortem aut in æternum in inferno cum
 Diabolo sint atsuri, aut in æternum Deo &
 Angelis ejus in cælo felicissimè stuiti.

*6tò in virili etate: Ob uxoris & negotiorum
impedimenta & agitationes. Tribulationes
conjugum recenset Cornelius à Lap. in illud 1.
ad Cor. 7. v. 28. Tribulationem carnis habebunt
hujusmodi. Quod recuire, si placeat. Sufficiat
ad præsens, quod etiam extrà conjugium ne-
gotia occurrentia mentem torqueant, pertur-
bent & inquietent. Audi, quid de se ipso dicat
S. Gregorius Papa Li. 11. Epist. 26. ad Rusti-
ciam: Ego in tanto gemitu & occupationibus vi-
vo, ut ad dies, quos ago, pervenisse peniteat,
solaque mihi consolatio sit mortis exspectatio: unde
peto, ut pro me debeat is orare, quatenus die hoc
carnis carcere citius educar, ne tantis laboribus
dintius torquear.*

*7timò in senectute: Quæ tota est morbus, à
quo ne ipse quidem sanet Aesculapius aut Apol-
lo. Isaac Patriarcha in pueritiâ & adolescentiâ
erat flos atque Ocellus ridens parentum, Isaac
quippe Rîsus interpretatur; sed in senectute flos
ille emarcuerat & Ocellus clausus fuit: Caliga-
verunt oculi ejus & videre non peterat, ait Scrip-
tura Gen. 27. v. 1. Duravit hoc saltē per 44.
totos annos, qui fluxerunt ab anno 137. vitæ
ejus (cum benedixit Jacob & Esau filios suos)
usque ad annum 180. quo est mortuus. Aeu-
nas senectutis jam recensui Scenâ quintâ tit.*

Bre-

Brevitas vita. His accedent plura Scenâ 54. [sub tit. *Senum Mors.* Unicum hoc hîc sufficiat , quod senectus nec innovari , nec informari queat. Unde Diogenes dicebat: *Mortuo mederi & senem docere* , idem esse. Vetus est paræmia: *Senex Psittacus negligit ferulam* ; nam ut Apulejus Li. 2. Floridor. & Plinius Li. 10. Natur. Histor. cap. 42. Memoriæ prodiderunt , Psittacus in primo vitæ biennio facile addiscit , quidquid suggeritur : In senio sic obstupefecit , ut , quantumvis flagelletur , nunquam doceatur. Sic etiam res te habet cum homine sene : *Grandior atas* . ait Seneca Li. 3. Epist 25. *dura & intractabilis non potest reformari.* Unde senex quidam apud Theogenem non patiebatur se ab alio doceri dicens: *Ne doceas , atas me facit indocilem.* Vide Cornel. in cap. 22. Prov. v. 6.

Ostavò denique in morte: Verissimè dixit Job cap. 25.v. 6. *Homo putredo , & filius hominis vermis* , id est res vilissima , fatidissima & esca vermium. Quid quofo , vilius , quid fatidius putrido hominis mortui cadavere ; ad illius occursum avertimus oculos , ne videamus , occludimus nares , ne fatorem percipiamus. O spectaculum reverà miserrimum! Noli intefim , O homo ! tam citò avertere oculos tuos , ne videant vanitatem ; noli occludere nares , ne per-

percipient fætorem. Proderit hoc tibi ad reprimendam superbiam, proderit ad elidendas Diaboli tentationes, proderit ad instituendam meliorem vitam. Non frustrà S. Gregor. Nazianz. carm. 14. Animo revolvit hæc tria : *Quis fui prius? quis sum? quis mox ero?* Perpende & tu illa tria juxta salutare monitum S. Bernardi in form. bon. vitæ : *Ista tria semper in mente habeas: Quid fuisti? quid es? quid eris?* *Quid fuisti?* quia sperna factum. *Quid es?* quia vas spiciorum. *Quid eris?* quia esca verminum. Remedium hoc est *Ad reprimendam superbiam*; Nam miseria vitæ & mors certò subsequens, si attentius considerentur, mortem afterunt affectionibus nostris, quantumvis vivæ & vegetæ fuerint. Pavo, quantumvis superbiat in gemmatâ syrmatis sui pompâ, quamprimum oculo non nihil demissiore in pedum suorum deformitatem reflectit, mox tristitiam contrahit, caudam demittit ac erubescit. Remedium est *Ad elidendas Diaboli tentationes*; Unde S. Vincentius Ferrerius Tract. de vitâ Spirit. sequens dat consilium: *Qui vult fugere laqueos & tentationes Diaboli, sentiat de te ipso sicut de uno corpore mortuo, pleno vermbus & male olenti, & sicut de uno cadavere, quod designatur videre & intueri, immo super quod claudit*

dit nares propter ejus pessimum odorem & factorem, & à quo avertit faciem, ut non videat tallem abominationem, Sic oportet, charissime ! facere semper mihi & tibi, sed plus mihi, quia tota vita mea fatida est, totus fatidus sum, & corpus meum & anima mea, & omnia quæ intrâ me sunt, face & putredine peccatorum & iniquitatum fatidissima & abominabilissima sunt : & quod deterius, quotidie hunc factorem in me sentio recentius & angustius revocari &c.

Remedium est & incitamentum Ad instituendum meliorem vitam. Sic S. Margarita de Cortonâ, Seraphici Ordinis nostri Magdalena, ad meliorem frugem rediit & tresipuit, dum Amasii sui corpus ab hostibus fædè transfossum, in foveâ sub struc' lignorum tumulatum indicio canis casualiter invenit: statim enim erroribus suis mutadique illecebris nuntium misit, ac stupenda penitentia opera usque ad finem vitæ per 23. annos exercuit. vide 22. Febru.



Monita morientium.

Moyses moriturus coram omni populo, ad tres milliones se extendente, locutus est verba carminis illius, quod Hebrei vocant *Summarium*, sive *Compendium totius Legis*. Tenor hujus Cantici exprimitur Deuteronomii cap. 32. ferrè per totum.

Josue moriturus populem ad Legem Dei fædere adstrinxit, & saxum ingens erexit, quod testis esset adversus eum, ne datam Deo fidem falleret.

David moriturus ad Salomonem filium & regni hæredem ait: *Ego ingredior viam universæ terra, confortare & esse Vir; & observa, ut custodias mandata Domini Dei tui.* 3. Reg. 2.

S. Bernardus moriens Fratres suos sic fuit allocutus. Hæc tria in vita servavi, quæ vobis commendabo. 1. Minus sensui meo, quam alterius credidi. 2. Læsus de lædente vindictam non expetivi. 3. Nemini scandalum dare volui, & si quando incidit, sedavi, ut potui.

S. Franciscus Seraphicus (ut refert S. Bonavent. cap. 14. vitæ) moriturus ajebat ad Fratres: *Ego, quod meum est, feci; quod vestrum est, Christus edoceat.* Datâ dein benedictione inter alia subjunxit: *Valete filii omnes in timore Domini, & permanete in eo semper.*

Con-

Constantius Pater Constantini Magni moriturus coronam filio imponens, ad eum & ad Senatum dixit: *Nunc mihi mors vitâ ipsâ dulcior est futura: nunc optatus adest obitus. Nam filium Imperatorem relinquo, qui Christianorum lacrymas absterget, & tyrannorum crudelitatem vindicabit.* Deinde ad multitudinem conversus bono animo esse jussit, qui à verâ in Christum pietate non descivissent, addiditque Christum deinceps cum Constantino in armis fore, ita ex Euseb. Baron. Tom. 2. An. Christi 306.

Theodosius Imperator moriturus vocavit filios Arcadium & Honorium, eosque ardenti affectu seriò exhortatus est, per salutem ipsorum & Republicæ obtestans, ut sua vestigia insequentes hoc sibi unicè curâ esse velint, quo fidei & pietatis doctrina pura & incorrupta conservaretur, & ad posteros propagaretur; in eo conatu nullis laboribus ac sumptibus parcerent; nam in hoc uno summam felicitatis esse positam; hâcque ratione unicâ, nec ullâ aliâ, rectè firmari pacem, confici bella, erigi trophæa, & parari victorias. Ita Theodor. L. 5. cap. 25. & alii.

S. Ludovicus Rex moriturus filio suo hoc præcepit: *Fili mi, ante omnia cura, ut diligas Deum: nemo enim potest salvus esse, nisi Deum*

Deum amer,
peccatum me
velis genera
lem perpet
peccata tua
farios, qui
quid vincere
tas, ut au
ta indicare
tem, obed
fis adiuctu
eius Pontif
morigerum
berni Gage
Philippo fili
qui: In ad
feverus, &
exerceas erg
que ad fini
monias non
Si quis ad
troveriam
sum, done
possideas re
tuis acceper
Polidori, ul
dubia recat,

Deum amet. Cave, ne unquam admittas peccatum mortiferum, sed omnia potius ferre velis genera tormentorum, quam aliquam tallem perpetrate culpam. Crebrò confitearis peccata tua, deligasque tibi sapientes Confessarios, qui te possint docere, quid agere, quid vitare te oporteat, coram illis ita te geras, ut audeant sincerè & reprehendere & vita indicare tibi. Parentibus tuis debes amorem, obedientiam & reverentiam. Semper sis addic tus & devotus Romanæ Ecclesiæ & ejus Pontifici haud secùs ac spirituali Patri te morigerum præbeas. Ita habet ejus vita & Robertus Gaguinus Li. 7. Histor. Franc. Idem Philippo filio hoc monitum testamento reliquit: In administrandâ Justitiâ sis rectus & severus, & ita, ut Leges præscribunt, eam exerceas erga subditos, neque ad dextram, neque ad sinistram deflectens: pauperum querimonias non rejicias, donec veritas innotescat. Si quis adversum te habet querelam vel controversiam, semper ab illo stes contrà te ipsum, donec rem certam comperias. Si quid possideas rei alienæ, etiamsi id à majoribus tuis acceperis, incunctanter restituas justo Possessori, ubi certò tibi constiterit: sin autem dubia restat, cura, ut Viri sapientes accuratè

&

& sine mora inquirant. Bellum, præsertim adversus quemlibet Christianum sine multo consilio vide ne suscipias. Si necessitas cogat suscipere. Ecclesias & insontes nullo patiaris damno affici. vide Cornel. in cap. 10. Eccli. v. 8.

Erricus Westgothorum Rex convocatis ad se Proceribus, prædixit, se ad nonum diem è vitâ mortali transiturum, impetravitque ab illis, ut Alaricum filium in Regni Solio collocarent. Ei moriens præcepit in primis, ut Deum diligenteret, Dei Ministros honoraret, sine consilio procerum fidelium nihil arduum tentaret, subditos amaret, Justitiam coleret, Clementiam servaret, omnibus se benignum & liberalem exhiberet &c. Testis est Joan. Magn. Li. 15. Histor. cap ultimo.

Philippus secundus Hispaniarum Rex moriens Anno 1600. Filio suo Philippo Tertio hæc commendavit: *Dens tibi magnam gratiam fecerit, si te ad eum gloriæ apicem, in quo me vidi, evexerit, & te sicut me prosperatit.* Te ex animo obtestor, ut cùm id assecutus fueris, hujus lecti, in quo me vides, & ubi omnis hujus mundi gloria sistit, memineris. Tibi commendo Sedis Apostolicæ obedientiam, Fidei Catholicæ protectionem, Religionis Christianæ zelum, Reipublicæ pacem,

&

et in fiducia
mea firmav-
hoc regnū
taverint. Vic-
Hoc ei-
(sive in vi-
tore datum
stantifimus
modatas cu-
bere curatio-
stium Magi-
injuriam a-
enim Equi-
quendū p-
re, quantū
persequendas
lūs cognosc-
tinudine sit,
enda acie is-
beat colloco-
rum suorum
tentias per
unumquem
pravos quid-
blica extorte-
tatis amantes
praficente id

& in subditos justitiam. Si Deus hæc consilia mea firmaverit, suum Regem non amiserit hoc regnum, sed solum cum fructu commutaverit. Vide Cornel. Deut. 31. in fine.

Huc etiam facit sapientissimum monitum (sive in vita, sive in morte) à Basilio Imperatore datum Leoni Filio Exhortat. cap. 30. Præstantissimus Medicorum ille est, qui accommodatas cuique morborum generi novit adhibere curationes: & Rex optimus, qui eos instituit Magistratus, qui à suis subjectis omnem injuriam arcere ac propulsare queant. Sicut enim Equisonis virtus propria est, equi cuiusque nōsse præstantiam; & Venatoris intelligere, quantum quisque canum cursu valeat ad persequendas feras; ac Imperatoris milites suos cognoscere, & quisque eorum quā fortitudine sit. perspectum habere, ut in instruendâ acie intelligat, quo quemque loco debat collocare: ita boni Regis est, subditorum suorum mores, animos, actus & sententias perdiscere, ut de singulis edoctus unumquemque sciat suo ordine disponere: ac pravos quidem & pestilentes homines à republica extorres ejicere: probos autem & veritatis amantes honoribus & publicis munieribus præficere. Idem cap. 62. Lectissimam esse regni

regni tui coronam statuit, innocentiam & bonam conscientiam, quâ te magis meliusque exornabis, quam sexcentis aliis ornamentis. Divitiæ infida quidem res est, & quæ facile dilabitur; gloria transit, robur corporis flaccescit, voluptates diffluunt: sola innocentia & boni mores in multas ætates protenduntur, & memoriam nominis æternam transmittunt ad posteros, quibus virtutem tuam æmulandam, quasi pharmacum adversus mala omnia, relinques, eosque & laudatores & imitatores tuæ administrationis efficies.

Scilurus, octoginta habens filios, moritus fasciculum telorum singulis porrexit, jussitque rumpere. Id cum singuli recusassent quasi impossibile, ipse singula exemit, itaque sigillatim facile confregit omnia, additque: *Si concordes fueritis, validi invictique manebitis; contrâ si dissidiis & seditione distrahamui, imbecilles eritis, & expugnatu faciles.* Plut.
in Apoph.



Mors quid est.

Mors à veteribus Dea credita est, Noctis & Erebi filia, quæ in mortales omnes vitæ necisque habet potestatem. Hanc Rōmani vocabant Libitinam, eoque Pro libitu suo quovis abripiat. Unde non nemo eam hoc Lemmate loquentem sttit: *Nemini parco*; Nam æquo pede pulsat pauperum tabernas, regumque turres, ut ait Horat. Li. 1. ode 4. Benè igitur de ea canit Ovidius Epist. ad Liviam:

Illa rapit juvenes, sustulit illa senes.

*Quaq; ruit, furibunda ruit, totumq; per orbe m
Fulminat & cecis caca triumphat equis.*

Mors est quasi Rex & Monarcha mundi invincibilis, omnia vincens, omnia subjugans, juxta illud Jobi 18, v. 14. *Calcet super eum quasi Rex interitus.* & Apocal. 6. v. 8. *Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors & infernus sequebatur eum, & datus est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame & morte.* ita Cornel. Eccles. 8. v. 8.

Saturnus senex, falce armatus, è propriis suis liberis unum devorat cum lemmate, *Edit, quos edidit.* Magna certè crudelitas! at non minor est crudelitas mortis, quæ nullo delectu, nullo habito respectu in omnes æqualiter sœvit,

omnesque devorat. Unde dicitur Psal. 48, v.
15. *Mors depascet eos.* & Eccli. 31. v. 34.
Quid defraudat vitam? Mors.

Secundus Philosophus interrogatus ab Adria-
no Imperatore: *Quid esset Mors?* respondit:
Æternus somnus, dissolutio corporum, divitium
pavor, pauperum desideritum, inevitabilis
eventus, incerta peregrinatio, latro hominis,
somnii pater, fuga vitae, vivorum discessio, re-
solutio omnium, ita Laërtius.

B. Alcuinus Laccus, disputatis cum Pipino
Caroli Magni filio, mortem ita describit: Mors
est inevitabilis eventus, incerta peregrinatio,
lacrymæ viventium, testamenti firmamentum,
latro hominis. Moris est naturæ lex, tributum
officiumque mortalium, malorumque omni-
um remedium. ita Seneca.

Mors ultima linea rerum est. Horat. I.
Epist. 17.

Queres: Quare Mors Apoc. 6. fungatur in-
sidere equo, & quidem pallido?

Respondet Viegas, Equo insidere mortem ob-
cursus sui velocitatem, quia ipsa non solum
homines consequitur, sed & sæpè præcurrit,
cum eorum spes quasi antevolans demolitur &
depascit. Equus autem est pallidus, vel quia
cadavera pallescunt, vel quia mors impiis est
pallida, seu metuenda.

Mors

Mors Medicus.

Plutarchus in Consol. ad Apollonium ita scripsit: *O Mors! pean Medicus accedas!* Quid hoc? ergone Mors est Medicus? ita sanè, idque verum est, tam quoad corpus, quam quoad animam, licet sub diverso respectu. Corpori medetur Mors, dum illud ab animâ separat, tunc enim cessant omnes molestiae, angustiae, morbi, dolores, quibus homo adhuc vivens affligebatur. Hac ratione dixit Seneca: *Mors omnium dolorum solutio.* item Euripedes: *Mors pharmacum.* denique Justus Lipsius: *Mors medicina malorum est.* Animæ vero medetur mors, dum ipsa adhuc est cum corpore conjuncta; sola enim mortis meditatione adeò efficax est, ut homines se in ea serio occupantes illicè à vitiis revocet, & ad virtutum sequentiam invitet. O præclarum, imò optimum Medicum! Pessimus fuit ille, qui solā nominis sui memoriam Phidonem vitâ privavit, de quo proinde sequens extat Nicarchi Epigramma: *Non clistere usus Phidon, tetigitve: sed ejus Nomen ut in febri commemini, perii.*

Non ita res sc̄ habet cum nostro Medico, cuius solum nomen, si mentinostræ recurrat, est remedium *Panchrestum*, id est, omnibus morbis conducibile: quinimò mors præmeditata,

ut ait Cassianus, *Vitiorum omnium est peremptoria.*

Sententias Ss. Patrum rem hanc probantes jam adduxi in Scenâ sub titulo: *Memoria mortis.* Procedamus nunc ad exempla, quæ refert Sandæus Li. 3, Theol. Medicæ commentat. 5. Symbol. 5. fol. 74. Fama est, ait, ab Alessandro Pontifice militem quendam longè flagitosissimum hoc medicamento curatum; cum enim miles pervicax omnem mulctam, pænitentiæ nomine catholico ritu ab illo indictam aversaretur, is annulum ei suum digito gestandum dedit satisfactionis vice, cù lege, ut quoties eum ipse intueretur, toties de suâ morte cogitatet: datam legem accepit miles durus, cumque diebus aliquot mandato Pontificis fuisse obsecutus, reversus ad Alexandrnm, paratum sedixit, quidlibet perferre ac pati. Hoc in milite, cuius ferociam emollivit mortis oleum. Admirabilius fortasse est, quod sequitur.

Matrona vanitatis mancipium, cum omnes à Confessario impositas pœnas recusaret, huic tandem, velut reliquis faciliori acquievit, ut, quoties manus, ebore nitidores, lavaret, secum ipsa diceret: *Carnem hanc depascent ali quando vermes.* Vix diebus aliquot levem hanc pænitentiam subierat, cum in aliam mutata

tot

tot brevi tempore enituit virtutibus, quot anteā sorduerat vitiis; & tam sancto præluxit exemplo, quām dedecoroso anteā offenderat.

Fuit vir Bononiæ, delicatus in paucis ac carni deditus, qui vitam omnibus delitiis affluenter agebat, quām mollis ad voluptatem, tam ad virtutem durus. Quod ad hunc emolliendum remedium: *Mortis meditatio*. Convenerit eum è D. Dominici familiâ Religiosus, & multa famihariter comiterque locutus digrediens unum monuit, ut scilicet sub noctem lectum ingressus cogitaret illud Prophetæ Isai. cap. 14. *Subter testernetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes*. Fecit ille, ut erat monitus: atquè ita altè cogitatum illud animo infedit, ut rebus omnibus abdicatis, homo anteā ad divina duxissimus, se Deo arctiorique vitæ obstrinxerit. Hæc & plura adfert Sandæus citatus. His addatur, quod ex Guillermo Baldesan. narrat le Blanc in Psal. 101. v. 24. n. 105. Quidam juvenis Italus vitiis deditus, pænitentiam omnem sibi datam à Confessario respuebat. Huic tandem dixit Confessarius, ut quartam saltem horæ partem poneret in hâc cogitatione: Jacere se in lecto mortuum, brachiis in crucis formam compositis, caput apposito ardente cereo, ad pectus crucifixi imagine. Paruit adolescens,

& divina gratia adfuit: Sic repente illustratus est, ut conspectâ fæditate totus solveretur in lacrymas, & postridie bene mane ad eundem Patrem accedens, miro cum dolore peccata sua defleret, & de vita emendatione serio cogitans, pro satisfactione & impositas penas acciperet, & majores ultrò assumeret, indeque initium vita melioris fecit. Ita ille. Ubi etiam à num. cit. usque ad n. 109. refert septem utilitates ex meditatione mortis provenientes, quas breviter & in compendio accipe modo sequenti.

1. Mortis meditatio à peccatis revocat.
2. Avocat ab amore terrenorum honorum.
3. Revocat ab amore terrenarum divitiarum.
4. Avocat ab amore corporearum delitiarum.
5. Dat constantiam in pénitentiâ.
6. Ferventes facit in operibus bonis.

7. Veram sapientiam docet, ac ei affinem humilitatem, quæ est primum omnium virtutum fundamentum. *Scientia* terrena inflat, teste Apostolo 1. ad Cor. 8. v. 1. Ast viva mortis contemplatio, ad instar remedii *Suppuratorii* aut *Disciforii*, tumorem illum attenuat & corrumpt; si enim mortis memoria bene applicetur vel sumatur, agnoscat homo, unum omnes scire, quod nihil scient; sapientiam humana appellari posse stultitiam, scientiam igno-

ran-

rantium, doctrinam inscitiam, ait Sandæus citat. Symb. 6. fol. 75. ubi per singulas discurrendo scientias ita pergit: GRAMMATICUS scilicet superbiat, qui etiam si ad Prisciani. Diomedis, Donati, Servii cognitionem pervenerit, nunquam eò attinget, ut Mortem declinare possit: quam si declinabilem in Scholis docuit, indeclinabilem in fatali lecto experietur. Ex lecto ad lethum. Cætera declinabit fortasse, hic deficiet, tumuloque inscribere poterit:

Grammaticam multos didici, docnique per annos,

Declinare tamen non potui: MORITUR.

ORATOR in foro triumphare solitus infletur; subsidet tumor ad mortis conspectum, & impotentiam fatebitur, quod, qui à cæteris omnia, à morte nihil impetrare valeat.

LOGICUS fidat captiosis ratiunculis, inflescat argumentandi argutiâ; compellat multos ad confessionem inscitiae: Mortem contempletur & illius elenchos, sentiet se superatum, & alia omnia circumspiciet. Mors omnes in saccum cogit, quod tantoperè exhorrescit dialeucus. Mortis vel sola memoria efficere potuit, ut exclamaret nobilis Logicus:

Linguo coar rans, cras corvis, vanaque vanis:

Ad Logicam pergo, qua Mortis non timet ergo;

ARITHMEDICUS intumescat, quod stellarum multitudinem, arenarum maris numerositatem colligat: Inscitiam Mors arguet, ostendens, quod netciat Numerum dierum suorum, nec sciat, quid desit tibi. Psal. 38.

MEDICUS alibi expertissimi titulo gaudens, & fortasse superbiens, ob merum mixtum in Reges imperium, hic caput submitit, & inexpertum se fatetur, clamatque:

Contrà vim mortis non est medicamen in hortis.

LEGUM PERITUS in tribunalibus fasces versare assuetus hic submittet, nullis exceptionibus, comperendi nationibus, vadimoniis, elusionibus, glossis, interpretationibus, legibus se huic judici resistere posse animadvertis.

THEOLOGUS alta speculetur, còque in altum efferatur: Hic deprimetur illico, & vanam esse præsumptionem suam discet. O præclarum pro viris doctis, imò omnium hominum genere Medicamentum! hucusque ille. Quis ergò non dixerit beatos, qui assidue jam dicto utuntur medicamine? Tales igitur dic illos Religiosos, de quibus Procopius Cæsariensis de ædificiis Justinian. Imperat. ait: *Montem Sinai Monachi incolunt, quorum vita sedula quedam mortis meditatio est.*

Mors

Mors Medicus.

Celebris quidam Verbi Divini, quod ad populum Parisiis exponebat, Orator solitus erat, quadraginta dierum esurialium tempore subinde ad alias excurrere civitates, ut populum è suggestu ad vitiorum fugam, & virtutum adhortaretur exercitia. Itaque exente quadragesimâ Matrona quædam, magis spectatae formæ, quam vitæ, nobilis ut sanguine, sic & libidine, cum Patrem abitum ultimum salutaret, obsecravit impensè & flagitavit importunè, ut proximâ, quâ redit vice, secum conferret Speculum Parisiense. Hoc se factum sanctè promisit Vir iste Religiosus, & quam fuit in promittendo liberalis, tam fuit in præstando fidelis. Quapropter elapsis aliquot mensibus, cum ad illius Matronæ rediret ædes, contulit secum speculum, non vitreum, sed osseum; non sumptum in foro à mercatoribus, sed è cœmiterio à Vespillonibus. Ingessus domum, jubet per Dominam convocari omnes domesticos, afferens se contulisse Speculum Parisiense exquisitissimi artificii. Illa de munere læta præcipit actutum adesse filias, famulos, ancillas, omnesque contubernales. Tum Vir Religiosus amoto, quo speculum texerat, velo producit in omnium conspectum

HORRIFICAM CALVARIAM. Post hæc
ipse nervosâ & aculeatâ oratione ad hoc specta-
culum pupugit spectantes. Tu, ait, o Domina !
speculum flagitâsti, en speculum aptum, non
concinnandis crinibus, sed reformatis mori-
bus. Fuit illa olim, quod tu es modò : ubi jam
sunt geminæ sine lumine cavernæ, fuerunt
quondam blandæ ocolorum pupillæ : cranium
illud depile exornavit crispata calamistris cæ-
saries : circa oculos jam effossos roseæ rubuc-
runt genæ : circa dentes fuerunt corallina la-
bia, intus lenocinans lingua. Quod tu es mo-
dò, fuit illa : eris & tu brevi, quod illa est
modò. Simul ad hæc verba & obstupuere, &
conticuere omnes. Hujus speculi aspectus fuit
aspicientium salus ; sed illa præ cæteris Domi-
na, quæ speculi obtinendi erat præ cæteris cu-
pjida, sprevit præsentia, & cœpit cogitare fu-
tura. Ecce ! quam verè dixerit S. Ambrosius:
*Mortis meditatio est mors vitiorum, & vita
virtutum.* Item S. Basilius Hom. 11. in Gen.
*Viva mortis meditatio est contra omne peccatum
amuletum, & salutare alexipharmacum.* Mor-
tis meditatio est speculum minimè fallax : Ta-
lem in eo se quisque reperiet, qualis fuerit, ait S.
Bern. serm. 1. de 7. panibus. Speculetur, ait
S. Aug. tom. 9. Specul. peccatoris, in hoc
speculo peccator speciem suam consideret diligenter,
unde veniat, & quid sit, quo vadat. &c. Fuit

Fuit jam olim in scholis ventilata illa quæstio: *Quid sit mors?* in quâ itum est in varias sententias. Sophocles ad eam respondit: *Mors ultimus est morborum Medicus.* Benè, optimè. Non tantū morborum, sed & omnium mundi miseriarum ultimus Medicus est Mors. *Tantis malis* (ait S. Ambros. Li. 1. in cap. 7. Job.) *hæc vita repleta est, ut comparatione illius mors remedium esse putetur, non pena.* Consentit Seneca in Sententiis dicens: *Bona mors est hominis vita, qua extinguit mala.* Vita hæc adeò misera est, ut S. Aug. Li. 1. Confess. cap. 6. dicat: *Nescio, unde venerim huc, in istam mortalem vitam, an mortem vitalem nescio.* Simonides dicit, esse infinitas mortalium sortes & inexplicabiles calamitates. Hæ in omni loco occurunt & inveniunt, quos quærunt. Nullum est vitæ genus, quod homines à calamitate eximat. Ne Heroes quidem & Semidei Deorum filii vitam traxerunt sine labore, ut ait Simonides. Omnibus his miseriis finem imponit Mors beata; hanc enim consequitur requies sempiterna, quam considerans S. Bern, serm. 2. in festo omnium SS. eos sic alloquitur: *Quanta est felicitas eorum, quam immensa letitia, qui nimirum triplici gudio, de recordatione transactæ virtutis, de exhibitione presentis quietis, & de certa delectatione futura consummationis exultant.*

Hoc

Hoc, quod mortem homines vocant, id ipsum est immortalitatis initium & futurae vitae procreatio, ait Maximus Tyrius Platonicus serm. 25. De hac Justorum vitâ agens S. Gregor. Nys. orat. 1. in Restar. Christi pag. 816. ait: *Venit vitæ regnum, & sicutum est mortis imperium. Apparuit alia generatio, alia vita, aliud vivendi modus, quam hæc generatio. Que non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo facta est. O quam felices sunt ii, qui ita in altera vitâ regenerantur! Quales illuc cælestium regnorum voluptates, sine timore moriendi, & cum aeternitate vivendi! quam summa & perpetua felicitas!* ait S. Cyprianus Tractatu de mortalitate. Nulla ibi infirmitas, nulla tribulatio, nulla miseria amplius est timenda, quoniam priora transferunt. Nec Medico, nec medicinâ tunc amplius indigemus, quia Medicus non est opus bene valentibus, sed male habentibus. Math. 9. v. 12. *O regnum verè beatum, carens morte, vacans sine fine, cui nulla tempora succedunt per ævum, ubi continuus sine nocte dies nescit habere tempus, ubi victor miles illis hymnidicis sociatus Angelorum Choris cantat Deo sine cessatione Cantionum de Canticis Sion, nobile perpetuò caput amplectente Coronâ.* S. August. in medit. cap. 22. Car-

Carmina ad rem.

Quid est Mors?

I.

- Principium est somni, fur vitæ, terminus omni :
 Justis læta dies ac per amæna quies.
 2. Adam primus homo dasnavit sæcula pomo,
 Hinc hominis finis Mors, dolor, umbra, cinis.
 3. Dum tumulum cernis, cur non mortalia sper-
 nis ?

Hac habitare domo cogitur omnis homo.

4. Dic homo vas cinerum, quid confert flos fa-
 cietum ?

Copia quid rerum? mors ultima meta dierum
 Flores? marcesces. Andis? surdesces.

5. Editus in lucem nudus sum, nudus abibo :

Quid frustra fudo funera nuda videns ?
 ita Lucianus apud Maxim. serm. 12.

6. Pulvis & umbra sumus : pulvis nihil est nisi
 fumus :

At nihil est fumus, nos nihil ergo sumus.
 ita Lyricus.

7. Longæ facta moræ punctus rapit unicus horæ :

Mors pede cuncta terit, falce furente ferit.

8. Obvia vita venit morti, mors obvia vitæ,

Sic homo per paucos vivit in orbe dies.

9. Medicunt homines sicciam sine sanguine mo-
 lem,

Pascitur humano tamen hæc mea sanguine
moles.

10. Esse fuisse fore tria florida sunt sine flore;
Nam simul omne perit, quod fuit est & erit.

Quod fuit est & erit perit articulo brevis horæ :
Ergò quid prodest esse, fuisse, fore?

11. Quod fuit h̄ic pulchrum, velat sub rupe se-
pulchrum,

Hinc putor vorat, vermis & ossa vorat.

12. Sicut aquæ ductus subito rapit obvia flum̄is:
Sic mors dira capit, obvia queque rapit.

13. Expulit è cellâ per multos sœva procella:
Plutes falee tulit atropos, orbe pulit.

14. Vix orimus, morimus, sensimque perimus
& imus:

Et quò nescimus, sed tamen imus: eo.

15. Hic nihil est tutum, manet æquâ lege sta-
tutum:

Post ortum finis, consequiturque cinis.

16. Præterit iste dies, nescitur origo secundi.
An labor, an requies, sic transiit gloria mundi.

17. Damna fleo rerum, sed plus fleo damna
dierum:

Rex poterit rebus succurrere, nemo diebus.

18. Mors est latro vafer, faciens informe cada-
ver,

Fert necis horrorem, tollit vitæque decorem.

Na-

Navi Homo similis.

Quemadmodum Prophetarum maximus Moyles, dum adhuc esset trium mensium infantulus, scirpeæ fiscellæ, id est arculae ex juncis quasi viminibus contextæ, & exterius ad aquam arcendam pice & bitumine oblitæ inclusus, ac in carecto ripæ fluminis expositus est, Exodi 2. Ita & omnes nos homines, eò ipso, quò nascimur, statim periculoso mundi pelago exponimur. At longè periculosior, ac diuturnior est nostra navigatio, quam fuerit illa Moysis in flumine expositio. Scirpea Moysis fiscella non fuit projecta in medium flu men, ut voluit Josephus, sed fuit exposita in loco palustri & stagnante ex Nili aquis, densis tamen juncis & caricibus septo, ita ut arca & infans in eâ expositus, aquatum impetu abripi non posset: Ast vitæ nostræ navicula medias inter procellas medium per mare deportatur, ac sàpè sàpiùs ad Syrtes & scopulos alliditur. Moyles brevi temporis spatio in flumine fuit expositus, ac posteà statim iussu regiæ Pharaonis filiæ creptus: Ast nos toto vitæ nostro cursu ventorum ac fluctuum impetu jactari non cessamus.

Mundus est Mare.

Mare in figurâ dicitur sæculum hoc sal sedi ne amarum , procellis turbulentum , ubi homines cupiditatibus perversis & pravis faci sunt velut pisces se invicem devorantes . Attende mare malum , mare fluctibus sœvum . S. August. in Psal. 64.

Attendite sæculum quasi mare . Amas sæculum ? absorbebit te . Amatores suos vorare novit , non portare . S. August. serm. 11. de verb. Dom.

Vide quæso , quomodo hominum res mare imitantur , quomodo illius tempestate vita hæc nostra implicatur , quomodo diutius & sœpius , quam aqua in terrâ , tempestate jaëtamur ; quomodo vehementius inter nos quam venti collidimur ; quomodo pecuniae quasi clypei inter nos committunt , & quasi in tempestate maris huc atque illuc impellimur . S. Chrysost. Hom. in Psal. 38.

Naufragos in hanc vitam quidam naturæ fluctus expulit . S. Ambros. orat. de obitu Theodosii Imperat.

Quid mare , nisi præsens sæculum signat , quod se casuum tumultibus , & undis viræ corruptibilis illidit : quid per soliditatem littoris , nisi la perpetuitas quietis æternæ figuratur . S. Gregor. Hom. 24. in Evang.

Ma-

Maris Pericula.

Qui navigant mare, enarrent pericula ejus,
& audientes auribus nostris admirabimur
Eccl. 43. v. 26.

Quisquis mare navigat, aut insanit, aut mendicus est, aut mori cupit. Ex his tribus fieri non potest, quin unum saltem verum sit. Alexides apud Stobaeum serm. 59.

Aristoteles *Viros nauticos vocat bis mortuos,*
quod nunquam de vita sint securi, donec ad portum pervenerint.

Seneca ait, Navigantes incedere inter vitæ mortisque vias.

Anacharses dicebat, eos quatuor tantum digitis (quibus navis mari eminent) à morte distare. ita Laertius.

Cropilus Platonis discipulus domus paternæ fenestras mare spectantes clausit. Rogatus, cur ajebat: Aequora respicere nolo, ne cupiat illa animus descendere. Insipientem enim magis decet navigare, quam sapientem, nam terram Deus hominibus, aërem avibus, aquam piscibus assignavit.

Cato ajebat, se trium pænitere. *1mo* quod ullo die in hac vita tam fragili mansisset intestatus. *2do* quod foeminae secretum credidisset. *3to* quod mari se commisisset eoque navigasset, quo poterat terrestri itinere proficiisci. Plutarchus. Pe-

Pericula Mundi.

Mundus hic mare est continuis jactatum & infremens tempestatibus, hiantique ore multos quotidie absorbens, ait Le Blanc in illud Psal. 123. v. 3. *Forfitan aqua absorbuisset nos.* In hoc mari fluctus varii sunt & vehementes, hinc clamabat David Psal. 68. v. 4. *Veni in altitudinem maris & tempestas demersit me.* Audiamus etiam Senecam in consol. ad Polybitum cap. 28, ita scribentem: Omnis vita supplicium est. In hoc profundum inquietumque projecti mare, alternis aestibus reciprocum, & modò allevans nos subitis incrementis, modò majoribus damnis deserens assidueque jactans nunquam stabili consistimus loco, pendemus & fluctuamus & alter in alterum illidimur, & aliquando naufragium facimus, semper timemus. Rupertus in illud Thienorum 2. v. 13. *Magna est velut mare contritio tua,* ait: Quicunque accedit ad medendum tuis malis & fluctibus, persecutionum & mortis patitur naufragium.

Mare est hoc saeculum plenum temptationibus & periculis, ubi Diabolicæ sine numero serpere probantur insidiæ, malitiæque Dæmonum velut quibusdam fluctibus animarum instabilitas

com-

commovetur. Mare enim ipsuni reddunt, dum naufragare compellunt; quia non est dubium, illum undas immanissimas pati, qui mergitur gurgite peccatorum.

Piraterium est vita hominis super terram. Piraterium habitaculum Piratarum est. Tamdiu ergo in Piraterio sumus, quamdiu in hac carne positi prædonum spiritualium temptationibus subiacemus. S. Maximus de non timendis hosti- bus carnalibus.

S. Bernardus serm. de B. V. Mariæ triplex profert diluvium, nempè iniquitatum, adversatum hujus vitæ, & calamitatum gehennæ.

Plena omnia periculis, plena laqueis, incitan-
t cupiditates, insidiantur illecebræ, blan-
diuntur lucra, damna deterrent; amaræ sunt
obloquentum linguae, nec semper veracia sunt
ora laudantium. S. Leo serm. 5. de quadrag.

Ubique prætenti sunt laquei, ubique stricti
sunt gladii, inter insidias & pugnas vita transi-
gitur & per ignes doloso cineri suppositos am-
bulamus. S. Paulinus Epist. de Gazophilacio.

Ignoras, quia in medio laqueorum ingre-
deris? quid est in medio laquerum? in viâ
Christi & hinc laquei, & hinc laquei, laquei
à dextris, & laquei à sinistris &c. S. August.
in Pial. 141.

Vita est quasi Navis.

Vita nostra *Facta est quasi navis institoris.*
Prov. 31. v. 14.

Dies mei velociores fuerunt cursore; fugerunt & non viderunt bonum. Pertransierunt *Quasi naves poma portantes.* Jobi 9. v. 26. Vita nostra est navis in mari vestigium non habens. Gregor. Nazi. orat. 10. Vita nostra naviganti similis est; is qui navigat, stat, sedet, jacet, vadit, quia impulsu navis ducitur: ita & nos sumus, qui sive vigilantes, sive dormientes, sive tacentes, sive loquentes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus. S. Gregor. Li. 6. Epist. 26.

Idem omnes mare navigamus, & corpora nostra ejus fluctus fulcant veluti navigia, quæ animæ perinde ac Naucleri gubernant: Ex his autem naviis aliqua tam fortia, tam bene compacta sunt, ut perfacile scindant impetu maris undas, & per medios fluctus absque detrimento pertranseant ad portum exoptatum; tam alia fragilia, ut passim de salute periclitentur. Gaude ergò Anastasia! et si enim tua ista navigatio non sine maximis tempestatibus & periculis agitur, brevi atque feliciter cursus navigationis tuæ finietur, atque in portum exoptatum, Christo fruitura cum martyrii palmâ pervenies. ita S. Chrysogon, ad Anastas.

In-

Instr
P
nem na
ef & inclabi
luminium,
per curio
malum &c
ristabulaz
vi, quibus
sententia
etotum,
tur in se
bule exc
meditatio
significat
spacanda
qua exten
fuerunt.
rum; de
similares
Chorde
chora eff
titur, per
flante ven
bunne mar
nostra con
tin. Hac &
Monsal, se

Instrumenta nautica.

PRæfens sæculum mare est, ad similitudinem namque maris fætet, tumet, falsum est & instabile, ait Hugo à S. Victore. Fætet per luxuriam, tumet per superbiam, instabile est per curiositatem. Oportet nos habere navem, malum &c. Navis significat fidem: Isteius navis tabulæ sunt sacræ Scripturæ sententiae. Clavi, quibus istæ tabulæ compinguntur, id est sententiae conjunguntur, authoritates sunt Sanctorum, quibus concordant ea, quæ continentur in serie duorum Testamentorum. Istæ tabulæ exciduntur per lectionem, dolantur per meditationem. Malus, qui in altum erigitur, significat spem, per quam levamur ad cælestia quærenda & sapienda &c. Velum charitas est, quæ extenditur antrorsum, dextrorsum, sinistrorsum. Antrorsum per desiderium futurorum; dextrorsum per dilectionem amicorum; sinistrorsum per dilectionem inimicorum &c. Chordæ sunt virtutes. Aquæ sunt populi. Anchora est humilitas nostra, quæ ad ima demittitur, per quam navis nostra stabilitur, ne forte, flante vento diabolicarum tentationum & turbante mare cogitationum nostrarum, navis nostra concurtiatur & in profundum demergatur. Hæc & alia habet Hugo Victorinus Institut. Monast, serm. 4.

An-

Anchora & Velum.

Confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus, animæ tutam ac firmam, ait Apostolus ad Hebr. 6. v. 18. In quem locum S. Laurentius Justinianus opportunè ita scribit: Spes est Anchora animæ, cam servans, ne procellis tentacionis irrumptatur. Igitur si te videris fluctuare in mari isto, noli divelli ab hâc anchorâ, antequam intres portum. Aliam adhuc anchoram in omni suâ calamitate habuit devotissimus Theoleptus, nempe auxiliarem virginis Mariæ dexteram, ad quam piissimæ ejus voces hæ erant: *Ad opem tuam cœn ad petram tutamque anchoram, immaculata virgo! configio. Ne me repelle, sed toties in peccata lapsum erige.*

Navigium, velis è secundo vento turgentibus, geminum hoc adverbium instar lemmatis præfert: *Properè* & *prosperè*. ita homo, afflante Dei adjutorio, felices ac velocios rerum suarum progressus facit, donec tandem ad portum optatum perveniat & appellat. Econtrà verò, si vela ex vento nimium inflentur, mergitur. Unde ei additur Epigraphe: *Si tumeas, timeas, nam ex ambitione & arrogantiâ plurimum periculi nobis accersimus, quia Deus superbis resistit, & sequitur superbos ultiō tergo Deus.*

Nau-

Nauclerus Homo.

Navis quidem est anima, ratio gubernator,
clavus sollicitudo &c. ait Hugo Cardinalis. Ratio ergo & mens humana habet se adin-
star Naucleri: Sicut enim Navarchus assistit
navi, ut eam regat; sic ratio & mens assistit
corpori & homini, utilium dirigat, ait Plato.
Vis scire officia Naucleri? observa sequentia.

Primò: Nauclerus sedet ad gubernaculum,
puta ad clavum navis, ut eum possidere videa-
tur. Quamdiu Nauclerus clavum retinet, abest
omne naufragandi periculum, quia clavo po-
test navim dirigere, in quamcunque demum
partem voluerit. Sic etiam, quamdiu ratione
agitur, quamdu ratio prædominatur, quoad
hominem omnia prosperè procedunt: Quam-
primùm autem clavus amittitur, navis agitur
in tuples, scyllas & charybdes, quibus eliditur
vel circumrotatur & mergitur. Unde pulchrè
S.Gregor. parte 3.Pastor. admonit. 33. *Clavum*
gubernator amittit, quando mens ad regendum
navem corporis studium sollicitudinis perdit.
Clavum quippe in mari amittere, est intentio-
nem providam inter procellas hujus sæculi non te-
nere.

Secundo: Nauclerum vigilem esse oportet.
Quod si dormire incipiat, non sentit piratas,

cæteraque necis discrimina. Sic etiam est cum homine, de quo Hugo: Dormit in medio mari, id est in vitâ pœlenti, cuius fluctus & sollicitudines, & desideria multos submergunt, Sopitus gubernator amissò clavo remigis, id est studio sollicitudinis.... verberaverunt me Dæmones temptationibus, illusionibus, quæ sunt verbera spiritualia; sed non dolui, non sensi, velignoravi. Traxerunt me in vitia fæculi, in funiculis vanitatis & voluptatis, & ego non sensi, quia omnis peccator quasi ebrius vino voluptatis palatum cordis omnino emortuum habet, nec spiritualia vulnera, nec delectationem cordis sentit. Hæc ille.

Tertio: Nauclerus sedens ad clavum circumspicit totam navim, omnibusque & singulis tam personis quam rebus prospicit, providetque. Navigantes cum homine sunt sensus & corporis membra, quibus omnibus prospiciendum & providendum quoad necessaria ad salutem tam temporalem, quam spiritualem.

Quarto: Nauclerus in periculo naufragii exonerat navem, omniaque ejicit, quæ navim possent gravare. Sic etiam ratio humana debet ejicere omnes pravas affectiones, ne navis iisdem gravata submergatur in profundum abyssi.

Nau-

Naufragium

Navis est currus marinus, quo multi merguntur, ait Cornel. in cap. 5. Sapient. ¶ 10. Nota est historia Jonæ natantis & navigantis in ventre Ceti, & ad Deum suspirantis cap. 2. *Circumdederunt me aquæ usque ad animam, abyssus vallavit me, pelagus operuit caput meum &c.* dicitur etiam Math. 8. *Motus magnus factus est in mari, ita ut Navicula operiretur fluctibus.* Tot ac tantæ sunt vita hujus tempestates, ut omni die, in modo omni momento, animæ nostræ navicula manifesto naufragii periculo sit exposita. Cautè ergo & providè cuilibet est navigandum. Julianus Archi-Episcopus Toletanus commentat. in Nahum Prophet. ita scribit: Quatuor sunt animæ tempestates, & quatuor turbines ipsius. Prima est vitiorum, secunda negotiorum, tertia tentationum, quarta utilium affectionum. Prima ergo est iræ, secunda miseriæ, tertia justitiæ, quarta gratiæ. Prima virtutum grandinat florem, secunda conscientiæ pessundat honorem, tertia contemplationis suavissimum fugat odorem, quarta ad cœlestium provehit ardenter amorem. Prima est à Diabolo, secunda à mundo, tertia à miseriæ debito, quarta à Deo &c.

Mors est Portus.

Mors est Portus aeternæ placidus quietis. Seneca.

In hoc tam procelloso & in omnes tempestates exposito mari navigantibus nullus portus, nisi mortis est. Seneca in consolat. ad Polybium cap. 28.

Mors omnium mortalium portus est. Sodalis apud Stobæum serm. 121.

Quod navigantibus portus tranquillus est, hoc iis, qui hujus vitæ procellis agitantur, migratio ad alteram vitam existit. S. Gregor. Nazianz. orat. 19. de obitu Patris sui.

O Mors pæan Medicus accedas ! Portus enim procul dubio unicus es per terrarum orbem. Plutarch. in consolat. ad Apollonium.

Mors portus tutissimus. Plinius.

Mors medicina malorum est, & in mundo refugium, & hic fluctibus portus. Just. Lipsi. Inter undas sæculi adversantis & immundorum flatus Spirituum ad quietem patriæ cælestis quasi ad fidam littoris stationem pervenire conatur. Ven. Beda Li. 2. cap. 28. in c. 6. Marcitom. §.

Enavigavit ex terrarum syrtibus & vite hujus scopulos prætervectus in optatissimo portu conquiescit. Apulejus.

Plenam cælestibus divitiis & æternis mercibus navem optato in littore collocavit. S. Maxim.

Nundinis comparatur Vita.

A Spicio genus humanum ab ortu solis usque ad occasum hujus mundi Nundinas perambulare, alios divitias querere, alios honoribus inhiare, alios favorabilis auræ suavitate captari: Sed quid de divitiis? nonne cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore amittuntur? thesaurizas & ignoras, cui congregabis ista. Vide, quantum laborem pro perituriis divitiis assumpsisti, transis maria, & alium tibi orbem aperis navigando, secundum sapientem tribus dignitis distans à morte, patriam fugis, relinquis parentes, divelleris ab uxore, filios nescis, & omnium necessitudinum oblitus, queris ut acquiras, acquiris ut perdas, perdis ut doleas. Filii hominum, usquequā gravi corde? ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? quæ est ista dementia filii Adam, circuire maria, perambulare terras, rapi extrā mundum, in laboribus plurimis, in vigiliis, in jejunii crebris, in mortibus frequenter? ecce quales divitiae! Sed quid de honoribus? in sublimi loco positus es. Dūcem te constituerunt. Vide, si non à Deo constitwendus es, ab hominibus spectandus, ab omnibus lacerandus. Si miles es, excubas ante limina Principis, ut principatum acquiras,

& ferrato vestitus amictu , prop̄ior es vulneri ,
quām honori , morti quām vitæ , periculo
quām præmio. Si de forte Domini , nonne
Episcopus Romanum Pontificem , Archi-Dia-
conus vel Diaconus Episcopum pertimescit ?
nunquid in honore sine dolore , in prælatione
sine tribulatiōne , in sublimitate sine vanitate
esse quis potest? Ecce quales honores ! Quid
autem de gloriâ? gloria tibi unde , fætide pul-
vis , limus terræ , vas in contumeliam ? non
tibi , non tibi , sed nominis Domini da gloriam.
Illi permitte gloriam suam , qui glorioſus est in
Sanctis suis. Illum lauda , quem laudant an-
geli in cælis. Nunquid & ipsa inanis gloria ,
quæ nihil aliud est , quam aurum inflatio va-
na , quæ haberi vix potest sine invidiâ ? Respi-
ce , quos antecedis & cogita , quia omnibus
invidiæ semina præbuisti. Omnes ergo adver-
sūm te torvis luminibus inflammantur , tuâ fe-
licitate torquentur , tuâ uruntur gloriâ. Ecce
unde glorioſus , inde odiosus ; unde sublimis ,
inde humilis , inde follicitus , unde securus.
Vides ergo , quām vanè conturbatur omnis ho-
mo. Haec sunt mercimonia , quæ inveniuntur
in regione dissimilitudinis. Prudens ergo
Negotiator , qui videt in divitiis laborem , in
honoribus pænam , invidiam in gloriâ , facit
far-

sarcinam suam mundi contemptum & fugit. ita
S. Bernard serm. de quinque negotiationibus.

Pythagoras teste Cicerone Tuscul. 5. Dixit vitam humanam similem esse nundinis, quæ in publicis ludis, toto græciæ concursu celebra-bantur, ad quas confluebant omnes, hi ut emerent, illi ut venderent. Simili modo S. Gregor. Nazianz. in Tetrastyche dixit, vitam hanc esse mercaturam spiritualem, in quâ cui-libet emere liceat merces virtutum, quibus vi-vat in futuro sæculo. Verba ejus hæc sunt:
Hanc esse vitam nundinas, credas velim;

Negotiari si scias, lucrum feres.

Caduca mutans commodis perennibus, post tempus illud alterum non suppetet. Sic etiam S. Chrysost. Hom. 5. de Paenit. ait: Nundinæ no-bis mirabiles sunt, quamdiu nundinæ perdu-rant, Salutem emamus.

Vita nostra est quasi mercatus, cuius dies cum abierit, tempus amplius non erit emendi, quæ velis. Nazianz. in Sentent. Negotiatur cum minori Dei gratiâ, ut majorem emamus & comparemus. Ita Abbas Joachim in illud Apoc. 3. Dat Deus gratiam pro gratiâ.

Merceſ emendæ.

ANacharsis, teste Laërtio, dicere solebat, forum yenalitium esse forum impostorum, utpote destinatum ad fallendum invicem. Talis impostor est Diabolus, de quo S. Bonaventura ita ait: Diabolus mercator ostendit fatuo emptori solum caput panni, id est delectationem culpæ, non medium, id est remor sum conscientiæ, vel finem, id est pænam gehennæ. Siergò, O homo! non velis decipi, noli accedere hunc impostorem: Accede potius Christum, qui te Apocal. 3. v. 18. invitat dicens: *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, ut locuples sis.* Sed quodnam est hoc aurum? Richardus, Beda & alii per aurum hoc intelligunt charitatem, quæ ignita & probata est, id est, pura & defæcata ab hypocrisi, & à scoriis cupiditatis, ardens & fervens. Sed quo pretio emendum est? Emite sine argento, neque enim pretium quæsivit à nobis, qui pro nobis sanguinis sui pretium solvit, ait S. Ambrosius Li. de Joseph Patriarchâ cap. 7. Nihilominus benè suadet Rupertus: Hoc aurum eme pretio piæ confessionis, & jugi memoriam propriæ fragilitatis, semper memorando, quid ex te sis, quid à Deo acceperis.

Oran-

Orandum pro Defunctis.

Non mihi sapienter, quam charitable mo-
nuit clam Salomon Prov. 6. v. 3. & 4.
dicens: *Dicurre, festina, suscita amicum tuum.*
Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebra tua. Monitum hoc salutare in omni-
um ore & corde versari deberet, idque non
tantum in necessitate corporali, sed etiam &
maxime quidem in spirituali. Unde Hugo Flo-
rentinus serm. 2. de animabus dictum textum
pulcherrime sic explicat: *Discurre per collegia Sanctorum, ab eis petens liberationem fide-
lium defunctorum; festina, ne morte præoc-
cupatus gemas & desreas, te fuisse negligentem,
non soluisse promissum.* Unde & sequitur:
*Suscita amicum tuum, hoc est fidelem in hoc
pondere pœnarum quasi sepultum, ut resusci-
tatus ascendat ad gloriam Sanctorum.*

Cantipratanus eo fine, ut animabus in pur-
gatorio subveniamus, erexit castrum doloris
septem pyramidum, quibus inscripsit per ordi-
nem sequens carmen:

*Fle, pete, jejuna, vigila, da, redde, celebra.
His nimis particulis assignare voluit opera,
quibus animæ defunctorum, in flammis piacu-
laribus existentes, redimi possent. His etenim
subvenire possumus lacrymis pœnitentiae, ora-
tione, jejuniis, Eliemolynis &c.*

In omnibus operibus nostris commendat nobis Sapiens velocitatem. Eccli. 31. v. 27. dicens: *In omnibus operibus tuis es velox.* At quibus, amabo te, in operibus velociores esse nos convenit, quam ut liberis, patentibus, propinquis nostris, summis in adversitatibus, praesenti in dilectione, in flagranti incendio succurramus. Engelgrave in Pantheon celesti Emblem. 40. §. 2.

Plutarchus in politicis Praeceptis assertit, tempora quædam olim fuisse, in quæ ingredi nefas fuerit, nisi auro ante fores posito. Sancti nostri ad templorum fores aurum argentumque distribuant templum aditum, ait Aloys. Novar. Li. 5. Electorum cap. 113. n. 950. Dum ergo, O Christiane! accedis templum, autem argentumque, puta elemosynam, in solarium defunctorum distribue. Traefis tunc ordinariè cæmiterium, ubi animæ defunctorum, velut mendicantes ante fores Ecclesie sedentes, continuo clamant, & ingemiscunt illud Jobi 19. v. 21. *Miseremini, miseremini mei, saltem vos amici mei.* Quod si non possis distribuere pauperibus adhuc viventibus elemosynam, elargire saltem defunctis, quorum animæ in purgatorio tormentantur; haec enim opem & auxilium tuum implorant, ut eò citius liberentur.

Sen.

Sententiæ.

Judas vir fortissimus factâ collatione duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, benè & religiosè de Resurrectione cogitans (nisi enim eos, qui ceciderant, resurrectos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis) & quia considerabat, quòd hi, qui cum pietate dormitionem accepérant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est, cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. 2. Mach. 12. Faciat Dominus vobiscum misericordiam, sicut fecisti cum mortuis, Ruth 1. cap. v. 8.

Festina, luscita amicum tuum. Prov. 6. v. 3. Mortuo non prohibeas gratiam. Eccli. 7. v. 37. In hunc locum Cornelius à Lapide ita loquitur: Multiplex beneficium mortuo debetur. Primum funeris & sepulturæ, iiii quo mii è lauda. tur Tobias... Secunda & potissima gratia, sive beneficium mortuis exhibendum est oratio, sacrificia & suffragia pro eorum salute, ut à paenitentia purgatorii liberentur, & Dei visione cœloque donentur, uti fecit Judas Machabæus. Tertia gratia est, ut eorū in memoria & monumenta conserventur, ac fama & honor defendatur &c. Memento vincitorum, tanquam & ipsi vinci

ad Hebr. 13. v. 7. Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent, ait Apost. 1. ad Thessal. 4. v. 12. Ex hac spe resurrectionis insert S. Aug. serm. 32. de verbis Apostoli, piam esse traditionem Ecclesiæ, ut pro defunctis sacrificemus, oremus & eleemosynas demus. Verba ejus sunt hæc: Hoc à Patribus traditum universa observat Ecclesia, ut pro eis, qui in Corporis & Sanguinis Christi communione defuncti sunt, cùm ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Cùm verò eorum commendandorum causâ opera misericordiæ celebrantur, quis eis dubitet suffragari, pro quibus orationes Deo non inaniter allegantur? ita ille. Notent hæc Novantes, discantque ex Augustino, Missam esse Sacrificium, in eoque pro defunctis orari solere, ut scilicet penitentia purgatorii liberentur, idque ex traditione totius Ecclesiæ, ait Cornelius in locum citat.

Idem S. Aug. li. 1. ait: In Machabæorum libri. legimus, oblatum pro mortuis sacrificium; sed eti nusquam in Scripturis veteribus legeretur, non parva est universæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, auctoritas, ubi in precibus Sacerdotis, quæ Domino Deo ad altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum.

Ex-

Exempla Vivorum.

S. Monica, dum ad mortem infirmata animo defecisset, posteā ad se reverta dixit: *Ponite hic Matrem vestram; tantum vos rogo, ut ad Altare Domini memineritis mei.*

S. Joannes Chrysost. in morali Hom. 3. Epist. ad Philip. cap. 1. se & alios ita adhortatur: *Defleamus defunctos, juvemus eos pro viribus, procuremus eis aliquid auxilij.* Quomodo, quāve ratione? Præsentes adhortemur & alios, ut pro illis orent, pauperibusque indefinenter pro illis elemosynas demus. **S.** Anibrosius orat. in obitu Theodosii ita loquitur: *Dilexi, & ideo prosequor eum usque ad regionem vivorum, nec deseram, donec sletu ac precibus inducam vitum, quod sua merita vocant, in montem Domini sanctum-*

Philippus III. Rex Catholicus, in obitu Conjugis Margarethæ Austriacæ, ipso exequiarum die in solâ urbe Madritensi fieri mandauit Sacra mille septingenta, ex quibus ducenta octoginta ad Aras expiatrices sive privilegiatas, & quinquaginta quatuor suêre solemnia. Deinde præter mille piacularia Sacrificia, de quibus agebatur in testamento, curavit Rex alia fieri viginti millia. Ita Gusman. in vitâ Margarethæ Austriacæ. p. 5. c. 3.

Serenissima Hispaniarum infans, Isabella Clara Eugenia, ut quam celestrem aquam, si forte opus, incendio affunderet, pro functo conjugi suo Alberto Pio, imperavit celebrari Sacrorum quadraginta millia, ac per triginta continenter dies astitit ipsa quotidie Sacris decem, suis quasi regiis manibus frigidam adfusura. Ita refert P. F. Jacobus Courvoisin mausoleo.

Venerabilis Anus, Martha Mazochara Tornisina, D. Benedicti humilis Alumna, quidquid salvâ, quam profitebatur, paupertate annuente Antistite totâ vitâ concesserat, id omne Sacerdotibus, qui sibi viventi ac videnti iusta persolverent, funeribusque sacrificiis patentarent, raro pietatis monumento erogavit, anticipatâ satisfactione, atrocibus illis purgatoriis pænis scitè prudenterque prævertens. Englegrave in cœlesti Pantheo Emblem. 40. §. 2.

Invictissimum orbis dominorem & sui gloriissimum victorem Carolum V. occasione exequiarum, quas Matri persolverat anniversarias, nova incessit cupidus, si liceret & suas se vivo celebrandi & maturandi. Quas & ipse funeri suo superstes lugubri pompâ inter effusas suorum lacrymas instituit, ut jam suprà dictum est de memoria mortis.

Fi-

Figuræ ex Veteri Testamento.

Angelus portavit Habacuc ad locum, in quo erat Daniel. Dan. 14. Angelus hic, ut vult S. Antonin. parte 2. instigat homines ad faciendum suffragium mortuorum.

Abdemlech in domo Sedeciae Regis, ut audivit, quod misissent Jeremiam in lacum, posuit cor, ut liberaret eum, & propterea allocutus est Regem. Quo consentiente extraxerunt Jeremiam funibus & eduxerunt eum de lacu. Jerem. 38. Per lacum intellige purgatorium, per funiculos preces &c. vide Bonavent. Dernoye in cap. 3. Reg. §. 8.

Joseph Patriarcha, missus in carcerem, imploravit opem Pincernæ, ut fuggerat Pharaoni, ut educat eum de carcere; sic etiam animæ, in purgatorii carcere detentæ, ingemiscunt illis verbis Jobi cap. 19. v. 21. *Miseremini mei, saltet vos amici mei.* Fundamus ergo preces, ut misericors & miserator Dominus eas de carcere isto educere dignetur.

Job cap. 30. v. 25. dicit: *Flebam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* Certe pauperes & maximè afflictæ sunt animæ in flammis piacularibus existentes, neque possunt se ipsas juvare; compatiamur ergo ipsis, eisque per preces aliaque bona opera subvenire satagamus.

Ex

Ex Novo Testamento.

AETERNA Sapientia Matth. 5. ita loquitur: *Esto consentiens adversario tuo citò, dum es in viâ cum eo, ne fortè tradat te adversarius Judici, & Judex tradat te ministro & in carcere rem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.* v. 26. Carcer hic est purgatorium, in quo omne debitum exsolvitur, & posteà pena finitur. Unde Cornelius: *Ad purgatorium inclinat vocula Donec, quæ finiendam significat pænam, hæc enim finitur in purgatorio, cùm in inferno numquam terminetur &c. Quod autem etiam in altera vita, debitum aliquod solvi possit, clare deducitur ex illis verbis Christi Matth. 12. v. 32. Non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Vanum enim (ait Cornelius) & otiosum esset dicere: *Non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro, si in futuro nullum peccatum remittitur;* sicut vanè & ineptè quis diceret, omnino non ducam uxorem, nec in hoc sæculo, nec in futuro, cùm in futuro nulla duci possit uxor. Huc etiam facit parabola illa, Matth. 18. de servo nequam, de quo dicitur: *Irratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum.* Ex quo infertur dari redemptionem ex illa pæna, si scilicet universum debitum redditum fucrit. Si-

Similitudines.

ANeas, cùm Troja à Græcis capta & direpta flammis undique arderet, senem Anchisam Patrem suum propriis sustulit humeis, ac civitate clatum flammis liberavit. Sic filii deberent animas Parentum, non humeris, sed precibus, eleemosynis &c. è flammis purgatorii liberare. Ab eodem Aenea consuetudo parentandi creditur manasse, unde de eo Ovid. 2. Fast. Hunc morem Aeneas, pietatis idoneus author,

Attulit in terras justè Latine tuas.

Ille Patris genio tolemnia dona ferebat,

Hinc populi ritus edidicere novos.

At quondam, dum longa gerunt pugnacibus
armis

Bella, parentales deseruere dies.

Meliùs autem non possumus parentare Paren-
tibus, quàm si eorum in nostris aliarumque pre-
cibus & sacrificiis memoriā habeamus.

Dum S. Petrus Apostolorum Princeps vincitus
tenebatur in carcere, oratio siebat sine intermis-
sione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Act. 12. v. 5.
sic etiam assiduè oremus pro animabus in car-
cere purgatorii detentis.

Dum Petrus & Joannes ascendebant in tem-
plum, vir quidam, ex utero mattis suæ claudus,
rogabat, ut eleemosynam acciperet. Act. 3.

Ascen-

Ascendentibus nobis in templum quasi ante fores templi, In cæmiterio stant animæ defunctorum, stipem à nobis efflagitantes, ut scilicet pro ipsis in templo oremus.

Henricus Friderici II. Imperatoris filius 22. annis in carcere detinebatur. Pro ejus redemptione in lytrum promissa est catena aurea, quæ totum ambitum murorum urbis Bononiensis complectetur: si tanta auti quantitas oblata sit pro redemptione unius hominis, quid non faciendum pro redemptione totarum?

S. Joannes de Deo, dum maximum in Regio Granatensi valetudinario excitatum fuisset incendium, impavidus prosiliit in ignem, huc illuc per mediæ horam discurrens, quoisque tum infirmos humeris exportatos, tum lectulos è fenestris projectis ab igne vindicaret. O Christiane! non est necessarium, ut in ignem purgatoriæ insilias; Ora tantum ferventer & incessanter, sicque liberabis ex incendio animas.

S. Paulinus Episcopus Nolanus, ut Filium vidua à Wandaliis captum redimeret, se pro eo in servitutem eis tradidit S. Rembertus Bremensis Archi-Episc., Cæsarius Episc. Arelat. & Deogratias Episc. Carthaginensis vasa sacra vendiderunt, ut Christianos à gentilibus captos redimerent. Demus nos eleemosynam, aut saltem oremus, ut reddant captivos tartara dura suos.

Sym-

Symbola.

I.

EA formicarum erga socias mortuas est pietas, ut ex animem sepulcro condant teste Plinio Li. 11. cap 3. dicente: *Sepeliuntur inter se viventium sole, præter hominem.* Si tanta sit pietas formicarum erga socias mortuas, quanta non deberet esse hominum erga animas mortuorum in purgatorio existentes?

2. Navis per vastam pelagus ad exoptatum portum deducepta secundos ventos, itineris sui comites, habeat necessè est. Ita omnino anima in ignito piacularium flammamarum Oceano jactata, ut ad æternæ beatitatis portum appellat, afflante pietatis nostræ aurâ opus habet.

3. Magnatem quandam vitâ defunctum, & amicorum lacrymis copiosè irrigatum Franciscus Raulinus Amarantho non absimilem dixit, addito Lemmate ex Plinio: *Madefactus aqua revivisicit.* Ita lacrymæ in exequiis ac die anniversario fusæ potissimum ad refrigerandam defuncti animam servire debent, alias vanæ sunt, & inutiles. Ad rem S. Petrus Damian. opus. 13. cap. 22. ita ait: *Mox ut lacrymæ eruperint, protinus anima revirescit, & tanquam arbor verna austri recalcens, redivivo virtutum suarum flore uestitur.*

4. Si

4. Si Scarum retibus implicari contingat ,
mox reliqui Scari eidem auxiliatum veniunt , &
caudâ mordicus prehensâ tamdiu retrahunt , do-
nec libertati restituatur , unde Lemma : *Ecar-
cere educunt*. Sic etiam homines in vitâ supersti-
tes omni conatu deberent laborare , ut animas
carceri purgatori inclas ex eo liberarent .

5. P. Henricus Engelgrâve candelam arden-
tem , dum extintis aliis lucem impertitur , hoc
Lemmate exornavit : *Festina extintos reddere
luci*. Nimirum sanctam illorum charitatem in-
nuit , qui animabus in purgatorio , ad cœlestis
gloriæ lucem promovendis opportuna & assidua
suffragia ferunt.

6. Inter ceteras Diadochi virtutes etiam ista
à gemmariis numeratur : *Evocat umbras*. Sic
oratio , instar Diadochi , validissima est ad
animas è purgantibus flammis evocandas. Unde
S. August. lerm. 24. de verbis Apost. cap. 2.
Orationibus sanctæ Ecclesiæ , & sacrificiis &
elæemosynis , quæ pro mortuorum spiritibus
erogantur , non est dubitandum mortuos adju-
vari , ut cum eis misericordius agatur à
Domino , quam eorum pecca-
ta meruerunt.

Abusus.

DE Diogene cynico, qui obiit fermè nonagenarius, refert Cicero Li. 1. Tuscul. quod jusserit cadaver suum inhumatum abjici. Cum autem quererent amici, num volucribus & feris corpus suum dilaniandum vellet relinqu? respondit: Memini, sed bacillum apud me, quo illas abigam, ponitote. Irridere per hoc volebat amicorum præposteram curam, qui tantopere de humatione cadaveris, omnis sensus expertis, erant solliciti, quasi magnum quiddam eset, à feris ne, an à vermis absumeretur. Sic etiam hodiecum multum sunt solliciti de sepulturâ corporis, parùm aut nihil de statu animæ, non perpendentes illud S. Augustini in Psal. 48. conc. 1. *Ubi maneat Spiritus male agentis, non ubi ponatur corpus mortale, cogitandum est.* Berchorius in suo repertorio verbo *Sepelire* meritò conqueritur dicens: Multi magis sepulturas frequentant causâ vanitatis, quam utilitatis, magis ad mundigloriam, quam ad mortis lætitiam, magis ad populi honorem, quam ad mortui subSIDium & amorem. Audimus etiam S. August. de verbis Apost. serm. 32. cap. 1. *Pompæ funeris, sumptuosa diligentia sepulturæ, monumentorum opulenta construc-*

ctio,

&io, viverum sunt qualiacunque solatia, non adjutoria mortuorum.

Zeno Imperator Eutychianus, ob ebrietatem & luxum conjugi Ariadnæ invisus, ab eadem ebrius regio monumento inclusus est. In eodem, ut refert Cedrenus, per duas noctes lamentabilem è sepulchro vocem edidit: *Miseremini & aperite mibi.* At nemo ejusdem fuit misertus, siveque miserè periit. Clamant etiam & lamentantur animæ in purgatorio: *Miseremini nostri, & educite nos.* Verùm lamentationes earundem sàpè sunt frustraneæ, quia pauci earum miserentur. Audi & mirare historiam sequentem, quàm recenset P. Benedictus Peterius in cap. 50. Genesis. Mortuus quispiam est, qui summis in vitâ laboribus ac fôrdibus copiam admodùm filio substantiam reliquit, blandiens sibi, quod filius animæ Patris in purgatorio agenti per elēemosynas, divinaque sacrificia opem sit latus. At miserum sua fecellit opinio: filius quippe prorsùs immemor Patris animæ nec unum sacrum, aut obulum stipis erogavit. Quinimò monitus protervè respondit: si fruiatur Deo, nullius à me indiget subsidi; si damnatus est, nulla jam est redemptio; si in purgatorio torquetur, patienter sustineat, quoadusque solitus evolet in cælum, de quo jam est securus.

Pur-

Purgatorii acerbitas.

DOCTOR Jacobus de Paradiso Carthusianus in Li. 1. de peccatis mentalibus criminalibus narrat, Religiosum quendam vitam funeris vestem pili, mæstoque vultu socio apparuisse & dixisse: *Nemo credit, nemo credit, nemo credit, quam distretè judicat Deter* & quam severè punit. Dicti hujus veritatem experiuntur etiam animæ ante mortem non satis expiatæ; unde Picinellus Li. 17. cap. 17. n. 114. ait: **A**nima, per purgatorii angustias raptata, virgulam auream imitatur, quæ intrâ modulum ferreum contorta Epigraphen à Lucarino accepit: *Ex torquetur per angustum.* Opportunè S. Vincentius Ferrerius Dom. 15. post Trinit. In illa sacrae scripturæ verba commentatus: *Venerunt ad portam ferream.* id est purgatorium, inquit: *Sicut ferrum est durius ligno, ita pena purgatorii est durior ferro,* & pena purgatorii penam istius mundi excedit.

In Historiis legimus, ait Cornelius in cap. 5. Matth. v. 27. Famulum quendam vitâ funeris appatuuisse suo hero, ac ab eo rogatum de suo statu & loco respondisse: Eò loci sum, ubi omne debitum exactè, rigidèque computatur, & ne vel hilum condonatur. Talis locus est purgatorium, unde Picinellus Li. 17. cap. 11.

n. 74. comparat Furno Campano destillantī sub Lemmate: *Reddet ad extremum.* Sicut enim Furnus campanus nobiliores herbarum succos foras destillat, fæcibus intrà sinum suum reservatis; ita etiam purgatorii ignis culpis ac pænis *ad extremum* expiatis animam omnino purgatam ad cælos dimitit. Licet ergo pænae hæ sint valde acerbæ, tamen etiam sunt salutares. Quare Picinellus Li. 16. cap. 2. n. 11. comparat animam calcis: sicut enim calx, ut humanis usibus deservire possit, perfectionem suam omnem accipit ab igne; sic etiam animæ ad cælestis Hyerosolymæ fabricam transferendæ ultimam suam perfectionem ab igne subterraneo sortiuntur. Benè ergo S. Bernardus de quinque negot. Vadam in istam regionem, & videbo visionem hanc grandem, quomodo pius Pater glorificandos filios in manu tentatoris relinquat, non ad occisionem, sed ad purgationem; non ad iram, sed ad misericordiam; non ad destructionem, sed ad instructionem: ut jam non sint vasa iræ, apta in interitum, sed vasa misericordiæ præpurata ad regnum. Ita ille, & optimè, nam iu cælestem Jerusalæm *Non intrabit aliquod coquonatum.* Apoc. 21. v. 27. Debet ergo præviè purgari.

Parcæ.

Parcarum Descriptio.

PArcæ per antiphrasin seu per contrarium dicitur sunt à Parco, eoque nemini parcant; nam hæ fatales Deæ statim, ubi mortalibus destinata hora fluxerit, fila secant & vitæ stampam inexorabili lege abrumpunt. Unde Martialis Li. 3. de iis canit:

Lanificas nulli tres exorare Puellas

Contigit, observant quem statuere diem.

Item Seneca in Hercule furente:

Certo veniunt ordine Parcæ;

Nulli justo cessare licet,

Nulli scriptum proferre diem,

Recipit populos urna cœatos.

Nomina & officia Earum exprimit hic versus:
Clotho colum retinet, Lachesis net & Atropos
occat.

Clotho dicta est à circumvolvendi officio, eoque contorta & coordinata omnia teneat. *Lachesis* idem est quod fortitio, quasi fortitudo vitæ spatio hominibus obtingat.

Atropos idem est ac invertibilis, aut si latinius mavis, *Inexorabilis, implacabilis, inflexibilis*, ut ait Cornel. in Epist. Jacobi cap. 4. v. 15. Prima illarum colum gestat lanâ obvolutum; altera fila sensim è lanâ dedit, coloque agglomera; tertia denique, cum fato præstitutum ad

Q

est

est temporis momentum, repente stamina secat, vitamque praeedit.

Cicero Li. 3. *De natura Deorum* Parcas facit Noctis & Erebi filias, & easdem fata esse existimat. Unde Eadem, ut scribit Hesiodus, nascientibus hominibus bonum malumque conferre censentur. Ab earundem Dearum colo, ut ait Picinell. Li. 3. cap. 41. n 115. uniuersus que hominis non solum vitadependet, sed etiam tota vivendi series ac conditio. Unde uniusque torquent ex crassiore filo; alteri ex auro diaclava, alii ex hyssino purpuram &c. Ad rem Claudianus: *Quarum sub jure tenentur omnia, quæ seriem fatorum pollice ducunt.* Tres Parcae tria fata sunt numero cum ratione facientia, si potestate m earum ad ejusdem similitudinem temporis reteras. Nam quod in fuso perfectum est, Præteriti habet speciem; quod torquetur in digitis, Præsentis, & quod nondum ex colo tractum est, Futuri, ita Apulejus apud Calepimum, qui etiam de Parcis ait: Dicuntur eadem Deteriae, id est attæ & macilentæ.

Si mibi lanificæ ducunt non nulla sorores

Stamina, nec surdos vox habet ista Deos.

Martial. *Omnia sunt tenui pendentia stamina filo.*

Et subito casu, quæ valuere, ruunt.

Concordes stabili fatorum nomine Parcae.

Et colus & fusus digitis cecidere remissis.

Virgilius Ecloga 4. Ovid. 4. Metam. Pec-

Peccatorum Mors.

Appion Grammaticus gloriatus est, quod herbâ, quæ dicitur Cynocephalea, Homeri manes ab inferis resuscitaverit ad percontandum, quâ Patriâ, quibusque Parentibus genitus esset, ut refert Plinius Li. 13. cap. 2. Si hodiecum Peccatorum manes ab inferis resuscitare possemus, ab iis percontandum esset, non quâ patriâ, quibusque Patentibus geniti sint, sed quo loco defactò detineantur. Quid aliud tunc audi emus, quâ illud Psal. 48. v. 15. Sicut oves in inferno positi sunt, Mors depascet eos? Quare sicut oves? Aucti S. Bernard. serm. 2. in illud: *Regnum Dei non est esca & potus.* ita disurrentem: *Quâm bene sicut oves?* quia detracto vellere mundialium divitiarum, dure pressèque detonsi, sempiternis nudi deputabuntur incendis. Mors depascet eos, quia semper morientur ad vitam, & semper vivent ad mortem. Mors, ait le Blanc in Psal. cit., est Pastor & Rector impiorum in inferis. Sed quænam Mors? Respondeat idem: Pastor impiorum est Mors, id est Diabolus. Rationem desumit ex S. August. in hunc Psal. dicente: *Habemus multis locis in scripturâ, quia vita est Christus,* Mors autem Diabolus est; non quia ipse Mors est, sed quia per illum Mors.

Q 2

Mors

Mors peccatorum pessima, ait scriptura Psal. 33. v. 22. idque ob sex rationes, quas adfert le Blanc in locum citatum. *Primo*: quia præmatura. Psal. 54. v. 24. *Virisanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* *2dō*: quia cum doloribus multis corporis sœpè conjuncta est, ut patuit in Joas Rege, in Antiocho Epiphane Rege Syriae & Herode Ascalonitâ Rege Iudææ, atque in aliis. *3tō*: ob dolores animæ ortos ex peccatis præteritis, ex amore inordinato deliciarum, honorum ac divitiarum, quas oportet relinquere. *4tō*: ob timorem judicii instantis, tum particularis, tum generalis. *5tō*: propter peccata imparientiæ, obmurmurationis in Deum, desperationis & impænitentiæ finalis. *6tō denique*: quia est transitus ad pænam æternam, atque ducit ad habitaculum dæmonum, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Unde S. Bernardus serm. 41. ex parvis pulchrè ita ait: Mors peccatorum pessima. *Primo* mala in amissione mundi, quia non possunt sine dolore separari ab iis, quæ diligunt. *2dō* pejor in dissolutione carnis, à quâ avelluntur animæ à spiritibus malignis. *3tō* pessima in tormentis inferni, quando corpus & anima simul perpetuis addicuntur ignibus.

Doctissimus Idiota Li. 5. contempl. de morte peccatorum sic loquitur : Mors peccatorum pessima est, Domine Jesu Christe! Mala siquidem est in amissione mundi, peior in separatio-
ne carnis, pessima verinis & ignis contritione dupli-
ci. Habet namque peccator horrorem in exitu, dolorem in transitu, pudorem in con-
spectu tuo, & pavorem nimium; cum dimissis
omnibus (quorum erat illi præsentia jucunda ,
gratus asperitus, cohabitatio familiatis) de no-
tâ patriâ egrediens ad incognitam penitus veniet
regionem , cui etiam occurrit teterimæ crea-
turæ, horridæque larvæ hostium antiquorum.
O benignissime Domine Jesu Christe ! quis ju-
yabit peccatorem in die tantæ necessitatis ? quis
tuebitur eum à rugientibus præparatis ad escam?
Quis consolabitur ? ita ille. Mortem hanc
pessimam exhorrescens Urbanus Papa IV. me-
taphrasi in Psal. 50. ita scripsit: *Sciebam, quod*
stipendia peccati Mors.... audivi , quod hæc est
Mors sine Morte , finis sine fine, defectus sine
defectu: Quia Mors illa semper vivit , & finis
semper incipit , & defectus deficere nescit :
Hæc est Mors peccatorum pessima. De hæc
Mo te misericordissimètu dixisti: Nolo Mortem
peccatoris. Sed heu ego & alii miseri peccatores
contrà voluntatem tuam volumus propriam
mortem nostram.

Exempla.

CAIS Fraticida, diu profugus super terram, tandem occiditur à Lamech, ut ex Gen. cap. 4. tradunt S. Hieron. Lyranus & alii.

Tempore Noë omnis caro corruperat viam suam, quare Deus universaliter diluvio delevit omnem substantiam, quæ erat super terram, adeò ut solus Noë cum iis, qui cum eo in arcâ erant, remanserit. Gen. 7.

Super Sôdomam & Gomorrhâm pluit Dominus sulphur & ignem de cælo, & subvertit civitates has & omnem circâ regionem. Gen. 19.

Pharao Rex Ægypti cum toto suo exercitu submersus est in mari rubro. Exodi 14.

Holofernes ebrius proprio ense à Judithâ decapitatur. Judith 13.

Goliath in fundâ & lapide prosternitur à Davide. 1. Reg. 17.

Achitophel, malus consiliarius Absalonis, suspendio interiit. 2. Reg. 17.

Absalonis in corde fixit Joab tres lanceas; cumque adhuc palpitaret hærens in queru, cùcurrenunt decem juvenes armigeri Joab, & percutientes interfecerunt eum. 2. Reg. 18.

Antiochus, qui multos torserat, passus dirum dolorem viscerum, fatorem & vermes miserabilis morte in montibus defunctus est. 2. Mach. 9.

Ju-

Judas proditor suspensus crepuit medius, & effusa sunt viscera ejus. A&t. 1. cap.

Herodes Ascalonita, post quinque dies ab infanticio, febri, tussi, dysenteria, hydrope, podagrâ, phtiriasi (morbo pediculari) putredine verendorum, asthmate & fætore intolerabili percussus animam truculentam exhalavit. Ipse sibi ipsi necem inferre molitus est cul-tello, sed Achias nepos id impedivit. Vide Cornel. Math. 2. v. 16.

Herodes Antipas, qui Joannem decollavit, Christumque veste albâ illusit, ex post Lugdunum in Gallias Exul mittitur, ut tradit Josephus Li. 18. cap. 9. Ex Galliâ exulavit in Hispaniam, ubi mærore animi consumptus infeliciter mortuus est, ut tradit Hegesippus de excidio Jerosol. Li. 2. cap. 5.

Herodias, filia ejus saltatrix, super Sicarim flumen Ilerdæ concretum submersa miserabiliter periit. Vide Cornel. Marci 6. cap. v. 28.

Pilatus, qui sententiam mortis in Christum dixerat, & ipse perpetuo exilio Viennæ recluditur tantisque ibi irrogante Cajo languoribus coarctatus est, ut sua se transverberans manu multorum malorum remedium mortis celeritate quæsierit. ita tradit Ado Viennensis Episcop. in Chron.

Caiphas summus Sacerdos sibi ipsi necem intulit, ut indicat Nicephorus Li. 2. Hist. cap. 10.

Persecutores Ecclesiæ justo Dei judicio à veribus devorati sunt. Ita enim contigit Hunerico, Herodi, Antiocho, Maximiano Imperatori, Arnulpho Imperatori, Caroli Crassi Successori, & Calvino, ut refert Cornelius super cap. 23. Numeri v. 10. Mortuus est dives Epulo, *Et sepultus est in inferno.* Lucæ 16. v. 22.

Diocletianus Imperator, post acerbissimos dolores, in fine vitæ in hæc lamenta prorupit : *Væ miserabil mihi, & digno qui lugear ; quam justè meorum in Christianos impiorum conatum penas luo !* Baron. tom. 3. Anno Christi 315. n. 2.

Theodoricus Rex Arianus visus est cuidam sancto viro inter joannem Papam & Symmachum Patritium, quos occiderat, discinctus, discalceatus & vincis manibus projici in ollam vulcaniam. ita S. Gregor. Li. 4. Dial. 30.

Adolescentula quædam, cum impudenter spueret in faciem sponsi sui, prætente S. Episcopo, nec veniam petere vellet, à Diabolo præfocata exspiravit. Baron. tom. 12. Anno 1191.

Sophronius in prato spirituali cap. 166. narrat de Latrone, quod conversus factusque Monachus assidue viderit puerum se insectantem accidens : *Cur me occidisti ? Unde petitâ veniam*

Mo-

Monasterio egrediens , urbemque ingrediens
captus & decollatus est.

Chrysaorius , ut refert S. Gregor. Li. 14.
Dialog. 34. Erat vir in hoc mundo valdè idoneus , sed tantum plenus vitiis , quantum rebus , superbiā tumidus , carnis suæ voluptatibus subditus , in requirendis rebus avaritiae facibus accensus . Hic cum in morbo ad extrema venisset , vidi teterimos viros & nigerrimos spiritus coram se assistere , & vehementer immovere , ut ad inferni claustra eum raperent . Tum ille tremere , pallescere , sudare , in lecto huc illucque verti cœpit , ac magnis vocibus inducias petuit clamando ingeminans : *Inducias vel usque mane.* Sed dum haec clamaret , ipsis vocibus de habitaculo suæ carnis evulsus est.

Udo Präfus Magdeburgensis impunè vivens , Dæmonique obsequens , cælitus hæc voce : *Udo, Udo, cessa à ludo, quia iussisti satis Udo.* admonitus nihilominus in impuritate persistit . Quarè raptus est ad tribunal Christi , eoque jubente à S. Mauritio capite plexus est . Mox animam ad tartara rapuerunt Dæmones , eamque iudibundi & exultantes obtulerunt suo Principi Lucifero &c. Qui hæc legis , Udonis exemplo sape , ait Cornel. in fine cap. 12. Ecclesiastici , ubi ad longum historiam refert .

Storax Neapolitanus fuit annonæ præfectus, sed cum malâ fide munere suo fungeretur, plebs famis impatiens in hominem irruit. Ille latebras quærens in D. Atigastini æde sepulchro sese abdidit: inventus tandem inde eductus, lapidibus petitus & frustillatim disceptrus est, adeò ut sanguinem ejus non pauci lamberent, & osa deessent sepulchro, ut refert R. P. Engelgrave parte secundâ Lucis Evangelicæ emblem.

42. §. 3. unde possum est ei sequens Epitaphium:

*Storax, qui vivus subiit sepulchrum,
Mirum! Defunctus caruit sepulchro.*

Ante paucos annos in Belgio existenti mihi (ait Cornelius à Lapide in cap. 7. Tobiae v. 11.) narravit Sacerdos gravis è Societate nostrâ & missione Castensi, se militem quendam ob concubinatum infamem sèpiùs monuisse, ut vitam corrigeret, sed frustrâ. Quare tandem Zelo & Enthusiasmo actum minatum ei fuisse, edixisseque, nili citè sese emendaret, expertrum acrem Dei vindictam. Ita factum, nam paulò post Deus tempestatem, tonitrua ac fulmina cum horrendo fragore, omniumque terrore emisit, ac unicum illum in turpi concubinæ complexu unâ cum illa fulgure afflavit, & sideravit, itaque in flagranti delicto corpus fulguri, animam gehennæ tradidit.

Sci-

Scimus ex Cæstrio nominato Historico (ait R. P. Faber in suis sermonibus panegyrico-moralibus de SS. Angelis serm. 28. n. 5.) Guiliel-
mum Comitem Juliacensem adeò fuisse obcæ-
catum , ut post vitam impurissimam , sat lon-
go tempore transactam adulterinis amoribus ,
inter ipsa tandem Amasiæ suæ brachia , subita-
næ morte infelicem exhalaret animam .

Scimus ex Jansenio , apud Delsium , de epu-
lone quodam gulæ ac ventri dedito , in eam
mentis cæcitatem devenisse , ut , cum justo Dei
judicio eo tandem vi morbi adductus esset , ut
nec cibum porrò sumere valeret , neque potum ,
ipso tamen penè in agone lautissimas sibi appa-
rari epulas ac generosissima vina jussiterit apponi ,
quorum in aspectu infelix Tantalus , bonorum
æternorum inamemor , æternâ fame ac siti cru-
ciandam animam efflavit .

Scimus Euclionem illum divitem (de quo
Costerus) propè ipsum agonem admonitum
de emendandâ , per seriam pænitentiam vitâ
pristinâ , deponendâ , quâ premebatur , miserâ
animi cæcitate , scutellam aureis nummis ple-
nam afferii jussisse , ad quam conversum omni-
bus , qui astabant , terrore attonitis dixisse :
Tuo pecunia mea ! in te auxilium meum ! di-
cant , quod volunt Sacerdotes . Quibus simul
cum verbis impiissimam animam in orcum eva-
muit .

Symbolum.

BArlaam apud Josaphat mortem comparat unicorni, qui hominem assiduè insequitur. Fugit ille & fugiens in scrobum incidit, casuque amplectitur arborem, quam rodebant duo mures. In imâ scrobe erat Draco igneus, homini devourando inhians: videbat hæc homo, sed stolidè modico melli, quod ex arbore stillabat, incubans periculi omnis obliviscitur: assequitur eum unicornis, arborque à muribus eruditur. Ruit illa, & homo à Dracone attipit ac devoratur. Scrobs est mundus, arbor est vita, duo mures sunt dies & nox, Draco igneus est venter inferni, mellis gutta est vita voluptas. Ita Damasc. cap. 12. Historia. **C**ave ergo, ô homo! ne de hoc melle gustes: nam, ut ait S. Chrysost. Hom. 1. in Gen. Voluptas brevis est & temporaria, dolor autem perpetuus & fine carens. Audi endem Conc. 1. de Lazaro ita suadentem: Si quis in annis centum vidisset per unam noctem suave somnium, multisque deliciis per somnum fruitus, centum deinde annis puniretur, num is de hoc dicere posset, unicam noctem, quâ somniavit, centum annis æquiparari? Dictu absurdum. Hoc jam & de futura vitâ cogita. &c.

Sto-

Peregrinatio super Terram.

OMnes nos in hoc orbe peregrinos esse, & sacrarum litterarum oracula, & sanctorum Patrum testimonia, & quotidiana mortaliuum omnium aliò proficiscentium experientiam compertissimam facit. Certè toto aberrat cælo, qui sibi patriam in itinere somniat Mundus omnibus diversorum est, omnes hic hospites sumus & peregrini, transiundum est. Copernicus præcellens Astrologus systema quoddam cælestè oculis subjecit, quod maxima orbis ingenia exagitavit & in admirationem rapuit. Docuit ille, cælos omnes velut ære fusos immotos consistere, omnesque stellas aut planetas, quos rapidissimo cursu alii volunt circumferri, fixos, stabiles, ac velut gemmas metallo insertos, seu adamante viætos immobiliter conquiescere; orbem verò terræ cum montibus & sylvis, templis, turribus ac palatiis, celeri motu agitari. Speculationem hanc sanè ingeniosam alii quidem (quibuscum & ego sentio) velut scripturæ repugnantem explodunt; eandem tamen nobis perquam utilem, ac verissimam ad mores doctrinam suppeditavit, ut scilicet semper recognoscimus ac mente revolvamus illud I. Joan. 2. v. 17. *Mundus transit, & omnia quæ in mundo sunt,*

Ora-

Oracula Scripturæ.

Pharao Rex Ægypti, dum Patriarcha Jacob cum omni familiâ suâ ex terrâ Chanaan veniret in terram Gessen, interrogabat eum dicens: *Quot sunt dies annorum vitæ tuae?* ad quod ipse respondit: *Dies peregrinationis vita meæ centum triginta annorum sunt, parvi & mali & non per venerunt usque ad dies Patrum meorum, quibus peregrinati sunt.* Quod Jacob Patriarcha edixit apud Pharaonem, id ipsum apud summum Regem palam confessus est P̄tates Regius Psal. 38 v. 13. dicens: *Advena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes Patres mei.* Ejusdem sententia fuit Salomon 1. Paral. 29. v. 15. sapientissimè dicens: *Peregrini sumus coram te & advena, sicut omnes Patres nostri.* Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora.

Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino, scribit Apost. Paulus 2. ad Cor. 5. v. 6.

Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. ad Hebr 13. v. 14.

Juxta fidem defuncti sunt omnes isti.... confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Idem ad Hebræos 11. v. 13.

SS. Patrum Testimonia,

OMnis homo in hac vitâ peregrinus est, ait S. August. in Psal. 55.

Considerandum est Fratres dilectissimi, & identidem cogitandum, renuntiâsse nos mundo, & tanquam hospites & peregrinos hic interim degere. S. Cyprianus de mortalitate in fine. S. August. in illud Psal. 109. *De torrente in viâ babit*, ita scribit: *Torrens profluxio mortalitatis humanae est. Nascuntur homines, vivunt, moriuntur, & alii morientibus alii nascuntur. Quid hic tenetur? quid hic non occurrit?*

Nolite constanter mundum diligere, quando ipse, quem diligitis, non potest constare. In cassum cor quasi manentes figitis, dum fugit ipse, quem amat, S. Anselm. in c. 2. ad Rom.

Beatus ille, qui suum sic agnoscet, sic deplorat incolatum, dicens Domino: quoniam advena ego sum apud te & peregrinus sicut omnes Patres mei. S. Bernard. de modo benè vivendi cap. 7.

In via es, ô homo! ambula, ut pervenias, nec te nox in viâ occupet. S. Greg. in Ps. I v. 1.

Prima virtus & tota virtus est, peregrinum esse hujus mundi & hospitem, & nihil habere commune cum rebus hujus saeculi. S. Chrysost. Hom. 24. in Epist. ad Hebr.

Experientia.

Ritu naturae capite gigni hominem mos est, pedibus efferri, ait Plinius Li. 7. cap. 8. Hoc factō scilicet natura indicat, hominem veluti ruere in præcipitium, cùm nascitur, & in patriam suam redire, cùm moritur. Unde etiam Ethnici & gentiles se in hoc mundo peregrinos esse confessi sunt. Sic Epictetus cap. 10. monuit, dicens: *Vita peregrinatio quadam est.* & Cicero in Li. de senectute locum, in quo sumus, vocat hospitium & diversorium: *Commorandi*, ait, *nobis natura diverserium hoc, non habitandi dedit.* Item Seneca Epist. 163. ait: *Quidquid circu te jacet rerum, tanquam hospitatis loci sarcinas specta, transeundum est.* Certe omnibus transeundum est, *Quis enim est homo, qui vivet & non videbit mortem?* Nemo sanè, ut experientia, optima rerum Magistra, quotidianis exemplis & argumentis ad oculum demonstrat. Merito igitur S. Aug. in Ps. 121. irridet eum, qui jactat se possidere domum, dum dicit: *Quam domum tuam?* quasi diceret illud Poëta hemistichium: *Nulli certa domus.* Unde subdit: Nonne inde potius terribis, quia multos ostendis transisse per illam? Pater tuus hic eam dimisit, transivit per illam, sic & tu transibis.

Phi-

Philosophi Mors.

LAETANTIUS Li. 1. Divin. Instit. cap. 1. refert, quod quidam maximi Oratores, professio-
nis suae quasi veterani, actionum suarum de-
cursis operibus postremo se Philosophiae tradi-
derint, eamque sibi requiem laborum iustissi-
mam putaverint. Factum hoc esse crediderim,
ut scilicet adhuc ante mortem veram moriendi
scientiam acquirant, nam, ut ait Cicero Li. 1.
Tusculan. *Tota Philosophorum vita commenta-
tio mortis est.* Consentit Plato, qui de animi
immortalitate ita docet: *Vera Philosophia mor-
tis est meditatio.* Quare S. Basilius rogatus ab
Eubulo: *Quæ est definitio Philosophie?* respon-
dit: *Prima definitio Philosophie mortis medita-
tio.* Ita refert Amphiloch. in Vita S. Basillii.
Certè sapientissimè philosophatur ille, qui re-
cogitando mortem, moritur ante mortem. In-
geniosissimum existimo, qui moriendi sci-
entiam assequitur, utpote unam omnium difficil-
limam; quia experientiam non habet, nisi
unam. Omnis nostræ difficultatis punctus mori-
ri est, & instar termini medii, cum quo si
extrema non bene convenient, male argu-
mentantur mortales; si vero bene convenient,
vitam hanc temporalem per conversionem le-
gitimam commutant cum æterna.

Mors

Mors Philosopho minimè est molesta, dixit olim S. Chrysostomus, nam continua mortis imminentis memoria stimulat & excitat hominem ad amplectendam virtutem; unde præceptum Satyrici est: *Vive memor Lethi, fugit hora.* Hinc etiam Majolus Episcopus Vulturiensis, ut ipse testatur Tom. 1. Colloq. 23. Vix èphæbis egressus in tantam se futuræ mortis cogitationem exerat, ut depictas ad omnia conclavis sui latera mortis imagines appenderit, ut hoc aspectu magis ad cælestia animaretur. Primæ imagini hanc Epigraphen adjunxerat: *Vivens semper morere, ut mortuus semper vivas*, ut verò mortis contemptum disceret, alteri imagini hunc versiculum addiderat: *Nemo moriare, opus est mortem prævertere morte.* Tertia effigies, ut omnium voluptatum, dignitatum, divitiarumque contemptum obtineret, hanc habebat gnomam: *Semina nequitiae languidiora facit.* Ecce! quām sapienter, quām doctè philosophatus sit dictus Majolus. Moscus in Prato spirit. cap. 156. narrat, quòd Senex quidam duobus Philosophis verbum ædificationis à se potentibus dixerit: *Eloquentiae studiosi estis, non veri Philosophi, quamdiu enim loqui discitis, quasi loqui nesciatis?* sit ergò Philosophiæ vestræ opus, semper meditari mortem, silentio & quieti vos assuefacite.

Pisci

Pisci homo comparatur.

Facies Homines quasi pisces, dixit olim Habacuc cap. 1. v. 14. Non incongruè, sed valdè appositè Propheta homines piscibus comparat, nam inter hominem & pisces multæ sunt analogie. ex quibus audi sequentes.

Prima est : Sicut Deus creavit cætum hominum, sic & cætum piscium : Pisces multi, & multi homines. Piscium valdè variae sunt species : varii pariter ordines, gradus, complexiones, linguae sunt hominum : Mare est mundus piscium, terra est mundus hominum. Omnes enim animalium species, quæ sunt in terra, proportionaliter sunt & in mari, ut porci, canes, equi, vituli, quin & homines marinæ, ut multis exemplis Tritonum, Nereidum & Sirenum docet Plinius Li. 9. cap. 5. & Olaus Magnus Li. de Gent. Septemtr. Insuper plurima pars piscium est gregatilis, nec ullus grex caret duce. ait Aristot. Li. 8. de Histor. Animal. cap. 13. Sic & homines suas habent respublicas & regna, & in omnibus suis est Dux & Princeps.

Secunda : Homines in mundo variis tentationum & mutationum æstibus jaçtantur, uti pisces in mari, ac sicut hi in illis ludunt, ita & homines ludunt in suis, atque in utrisque ludit sapientia & potentia Dei. Prov 8. v. 30.

Ter-

Tertia: Pisces sunt aquei, & humore luxuriant: ita & in hominibus plerisque, præsertim in hyeme, prædominatur Pituita, quâ proinde & senes ferè omnes & juvenes permulti moriuntur ac catharro suffocantur.

Quarta: Pisces sicut ex aqua generantur, ita in eadem vivunt, ex eaque aluntur & nutriuntur, uti docet Rondeletius Li. I. de Pis-cib. cap. 13. Sic etiam homines de terra sumpti sunt, ac etiam de terra, id est de fructibus ex ea progerminantibus vivunt & aluntur.

Quinta: Majores pisces, puta Balenæ, lupi, polypi devorant minores. Unde illud Polybii: *Pisces majores glutiunt minores.* Sic etiam homines potentiores & tyrannidevorant eos, qui sunt imbecilliores; & divites deglutiunt pauperes, vel potius patrimonia eorum. Rursum, sicut Cetus pisces penè omnes absorbet, etiam maximos; sic & Diabolus, qui quasi Balenæ in mari hujus saeculi animas quaslibet, etiam Regum & Principum, quin & Sanctorum prædari conatur, juxta illud Ps. 103. v. 28. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.* In hunc Tex-tum Le Blanc ait, Dæmonem esse Draconem maximum. Draco est 1. quia est pervigil sicut Draco. Unde Job cap. 30. v. 17. *Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt, non dormiunt.* 2. Diabolus est pugnax, nam

Apoc.

Apoc. 12, v. 7. dicitur: *Factum est pralium magnum in calo, Michael & Angeli ejus pugnabant cum Dracone, & Draco pugnabat & Angeli ejus.* 3. Diabolus est Draco fraudulentus, juxta illud Apoc. 12. v. 9. *Projectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanás, qui seducit universum orbem &c.* 4. Diabolus est Draco fortis, caudâ suâ plerosque dejiciens, unde dicitur Apoc. 12. v. 4. *Cauda ejus habebat tertiam partem stellarum celi, & misit eos in terram.* 5. Diabolus est Draco volans, juxta illud Isai. 30. v. 6. *In terra tribulationis & angustia Leana & Leo ex eis, vipera & regulus volans.* Deinde est etiam Draco marinus, quia complacet sibi in aquis voluptatum. 2dō in falsedine & amaritudine invidiae & irae. 3tō in voracitate gulæ. 4tō in mole superbiæ.

Sexta. Pisces sunt muti, sic & homines coram Deo, quantumvis sapientes & sancti, quasi pisciculi obmutescunt, eoque arguente ponunt cum S. Job c. 39. v. 34. manum super os suum: ac in die judicii coram Christo Judice omnes quasi pisces conticescent. 1. Reg. 2. v. 9. & Matth. 25. v. 46.

Septima. Piscibus juxta caput sunt binæ pinnæ, quasi binæ pennarum alæ, quibus velut remare sulcant: sic & homini bina sunt brachia.

chia, quibus omnia operatur. Insuper piscis caudâ, quasi temone & clavo, navis suæ gressum dirigit, ita & homines pedibus se, quocunque volunt, promovent.

Octava. Piscis ventre incubant aquis; ita & multi homines incubant aqueis voluptatibus. Hâc de causâ Christus factus homo factus est piscis hujus sæculi, ut ex aqueis & terreis hominibus quasi piscibus faceret æthereos & cælestes. Hinc & Christus pescatores elegit, secundque Apostolos, quos *cum* retibus fidei ad mare hujus sæculi paucissimos misit, atque ita ex omni genere tam multos pisces & tanto mirabiliores, quanto rariores, etiam ipsos Philosophos cepit, ait S. Aug. Li. 22. de civit. c. 5. Huc etiam facit, quod scripsit S. Ambros. Li. 5. Hexam. c. 6. *Piscis es, ô homo!* audi quia piscis es. Simile est regnum cœlorum reti missa in mari, & ex omni genere piscium congreganti. Bonum pescem nec retia involvunt, sed elevant; nec hamus interfecat atque interficit, sed pretiosi vulneris sanguinem infundit: in cuius oris confessione bonum pretium reperitur, quo tributum Apostolicum & census Christi possit exsolvi.

Nona. Piscis sale eget, ne putrefeat; sic & homo prudentiâ. Rursùm piscis primâm à capite putrescit & fætet, sic & homo à ratione & voluntate, quâ se sinit à cupiditate vinci & corrumphi. &c.

De-

Decima. Pisces vagantur & oberrant maximè, qui carne aluntur, ait Aristot. Lib. 9. Histor. Animal. c. 37. Ita oberrant & homines, præsertim lucri & voluptatum cupidi. Ne igitur taliter, ô homo! aberres, bono duce, qui te præcedat, bono custode, qui tibi assistat, opus est. Pompylo pisci hoc proprium est, quod naves errabundas insequi solet, ac Ducis loco nautis inserviat: eo enim præeunte facile conjiciunt, num longius proficisci, an verò gradum sistere debeant. Unde sub hâc ideâ Pincellus Li. 6. cap. 37. N. 194. Angelum tutelarem proponit, qui inter assidia maris hujus mundani discrimina nobis assistere, ac saluti nostræ conservandæ, promovendæque Ducem agere solet. S. Joan. Climacus gradu 26. pag. 334. Mare hujus sæculi ita describit: Sævum revera & immane, ô humiles Monachi! pelagus trajicimus, multis ventorum turbinibus & procellis, scopolis, vorticibus, piratis, siphonibus, brevibus seu syrribus monstrisq; & fluentibus redundans. 1. Scopulum intelligamus sævam & repente intumescensem iram. 2. Vorticem, cum exspes vertigo mentem undiq; circumfistit & in altam desperationis voraginem præcipitare conatur. 3. Brevia & syrtes sunt ignorantie, quæ malum pro bono arripunt & continent. 4. Monstra marina hoc grave & fe-

& ferum corpus. 5. Piratae improbissimi vainæ gloriae ministri & artifices, qui sarcinas nostras & omnium virtutum labores & fructus diripiunt. 6. Fluctus interpretetur inflatum & tumentem ventrem, qui suopte nos impetu ad illam belluam & monstrum defert. 7. Siphonem accipe superbiam è cœlo dejectam, quæ nunc nos in cœlum effert, mox ad tartara deprivit, ita ille.

Undecima. Pisces serratis sunt dentibus, uno excepto, qui Scarus vocatur, complures etiam dentes in linguis habent & in palato, ut ait Aristoteles Li. 3. de partibus animal. c. 1. Sic etiam homines plures habent dentes, ac primores acutos ad cibi scissionem & masticationem. Acuunt etiam saepius dentes suos ad proximi sui famam dilacerandam, aut substantiam ejusdem devorandam. Audiamus super hoc sententiam S. Augustini in Psal. 64. ita scribentis: *Mare in figurâ dicitur seculum hoc falsedine amarum, procellis turbulentum, ubi homines cupiditatibus perversi & pravis factis sunt velut pisces se invicem devorantes. Attende mare malum, mare fluctibus saevum. Attende, quibus hominibus plenum sit. Quis optat hereditatem; nisi morte alterius? Quis optat lucrum, nisi damno alterius? quam multi aliorum defectione cupiunt sublimari? quam multi ut emant*

emant, optant alios vendere res suas? quomodo se invicem opprimunt & qui possunt devorant? & cum devoraverit unus piscis major minorem, devoratur & ipse à majore. O piscis male prædam vis de parvo, præda efficieris magno. Unde piscis minorem devorans à Picinello Li. 6. c. 1. n. 13. Epigraphen recepit: *Præda majoris erit.* Sic quippe justissimè à Deo sancitum usitatum que est, ut, qui crudeli imperio suo subditos traduxerit ac devoraverit, etiam ipse aliorum, adhuc potentiorum, crudelitati substernatur. Ita ille.

Duo-decima. Pisces nonnulli respirant & dormiunt ut homo. Pisces laborant certis morbis, ut homines; à pestilentia tamen immunes sunt, ut docet Aristot. Li. 8. Hist. Animal. c. 19. Pisces senescunt, ut homines. Pisces habent cor, ejusque situm similem homini. Audi Aristotel. Li. 3. de partib. Animal. c. 4. ita discurrentem: *Cor ceteris animalibus in medio pectori est, hominum tantum paulo vergit ad levam, ut ejus partis refrigerationem moderetur & compenset: omnium enim animalium maximè homo refrigeratam habet partem sinistram. In piscibus etiam cor similem situm tenet.*

Decima tertia. Piscium omne genus vorax & gulosum est, teste Aristot. Li. 3. cit. cap. 14. item prolificum & fœcundum, abundant enim

humore: sic & homines in gulam & venerem
propensi sunt. Rursum pisces generant ut ho-
mines: habent enim sexum distinctum, alii
mares sunt, aliæ fœminæ, ac fœminarum ova
non perficiuntur ad generationem sine mare,
uti fit in gallinis & avibus teste Arist. Li. 6. Hist.
Animal. c. 11. & Li. 4. c. ult. ubi etiam docet:
Pisces fœminas majores esse maribus, sed ad ci-
bum mares esse præstantiores fœminis, exce-
pto siluro.

Quarta decima. Pisces habent memoriam,
& vitam agunt rationi humanæ vicinam. Pu-
tant aliqui, quod nullum animal minus capax
est disciplinæ, quam piscis. Dicunt iidem, pi-
sces memoriam carere aut certè admodum hebe-
tes esse. Verum id refutat S. August. Li. 3. de
Gen. ad litteram c. 8. ubi dicit de certis quibus-
dam piscibus, quod pastu assuefacti, deambu-
lantibus super oram fontis hominibus, ipsi
quoque cum eis congregatim natando eant &
redeant, exspectantes ut aliquid jacent, quo-
rum præsentiam sentiunt. Postea subdit: *Non*
ergo nulla memoria, vel sensus tardior anima in-
est pisibus. Refert etiam Nympedorus Syra-
cusi in suis circumvagationibus, in Eloro flu-
vio lupos esse, anguillæisque magnas tam ci-
cures, ut ex offerentium manu panem accipient.

Pomo

rum & musco

A

Pomo similis Vita.

CÆsar à Ripâ in Iconographiâ mortem pingit cum falce & uncino pomorum, quia sicut falce omnia demetit, ita uncino omnia carpit instar pomilegii & pomicarpii, ut refert Cornelius in Amos Proph. cap. 8. v. 1. ubi Prophetæ dicit se vidisse *Uncinum Pomorum*. Uncinus est Mors, quæ ramos & poma, id est omnes hominis dotes, virtutes & vitia, quamvis recondita, attrahit, ut à Deo carpantur, & suis locis singula collocentur. ita Ribera.

Mors variis uncinis, id est, variis morborum & casuum generibus, attrahit ramos, in quibus plura sunt poma, id est familias, in quibus plura sunt capita, eaque robusta & valentia, quæ à morte videntur remotissima. ita Ferdinandius visione 28.

Quidquid sit de his, vita humana rectè comparatur pomo, idque ob octo analogias. *Pri-*
mò: quia sicut poma citò in gemmas erumpunt, crescunt, maturescunt, carpuntur; ita & homines. Unde Ovid. Li. 1. amor. Eleg. 8.
Labitur occultè, fallitque volatilis ætas.

2dō: Sicut è pomis alia matura, alia immatura spontè decidunt, alia in arbore putrescent, alia rubent, sed si aperias, vermibus plena & corrosta invenies: alia manu carpuntur, alia

baculo & vi decutiuntur: Ita hominum alii in ætate virili, alii in juvenili naturali morte decidunt, alii in putri senectute. Alii exterius rubent ut rosæ, sed intus sordibus & morbis scatent; alii in lecto, alii in bello, pugnâ &c. violentâ morte occumbunt. Hinc ait S. Job. c. 9. v. 26. *Dies mei pertransierunt quasi naves poma portantes;* Haec enim naves celerius aguntur cæteris, ne poma, quæ citò putrefescunt, corruptantur, antequam ad portum, ubi vendenda sunt, appellant. ita celerrime transit ævum nostrum.

3tiō: Varro Li. I. de re rusticâ cap. 35. Pomum dictum esse censet, eò quod potu indigeat: *Poma*, inquit, *que insita erunt siccitatibus, aquam addi quotidie vesperi: à quo, quod indigent potu, poma dicta esse possunt.* Ita vita hominum potu non tantum indiget, sed & abundat, ac deliciatur maximè.

4tō: Pomum persicum in Perside ob frigus Veneni vim habere dicitur, eaque de causâ in Italiam transmissum est, ut incolis noceret. Verum mutato solo mutavit naturam, & salubre repertum est. Ita voluptas vitæ humanæ in se & in solo quasi nativo venenata est: at si solum mutet, & in campum virtutis tranplanteatur

tur, virtùm ponit, & pro morte vitam & salutem affert.

Sexto: Pomum rotundum gerit speciem orbis, qui rotundus est, & vitæ humanae, quæ gyrat & in orbem semper recurrit. Unde S. Antiochus Hom. 30. vitam comparat rotæ dicens: *Nihil vita hominis aliud est quam rota, quæ perpetuo rotatu versatur.* & S. Greg. Nazianz. in sentent. *Rota est incertè fixa, brevis hæc multiplex vita. Sursum movetur, ac deorsum trahitur. &c.* de hoc plura infrà.

Sexto: Pomo sæpè venenum homini propinatur, aut alio modo Mors affertur. Ita voluptas hujus vitæ blandum est, sed exitiale pomum, quod inani quodam fulgore perstringit, & collectat eorum oculos, quos decepturum & necaturum est. Rursùm si offeras puero pomum & simul aureum, puer pomum eliget præ aureo, quia pomi specie capitur, auri pretium non novit. An non ergò bis pueri senes, qui voluptatem virtuti, id est mala bonis, terrena cælestibus, caduca æternis, fallacia veris anteponunt? verè pomum hoc illecebrosum est, diciturque Malum.

Septimi: Inter arbores infirmissima est malus, maximèque, quæ dulcis est, ait Plinius Li. 17. cap. 24. Parimodo, quid inter anima-

lia infirmius homine? qui catharro, id est guttula aquæ suffocatur, æstu uritur, aurâ infectâ pestem haurit, qui plurimis, imò innumerabilibus & sapè novis ac Medicis ignotis morbis laborat.

stavò: Vides arborem florentem, & floribus comptam, imò onustam; adverte ex quinquaginta floribus quibuslibet vix unus in pomum maturum evadet: antequam enim gemmescant, plurimi vel vento decussi, vel æstu arefacti, vel à verinibus arrosi, vel humore deficiente marcescentes incident: ex iis verò qui gemmescant, plurimi pariter, antequam in poma maturescant, similibus casibus in terram corrident. Quod si etiam in poma maturescant, tamen in dies aliqua aut cadunt aut leguntur poma, donec omnia in corbem inferantur. Sic etiam quotidie aliqui hominum vitâ hâc deceidunt, & in cætum mortuorum transcribuntur, donec omnes ad unum sensim, sed brevi temporis spatio, in eundem transferantur. Ex quinquaginta infantibus, qui nascuntur, vix unus in virum evadit. Ite nunc juvenes, florete, gaudete, exultate, dicite: *Nos Poma natamus, cras mergendi, cras morituri.*

Pon.

Pontificum Mors.

Hormisdas Architectus rogatus à Constantio Imperatore. *Quid de Româ sentiret?* acutè & præclarè respondit: *Id tantum sibi placere, quod didicisset, Romæ æquè mori homines ac alibi.* Dicti hujus veritatem funere suo comprobârunt non tantum innumera plebejorum millia, sed & ipsi Romani Imperatores, summique Pontifices. Statutum est & Pontificibus semel mori; nec mirum; *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur.* ad Hebr. 5. v. 1, adeoque & ipse mortalis est. Quinimò summo Pontifici, dum inaugurator, acclamatur: *Beatissime Pater!* annos Petri non videbis. Quàm vera sit hæc acclamatio, continua tot centenorum annorum experientia satis præagit, imò evincit, divinâ providentiâ arcanè ita disponente, sive ob honorem S. Petri, qui primus Pontificatum Romæ constituit, seditque annos 25. ut ipse, sicut dignitate & meritis, ita & annis reliquos omnes sequaces supereret; sive ut Pontifices in tanto dignitatis fastigio constitutos humilitatis & modestiæ admoneat, doceatque illud parvi penderet: Sive ut hic eis stimulus sit ad acre & continuum Heroicorum operum studium, dum cogitant brevem sibi fore Pontificatum, æque ac

vitam, idèque assiduè sibi dicant: Quod facere destinas, fac citò, brevis enim erit tibi hæc potestas, brevis facultas magnorum facinorum; paucos ergò annos magnis virtutibus imple, paucis annis tot tantaque facito, quæ nomen tuum & in terrâ & in cælis illustrent, at æternitati transcribant. Imitare Linos, Cletos, Clementes, Gregorios, Leones, qui consummati in brevi expleverunt tempora multa. Exempla variorum Pontificum, qui brevissimo tempore præsederunt, exhibentur in Scenâ producente Mortem præmaturam, quò recurre. Duo tamen hîc observes velim. Primi: Quod uno eodemque anno 1590. successivè sacræ Sedi præsederint tres Pontifices, Sixtus V. Urbanus VII. & Gregor. XIV. & mox anno 1591. Innocentius IX. & post triginta Dies Clemens VII. vide Cornel. in cap. 19. Ezech. v. 9. & Le Blanc. in Psal. 143. v. 5. n. 44. 2dò: Quod aliqui Pontifices sat propè accesserint ad annos Petri; nam S. Leo I. sedet in cathedrâ Petri 21. annis. S. Sylvester totidem. Omnia autem proximus fuit Adrianus I. qui anno Dom. 772. creatus Pontifex sedet ipsos annos 24: exceptis 43. diebus & mortuus est anno 795. ut testantur Baron. & alii. Ergò nec ipse, nec alias quis attigit præcisè annum 25.

Quæ-

Quæres i mō : Cur Romani Pontifices annis tam paucis vivant?

Hanc quæstionem proposuit olim Alexander 2dus Pontifex B. Petro Damiani, qui ad eam Li. 1. Epist. 17. ita respondit, scilicet judicii cœlestis ordinem hoc disposuisse, ut humano generi metum mortis incuteret, & quam despicienda sit temporalis vitæ gloria in ipso gloriæ principatu, ac veluti sole deliquium paciente evidenter ostenderet; præsertim cum unus omnimundo præsideat Papa, Reges sint simul plures: nec sic soleant Pontifices violentâ morte occumbere, uti Reges. Addit Lorinus in Epist. 2. Petri cap. 1. v. 14. Id fieri, ut minus appetant homines Papatus culmen, quod ferè certi sunt non diu duraturum. Assumpti sunt aliquot ad Papatum, etiam in ætate non proiectâ & juvenili; nullus tamen eorum annos Petri attigit. Joannes 1. juvenis annorum viginti cum assumeretur, seddit annis tantum 4. mensibus deceim. Joannes 12. annorum tantum sexdecim inter annum Pontificatus nonum & decimum defunctus est. Benedictus IX. Puer decem annorum annis ferè undecim, sed interpolatè regnavit. Ut notat Guilielm. Burius Sect. 13. in suo Elencho notitiae Rom. Pontificum, benè ergò apud eundem Poëta:

R. s

Sine

Sint licet assumpti juvenes ad Pontificatum,

Petri annos potuit nemo vedere tamen.

Quæres 2dō : Quot numerentur Pontifices usque hic ?

RE. Quod à D. Petro (*Primo Papatus Petrus est in sede locatus*) usque ad modernum Pontificem Benedictum XIV. inclusivè numerentur ducenti quinquaginta septem, quos omnes (exceptis ultimis duobus) cum ordine successionis & tempore Pontificatus recenset Guilielm. Burrius in Chronologicâ Romanorum Pontificum serie usque ad annum Christi 1724. Ex his triginta tres primi Pontifices, sub decem primis Ecclesiæ persecutionibus, Martyrii honore omnes decorati sunt. Quibus accedunt alii quatuor ab Hæreticis passi, nempè Felix. 2. Joannes 1. Sylverius & Martinus 1. Sicque triginta septem Martyres summos Pontifices colit Ecclesia. Confessores sancti numerantur quadraginta, qui cum triginta septem Martyribus faciunt simul numerum septuaginta septem Ss Pontificum, ut notat Author. cit. in Elencho notitiæ Rom. Pontificum Sect. 1. idem Sect. 14. enumerat 12. Pontifices aliquot tantum dierum, qui mensem in Papatu non impleverunt; & Sect. 15. recenset 32. Pontifices aliquot mensum, qui annum integrum in eâ dignitate non viderunt.

Præ-

Præmatura Mors.

Noninjustam arbitror fuisse querelam serenissimi Philothei, dum cecinit:

Qui modo ridebant vernanti gramine campi,

Nunc virides secti deposuere comas.

Crudeis falcam submisit messor acerbam,

Maturumque hancit dextera sæva decus.

At longè justiorem crediderim fuisse illam
Ovidii Li. de amore, ubi ita canit:

Quid plenam fraudas vitam crescentibus uvis,

Pomaque crudeli vellis acerba manu?

Sponte fluunt matura suâ, sine crescere natum,

Est pretium tardæ non leve vita more.

Sic etiam non immerito olim conquestus fuit

Job. 22. v. 16. dicens: *Sublati sunt ante tempus, & fluvius subvertit fundamenta eorum.* Per

fluvium hunc Hugo Cardinalis intelligit fluxum mortis, quæ instar fluvii impetu maximo incurrit in omnia ea, quæ intuitui sunt obnoxia. Quare dicitur Eccli. 51. v. 13. *Pro morte defluente deprecatus sum.* Sicut enim per nativitatem orimus & fluimus; sic per mortem disfluimus in interitum & occasum. *Præoccupaverunt me laquei mortis,* ait Psalmista Psal. 17. v. 6.

Tria sunt genera mortis, acerba, immatura, naturalis. Acerba infantium; immatura juvenum, matura id est naturalis senum S. Isidor. Li. 11. orig. cap. 2.

Exempla.

Cicero orat. in Vatinium , qui paucis diebus fuerat Consul , cum irridens dicebat : Magnun prodigum , Qmirites ! Vatinio Consule non sensimus ver , non æstatem , non autumnum . Idem in alium , qui paucis horis fuerat Consul : O sanctissime Consul , sub quo nemo pransus est , nemo cœnavit , nemo dormivit . Isfuit Marius Vi Consul , qui teste Trebellio sex horis pomeridianis consulatum tenuit . Hic ex post factus est Imperator : Sed Fabius Marius Imperator unâ die factus est Imperator ; aliâ die visus est imperare , tertîâ die interemptus est . Ita Trebellius Li. de 30. Tyrannis .

Galba Romanus Imperator quatuor tantummodo mensibus imperavit ; & in Romæ foro gladio percussus interiit . ita S. Petrus Dam. opus. 56.

Vice Dominus , nepos Gregorii Decimi per aliquot horas dictus Gregorius undecimus , ipso electionis die obiit .

Leo XI. viginti tantum diebus fuit Pontifex . Marcellus 2dus viginti duobus . Pius tertius Senensis , dum consecraretur in Pontificem flevisse dicitur ad hæc coronationis verba , cum stupâ incensâ depromi solita : Sanctissime Pater ! sic transi gloria mundi . Quod re ipsâ expertus est , nam 26. Pontificatus die obiit . Velox est depositio tabernaculi mei 2. Petri I. v. 14. Sym-

Symbola.

1. **A**d funebrem Leonis undecimi pompam gentilitia Medicæorum pila symboli loco depicta cernebatur cum Lemmate: *imum à summo*. Volebant nimirum innuere, ipsum à summo Pontificatus apice descendisse ad imum sepulchri, & quidem præmatutè, quia virginitatum diebus ad supremum Ecclesiæ Romanae clavum sedit.

2. *Flos pomi*, mox ut effloruit, flavescit: pomum, si decortices aut scindas, antequam illud ori admoveas, illicò cultrum rigore inficit, vigorem perdit, marcescere incipit: ita & juvenis ætate florenti & vultu rōseo mox deflorescit, pallescit, senescit & səpiùs decidit. Unde conqueritur Poëta dicens:

Vita fugax, quam causa levis tua stamina rum-

3. Cardinalis quidam, præmature mortuus, lilii emblemate significabatur, quod ab aratro succisum Epigraphen tenebat: *Ante diem*. Sic etiam Virgilius de Didone Reginâ Li. 4. Æneid. V. 696. canebat:

*Nec fato, meritā nec morte peribat,
Sed misera ante diem.* Certè, ut ait Cyprianus, canos vidēmus in pueris, capilli deficiunt, antequam crescant; nec ætas in sneectute desinat, sed incipit à sneectute.

4. Rosa, sub radiis solaribus flaccescens, Epigraphen reddit: *Languescit à meridie.* Lycarinus immaturam hominis mortem hoc Emblemate delineavit.

5. Telæ volumen, supra machinam textoriam figuratum & forfice præcisum, Epigraph. recepit: *Dum adhuc ordirer.* Sic ait Ezechias Rex I^sai. 38. v. 12. *Præcisæst velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me.* In quem textum Cornelius: Sicut textor telam, & aranea rete suum assidue texit: ita homo texit annos, opera & studia vitæ suæ; & sicut ancillæ telam araneæ, milites telam textoris incidunt & auferunt, nec sinunt eam perfici; ita Poëtæ singunt, Partas stamina vitæ nostræ nere & abrumpere.

6. Purpuream Tatti rosam, à frutice suo decerptam, hoc Lemmate quidam donavit: *Ansequam marcescat.* Sic etiam Deus florentes adhuc abripit homines, ne marcescant. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus.* &c. Sap. 4. v. 11.

7. S. Greg. Nys. in funebri paneg. Pulchritiæ ait: Flos recens germinans, qui nondum totus è cubiculo emicabat, sed jam totus emicaturus sperrabatur, in ipsa parvâ & imperfectâ sui parte emicans decentissimè, ut subito contabuit in vaginulâ ... nulli decerptus, nulli plexus in coronam &c.

Præ-

Prælagia Mortis.

Joseph Ægyptiacus Gen. 40. prædixit Magistro Pistorum: Tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharaon caput tuum, ac suspendet te in cruce. Quod & factum est, ut conjectoris veritas probaretur.

Rex Balthasar Dan. 5. videt digitos contrâ candelabrum in superficie parietis scribentis: *Mane, Tekel, Phares.* & cùdem nocte interfactus est Balthasar Rex Chaldaeus. v. 30.

Regi Ochoziæ dixit Propheta Elias 4 Reg. 1. De lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris, quod & in ipso impletum est.

Ilaiæ 38. v. 1. dicitur Regi Ezechiæ: *Diffo-
ne domini tui, quia morieris tu et non vives.* Quod & factum esset, nisi Deus, precibus ejus & lacrymis placatus, ei vitam prorogasset ad quindecim annos.

Diviti epuloni dicitur Lucæ 12. v. 26. *Stul-
te! hac nocte animam tuam repetent à te, quæ
autem parasti, cuius erunt?* Plinius Li. 10.
cap. 3. refert de Æschyllo Poëtâ, quod hic, cùm
satis intellexisset (utique ex oraculo) se ruinâ
opprimendum: sedulò caverit, ne quod te-
stum subintroiret. Propterea tamen non eva-
sit veritatem prælagii; nam in aprico ambu-
lans, testudinis illapsu, quam aquila dejeccerat,
interiit.

Sue-

Suetonius in Nerone cap. 26. narrat, eum paucis diebus ante mortem per quietem vidisse, sibi navim regenti extortum gubernaculum, trahique se ab Octaviâ in arctissimas tenebras: quod Aruspices respondere, portendere, eum administratione imperii dejiciendum & miserabilem peritum. Ita Cornel. in Ezech. cap. 27. in fine.

Christianus aliquis rogatus à Juliano Apostata per Sarcasinum: *Quid facit Galilæus Faber vester?* respondit: *Loculum tibi parat, puta fereum, & verè: nam paulò post telo, non hominis, sed Christi occisus est Julianus.* Cornel. Gen. 40. in fine.

B. Petrus Damiani scripsit veridicè Ladislao Episc. Parmensi, Antipapæ, qui se Honorium secundum jactabat, in modum lequentem:

Fumea vita volat, mors improvisa propinquat, Imminet expleti præpes tibi terminus avi, Non ego te fallo, cepto morieris in anno.

Quod & ita contigit.

Anastasius Imperator, ut ait Zonaras, vidi virum terribilem cum libro, qui ei dicebat: *Ecce ob perversitatem fidei tuae annos quatuordecim vitæ deleo.* Idem cum ex oraculo didicisset, sibi igne pereundum, cisternam, quæ frigida dicitur, multis meatibus in palatio aperuit, ut eam ignem, siingrueret, restingueret. Ast fulmine iecitus interiit. ita Baronius.

Prin-

Principis Mors.

Cum Dionysius Tyrannus à Syracusanis ob sideretur, ipse cedere voluit principati, ut vitam conservaret; quare etiam Polyxenus socer ejus eidem suasit, ut velocissimo equo fügeret ad Campanos. Videns hæc & audiens Heloris amicorum unus ajebat: *Præclarum est sepulchrum Principatus: q. d. Noli Principatum deponere, noli eundem abdicare, præclarum enim est ut Principem sepeliri. Præclaræ sunt mortes imperatoriaæ,* ait Cicero *2. de Finibus;* *præclaræ sunt etiam Imperatorum sepulturæ, sepulchra eorundem gloria. Eriguntur ipsis tituli, pyramides, mausolæa, in quibus nomen eorum perennet.* His interim omnibus innititur Mors cum Lemmate: *Imperat Regibus;* nam ludit in humanis potentia Mortis, aut ut aliquis canit:

Ludit inhumanis necis inclemens rebus.

Cadunt Augustissimi, & quibus orbis non sufficiebat unus, angusto includuntur Sarco phago. Cadunt serenissimi inter umbras mortuæ. Qui erant locum tenentes in regno, fiunt locum tenentes in sepulchro. Cadunt nobilissimi, non jān nobiles, sed mobiles.

Mors non movetur; sed immota movet
omnia & amovet.

Sen-

Sententiae.

OMnis potentatūs brevis vita... Rex ho-
die est, & cras morietur. Eccli. 10. v. 11.
Ego dixi Dii estis, & filii excelsi omnes, vos
autem sicut homines moriemini, & sicut unus
de Principibus cadetis. Psal. 81. v. 6. & 7.

Dies annorum nostrorum septuaginta anni..
si autem in potentatibus octoginta anni & am-
plius eorum labor & dolor. Psal. 89. v. 10.

Potestatibus mors ipsa succedit. Agapetus
Diac. in capitul. parænet. ad Justinianum Imp.

An non videmus sèpè, quod is, quem ho-
die præcedunt Lictores & stipant satellites,
quem hodie in foro magno magna pompa co-
mitabatur &c. is subito postea jacebat mor-
tuus, absque spiritu fætulentus. S. Chrysost.

Hom. 22. in Gen.

Quid est homo? nihil. Quid homo? ver-
mis. Quid homo? pulvis & cinis. Quid ho-
mo? somnium. Quid homo? umbræ. Ecce
transiit, ecce cessavit. Finem accepit magnus
ille & invictus Leo. Tyrannus fortis atq; elat-
sus, qui cunctis formidabilis erat, nunc jacet
quavis ove mitior, qui magnus videbatur su-
per multos, factus est tanquam nullus. Qui
aliros tenebat, detentus est, qui ligabat vincu-
lis, constrictus est. Ita S. Ephrem.

Exem-

Exempla.

IN pulverem mortis deduxisti me, ait de se ipso Rex David Psal. 21. v. 16.

Sum & ego mortal is homo similis omnibus, ait Rex Salomon Sap. 7. v. 1.

Decidit in lectum (Rex Alexander) & cognovit, quia moreretur. 1. Mach. 1. v. 6.

Ergo tantus Imperator recessit a nobis? ait S. Ambros. in obitu Theodosii.

Solvamus bono Principi stipendiarias lacrymas, quia ille etiam solvit nobis mortis suae stipendum. Idem in morte Valentiniani Imp.

Idem S. Ambrosius, dum post cædem Thessalonicensium (in quâ septem hominum millia trucidata fuerant) in aditu templi obvium haberet Theodosium Imp. eundem sic fuit allocutus: Videris, ô Imperator! non considerare animo tantum tot cædium scelus. Fortasse imperialis potestas impedimento tibi est, & veluti nubes quædam potentia tanta rationi objecta est. Agnosce igitur te ejusdem naturæ & conditionis hominibus, atque adeò conservistuis imperare, communis enim Dominus & Imperator est, rerum conditor universatum &c. ita Nicephorus Lib. 12. cap. 41. pap. 313. Quo compunctus Imperator regressus est, & vix post octo menses ausus est in Ecclesiam aditum petere, quem pœnitens impetravit. Va-

Valerius Rex Franciæ captus à Carolo V. scripsit in pariete cubiculi sui: *Hodie mihi, cras tibi.* Id legens Carolus subscriptis: *Homo sum, humani à me nihil alienum puto.*

Saladinus Rex Ægypti & Syriae, qui Christianis terram sanctam eripuit, ad annum 1180. moritus per omnia sua castra vexillum cum funebri linteo circumferri jussit, ac præconem proclaimare: *Hoc est quod Dominator Syriae & Ægypti ex omni suo imperio solum jam secum delaturus est.*

Philippus III. Hispaniarum Rex in morte hanc Cygnæam emisit vocem: *Ad nihil aliud confert esse Regem, quam ut in morte pœnitentia fuisse.*

Walid XIII. Chalifa Muslimorum, sive Saracenorum in symbolo sigilli sui habuit: O Walid! moritus es & rationem redditurus, ut docet Georgius Elmacinus in Hist. Sarac., Li. I. cap. 13.

Albertus Cardinalis & Elector Moguntinus tumulo suo insculpi jussit hoc Lemma: *Omnis post me.*

Hadrianus Imp. moriens dixit illud Menandri vulgatum: *Turba Medicorum Cæsarem perdidit.* ita Dio. Addunt alii, ipsum illud suo sepulchro quasi Epitaphium insculpi jussisse.

Sym-

Symbola.

1. **C**upressus succita non recrescit; quocircà
priscis erat symbolum mortis & funeris,
indeque vocatur feralis; unde Horatius ait,
arborem nullam sequi homines ad inferos nisi
cupressum. Hinc gentiles eam Diti Deo infe-
rorum dicārunt. Ex hac cupresso mortis indi-
cium accepit Severus Imperator, dum scilicet
Æthiops quidam cum corona è cupresso factâ
illi obviam factus ediceret: *Totum fuisti, to-
tum vici, jam Dens es tu vīctor.* Nam paucis
diebus ex post vitâ functus est. Testis est Pie-
rius Hierogl. 52. cap. 5.

2. Turris fulmine prostrata Epigraphen te-
net: *Nulla vis contraria.* Genuina hæc mortis
effigies est, quæ fulminis ad instar magnâ æquè
ac parva prosternit, juxta illud Poëtæ: Palli-
da mors æquo pede pulsat pauperum tabernas,
Regumque turres. Unde benè Metrodorus:
*Adversus alia quidem munimenta parari possunt,
quod vero mortem attinet, omnes homines civi-
tatem immunitam habent.*

3. Prostratae cuidam magnæ arbori D. A-
lexander de Cuppis inscripsit: *Et magna jacet.*
Mens emblematis erat, nec gravissimos quo-
vis Principes mortis legibus solutos esse.

4. Fran-

4. Franciscus Raulinus ad exequias Odoardi Parmensium Ducis, solem eclipsi copertum statuit addito lemmate: *Et latet & luctet.* significabat videlicet, Principem illum serenissimum, tametsi mortalium oculis tantisper effugiat, nullam tamen proprii splendoris jaeturam fecisse. Epigraphen subministrat Martialis hoc versu:

Et latet & luctet Phaeeton dite condita virgo.

5. Cynocephalus, Lunâ ad occasum declinante, Epigraphen tulit: *Lumine orbatur.* Mentem symboli Carducius his jambis explicat: *Lunâ cadente lucis est expers fera,*

Ruens Meænas sic clientes nubilat.

Sic etiam moriente Principe patria clarissimâ Luce & Prælato destituitur. Meritò igitur Principe viduata patria in sequentes gemitus & suspiria prorumpit: ô fallaces hominum spes! ô vitæ nostræ felicitatem miseram! fortitudinem imbecillam, labilem constantiam! illud imperii nostri decus, bellorum fulmen, pacis ornamentum, Ecclesiæ cōlumen, Religionis tutela, propugnaculum veritatis, miserorum asylum mortuorum numero adscribitur. Sol ille patriæ universæ suis modo tenebris obscuratur, & intrâ unius monumenti ac sarcophagi angustias clauditur. Illa,

prô

prō dolor, nunc manus torpet indigno mortis frigore, quæ tela in hostem vibrate, gladium stringere & Christianæ reipublicæ salutem circumferre visa est. Illi caligine oſſuſi exæcantur oculi, qui amicis honori, inimicis erant formidini. Illa lingua obmutuit, quæ suis ad virtutem hortamenta ſubjicere, adversariis ad terrorem intorquere ſelebat verborum fulmina &c. &c.

6. Rosæ languenti Raulinus hunc praefixit titulum: *Vitam non prorogat oſtrum*. Constat quippe regiam purpuram aduersūs mortis contorta jacula clypeum eſſe penitus infirmum. Unde Boëtius de consol. Philos. metro 7. L. 2. *Mors ſpernit altam gloriam, involvit humile pariter & celſum caput, aequaque ſummis infima.*

7. Excelsos montes ac turrium fastigia crebro admodum fulmine percuti idèo contingit, quod iſtud errabundo furore per ſublimiorem aëris particulam divagari ſolitum in varia loca impellatur, & obſtentia quatiat. Unde Raulino authore fulmini ſubſcribes: *Errans petit alta.* Principis mortem hæc imago concernit; enim verò lapsus adèo dolendus non abſte incauto Parcarum fulmini exprobratur, utpoſe aduersūs virum, perenni vitâ dignissimum, evibrato.

8. Ad Exequias Philippi IV. Hispan. Regis aquilam statuerunt, quæ serpentem unguibus stringens epigraphen ferebat: *Victoria multis. Innuebant videlicet, Regem illum, post multas victorias, sibi, regno & confinibus plurimum incrementi atulisse.*

9. Lilium, suprà Thyrsum suum languescens, epigraphen habet: *Impedirent nec regna mori. Sic etiam in summi cuiusdam Principis exequiis depinxerunt falcem aliquot papaveribus imminentem cum Lemmate: Et summa metit. Mors enim sceptræ ligonibus æquat.*

10. Principem morte abruptum emblemate fluminis, in campos excurrentis, significabis sub Lemmate: *Optima queque rapit. Sic etenim mors in ipsos etiam Principes grassatur.*

11. Laurus, quam antiquitas à fulmine immunem credidit, eodem concisa habet Lemma: *Fam nihil tutum. Ita dum magnates, immortalitate dignissimi, sub mortis fulmine fatiscunt, imposterum nemo ab hoc ictu immunit vivere potest.*

12. Navis, quantumvis rudentibus sericis, puppi deaurata, cæterisque ornamentis exulta superbiat, è portu tamen solvens inevitabilem illam Virgilii gnomam præse ferre cogitur: *Fatis incerta feror. Sic etiam Reges & Principes debent dicere illud Senecæ: fatis agimus, cedite fatis.*

Per-

Principi comp
exim fine ca
Rom. 13, v.
preceptor:
hore poetar
s, qui habe
tibus profecti
un falsoibus
ebut. Prop
exempti, le
mori ipsa su
exiam lapini
verb. Erat
Regem, Ra
nlicum dicen
perare. Ipsi
modicum.
Secundum lante
pericula.
sublatos ei
præfens ea
Nonne V.
Velipaliam?
darios præto
militaris imp
bus præterea

Pericula Principum.

Principi competit jus vitæ & necis; *Non enim sine causâ gladium portat*, ait Apost. ad Rom. 13. v. 4. Quem locum Cornelius ita interpretatur: Gladius significat, Magistratum habere potestatem vitæ & necis. Hâc de causâ iis, qui habent merum imperium, gladius nudus præfertur: & Romani Consules lictores cum fascibus virgarum & securibus ante se ducebant. Propterea tamen nec ipsi à morte sunt exempti: sed, ut ait Agapetus, *Potestatibus mors ipsa succedit*, non tantum naturalis, sed etiam sapientia violenta. Unde Seneca in Proverb. Errat, si quis existimat tutum diu esse Regem. Rationem dat Saturninus apud Vopiscum dicens: *Nescitis, amici, quid malisit imperare. Ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur.* Nullâ horâ, nullo ferè momento securi sunt Principes: ubique invidiae, ubique pericula. Taceo eos, quos veneno per insidias sublatos esse testantur Historiæ. Sufficiant ad præsens ea, quæ scribit S. Petr. Dam. opusc. 56: Nonne Vitellius interemptus est à Ducibus Vespasiani? Nonne & Pertinax occisus est à militibus prætorianis? Nonne Imperatores multi militaris impetus gladios pertulerunt? Domitianus præterea suorū coniuratione confossus est.

Salutare monitum.

Divitiis flores, & majorum nobilitate te jactas, & exultas de patria & pulchritudine corporis & honoribus, qui tibi ab hominibus deferuntur. Respice te ipsum, quia mortalis es, & quia terra es & in terram ibis. Circumspice eos, qui ante te similibus splendoribus fulsere: ubi sunt, quos ambiebant civium potentatus? ubi insuperabiles Imperatores? ubi qui Conventus disponebant & festa? ubi equorum splendidi vectores? ubi exercituum Duce? Nunc omnia pulvis, nunc omnia favilla, nunc in paucis verisbus eorum memoria est. Ita S. August. in sententiis sententiâ ultimâ.

Respice sepulchra, & vide, quis servus, quis Dominus, quis pauper, quis dives? Discerne, si potes vincetum à Rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Memor itaque naturæ, ne extollaris aliquando; memor autem eris, si te ipsum respexeris. idem S. August.

Memento illius, quod dixit quondam Me nander: *Moritur sutor eodem modo ac Rex. Benè ergo Poëta:* Regia majestas, omissis terrena potestas, Prosperitas rerum, series longæva dierum, Transiet absque morâ, mortis cum venerit hora.

Qua-

Querens: Quid censendum de Principum morte?

Rem difficilem postulasti, dixit Elias ad Eli-saeum 4. Reg. 3. v. 10. Id ipsum & ego modò dicere possem. Revera angustiae sunt mihi un-dique: si enim illos prædicavero beatos, adulari & blandiri me dices: si verò eosdem con-demnавero, veritas forte odium pariet. Quid ergò consilii? Non propriam, sed aliorum proferam sententiam, ut ex iis judicare possis, si velis Gentiles Regum adulatores, finge-bant olim, eos post mortem in Deorum numerum referri. Hinc in funere Regum & Imperato-rum fiebat eorum apotheosis, sive inter Deos relatio, quæ, quibus caeremoniis apud Roma-nos fieret, eleganter describit Herodianus ini-tio Li. 4. ubi inter alia ait: Aquilam ex rogo evolare solitam, quæ animam Cæsaris in cæ-lum ad Deum veheret. Hæc perpendens Corn. à Lap., dum 2. Machab. 11. v. 23. de morte Regis Antiochi ageret, ait: Impius Antiochus Epiphanes ob sua scelera & sacrilegia inter Deos, non cæli, sed inferni, puta inter Dæmo-nes translatus est. ita ille. Verum per hoc diffi-cultas necedum est enodata, Antiochus Rex fuit Ethnicus & gentilis, quos, si in idolatriâ suâ deceperint, damnari, fide certum est, & apud Christianos extra omne dubium. Sed quid di-cen-

cendum de Magnatibus Christianis? R. P. Henricus Engelgrave S. J. in suâ Luce Evangelicâ parte 2. Emblem. 19. §. 1. narrat, quod vir aliquis Religiosus, Alberto Imperatori à concionibus, Viennæ in Austrâ aliquando liberè è suggestu instituerit hanc ccontroversiam: *Queritur, an salvari possint Principes?* Re autem in utramque partem agitatâ & discussâ tandem respondit: *Quidni possint, si modo à Baptismo suscepto in cunis vagientes moriantur.* Fortè nimis dura tibi videbitur hæc responsio; Audi ergo etiam sententiam D. Chrysostomi ita dicentis: *Miror, si possit aliquis Rectorum salvari.* Certe, ut ait Spiritus sanctus per Sapientem Sapientiæ 6. v. 6. & 7. *Judicium durissimum his, qui præsunt, fiet.* Exiguo enim conceditur misericordia? potentes autem potenter tormenta patientur. Rei hujus rationes multæ adferri possent; sufficiat pro nunc illa, quam in hunc locum adducit Cornelius in hunc modum. Ratio est, inquit, quod graviora sint peccata Judicium & Principum, quam sint subditorum & privatorum. Primo, quia sunt personarum sublimium, quarum status & eminentia maiorem virtutem & perfectionem exigit. Unde Psal. 81. v. 1. dicitur: *Dens stetit in Synagogâ Deorum* (id est Judicium) *in medio autem Deos dijudicat.* ad: *Quia toti populo dant scandulum,*

lum, suntque peccati illecebra. Nam :
Regis ad exemplum totus componitur orbis.

ztiō, Quia eorum iusta iudicia æquè ac
leges & edicta, gravia damna, tum facultatibus,
tum corpori, tum animæ inferunt, non uni
subdito, sed plurimis, imo toti reipublicæ...
Hisce de causis viri sancti fugerunt regimen tum
Ecclesiasticum, tum civile &c. Hucusque ille.
Quem non terreat illud, quod anno 1248. Pa-
risii contigisse refert Thomas Cantipratanus
Li. I. Apum c. 10. part. 8.? Clericus quidam
in synodo Episcoporum prædicare compulsus
angustiabatur non modicum, quidnam dignè
posset corām tot Ecclesiae Prælatis prædicare.
Ast ubi accessurus in oratione jaceret, venit ad
eum Diabolus & dixit: *Quid angustiaris istis*
Clericis prædicare? Dicas eis istud & non aliud:
Principes infernalium tenebrarum Principes Ec-
clesia salutant. Lati omnes nos gratias referimus
eisdem, quia cum ipsis Prælatis eorum subditi de-
volvuntur, ac offeruntur, & per eorum negli-
gentiam ad nos ferè pariter devolvitur totus mun-
dus. Invitus quidem hæc tibi dico, sed Altissi-
mi iussione coactus. Respondit Clericus: *Mihi*
quidem si hac narravero, non credent. Tunc Dia-
bolus tangens maxillam ejus: *Ecce, ait, Sig-*
num nigredo insolita faciei, *Hanc antequam præ-*

dices, non tangas, quia frustra; post prædicationem verò aquâ benedictâ delebis. Processit Clericus in Synodo, & admirantibus cunctis in signo indito facie illa, quæ sibi jussa sunt, recitavit, & ad horrorem maximum cunctorum corda permovit. Notatu etiam dignum est alterum exemplum, quod legere est apud eundem: **Canonicus** aliquis S. Victoris post mortem apparuit amico, eique dixit: *Si de numero Episcoporum fuisssem, in damnationis periculum incidisssem, & de numero Electorum non essem. Notate hæc Principes! signate hæc Magnates!* Attendite ad id, quod de Inst. & Regim. Prælatorum scripsit S. Laurentius Justinianus: *Cathedra pastoralis non est officium honoris, sed oneris; non securitatis, sed periculi; non quietis, sed laboris.* Perpendite, quod in tremendo Dei judicio non tantum pro vestris, sed etiam pro subditorum vestrorum animabus districtam rationem sitis reddituri. Hæc cum ita sit, quis quæso ad Principatum ascendere gestiret certe, ut ait Origines Hom. 20. in cap. 25. Numeri,
Hac si cogitarent homines, Principatus non ambirent.



Puerperæ Mors.

Generationem unius esse corruptionem alterius, constans est Philosophorum tentia. Id ipsum, quamvis in alio sensu non adēd subtili, adimpleri dixeris in morte puerperæ, quæ enitendo problem enititur simul spiritum & propriam vitam.

Jerem. 15 dicitur: *Infirmata est, quæ peperit septem*, id est, plurimos, ut explicant Septuaginta. Rachel, dum filium secundum parturiret, ob difficultatem partus periclitari cœpit, imo mortua est. *Egrediente autem animâ præ dolore & imminentे jam morte vocavit nomen filii sui Benoni*, id est filius doloris mei. Gen. 35. v. 18. Rachelem hanc, à proprio fœtu in parturitione occisam, sequenti Epitaphio prosequitur Picinellus M. S. Li. 9. c. 4. n. 28.

Dum filio vitam inspiraret,
anima exspiravit.

Quæ moriebatur, quod non pareret,
mortua, dum peperit,
frugifera velut arbor
suāmet ubertate est consissa.

Divo Augusto imperante ancilla ejus in Agro Laurenti peperit quinque pueros, qui pauculos dies vixerunt. Mater quoque non multò post mortua est, monumentūmque ei factū iussū Augusti in viâ Laurentinâ, in quo scriptum fuisse constat numerum puerperij. + Sym-

Scena XLIX.
Symbola.

PHœnix, intrà Lethalem rogum depictus, epigraphen sustinet; *Ex funere fannus.* Problem, inter proximæ mortis tormenta natam hæc imago significabat; Veterum enim opinio fuit, felices fore proles, quæ matre enectâ in lucem prodissent, ut testatur Cornel. in cap. 35. *Genesis.*

2. Lucarinus Margaritæ Hispaniarum Reginæ mortem significaturus, aquilam piscem adumbravit, addito Lemmate: *Perit, dum partit.* Nempe hâc piscis illius proprietate Margaritam è partu mortuam significare volebat.

3. Arbori, ob nimias fruges dituptæ, Dominicus Gambertus è Martiali epigraphen addidit: *Pondere victa suo.* Hoc symbolo fœminam à prole, quam parturit, exanimatam afficies.

4. In exequiis Isabellæ de Esthe, Parmensis Principis, post filii partum mortuæ, Josephus Daganus aquilam adumbravit, quæ nido relicto, ruptisque compedibus, versus cœlum properabat, cum Lemmate: *Nec nidus, nec nodus.* Princeps enim illa, ad vitam tranquillam sublevanda, dulcissimum nidum, filiolum recens natum, deferuit, & arctum conjugalis vinculi nodum, qui ipsi cum Ranutio 2do intercesserat, dissipavit. Quies

Quies Mortis.

Habent gentiles solatia sua, ait S. Ambros. In oratione funebri de Fratre suo Satyro, quia mortem requiem malorum omnium existimant. Nos vero ut erectiores premio, ita etiam patientiores solatio esse debemus. Non enim amitti, sed præmitti videntur, quos non absorptione mortis, sed eternitas receptura ejus. Hic non negat S. Ambrosius absolute, mortem esse requiem malorum, sed tantum in sensu gentilium & Ethnicorum, quem & ego reprobo. De cætero ipsemet S. Ambrosius sentit mecum, mortem esse tempus quietis, nam illud Apocal. 14. v. 13. *Anodo jam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis*, ita explicat: à tempore mortis illicet requiescent, & requiescent in omnem ævum.

D. Carolus Rancatus sepulchro inscripsit: *Omnibus una quies*, quia in sepulchro à terrenis laboribus quiescimus. Unde dicitur Prov. 3. v. 24. *Si dormieris (somno mortis) non timebis, quiesces, Et suavis erit somnus tuus.*

Somnum scriptura nuncupat mortem, sicut est illud: *Lazarus amicus noster dormit*. Joan. 11. v. 11. Somnus autem bonus, quoniam quies est. Sicut scriptum est: *Ego dormivi Et requievi Et surrexi.*

Sententiae & Exempla.

Mors requies. Salustius.

Luctæ tempus tempus est vitæ ; finis vivendi requiei erit initium. Ita S. P. Francis-
cus, ut refert Wadding. in appendice opuscul.
serm. 6.

Justis mors quietis est portus. Per vitam ad
mortem est transitus, per mortem autem ad
vitam redditus. S. Ambros. Li. de bono mortis.

S. Germanus Pontifex Altisiodorensis Ro-
mam petens, cum Eduam devenisset, ad tu-
mulum S. Cassiani divertit, quem proprio vo-
cans nomine : Quid, inquit, agis Frater cha-
rissime ! & ille de tumulo : Dulciter, inquit, in
pace requiesco, & adventum redemptoris ex-
specto. Ita S. Bernard. serm. de Virginit. Idem
Epist. 105. ad Romanum ait : O quam beati
mortui, qui in Domino moriuntur, audientes à
spiritu, ut requiescant à laboribus suis ! ... Bona
proinde mors justi propter requiem, melior pro-
pter novitatem, optima propter sesuritatem.

S. Elisabetha Hungarorum Regis filia, ocu-
lis in cœlum intentis, vidit Christum, abeo-
que audivit : Bono animo esto filia. Cui illa, ita
Domine, tu mecum & ego tecum. Eadem in
agonie Christus apparuit dicens : Veni sponsa,
calasti thalamo potire.

Risus

Risus in Morte Sanctorum.

S. Cyprianus Tract. de Mortalitate docens non esse timendam mortem inter alia ait : *Qualis illuc celestium regnorum voluptates, sine timore moriendi, & cum aeternitate vivendi? quam summa & perpetua felicitas?* Felicitatem hanc, si non re, saltem fide & spe praesentientes varii Sancti in morte riserunt. Certè Mors est *Tempus flendi & tempus ridendi.* Eccl. 3. v. 4. Tempus flendi est impiis, tempus verò ridendi iustis. Riserunt impii in vita, at flebunt in morte, ubi *Turbabuntur timore horribili &c.* Sap. 5. v. 2. Iusti econtrà in vita fleverunt, ait in morte ridebunt. Juxta illud Didymi in Catena Græcorum : *Tempus presentis vita flendo opportunum est; tempus vero ridendi in spe jacet.* Unde Christus ipse metuere dicit Lucæ 6. v. 21. *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.* & v. 23. *Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in celo.* De impiis dicitur Prov. 14. v. 13. Risus dolore miscebatur & extrema gaudi luctus occupat. Econtrà de iustis Psal. 149. v. 5. *Exultabant Sancti in gloria, latabantur in cubilibus suis.* & Psal. 125. v. 2. *Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.* v. 3. *Facti sumus latentes.* v. 6. *Venient cum exultatione portantes manipulos suos.*

Exempla.

Beatissima Dei Genetrix & Virgo Maria in articulo mortis vidit Christum & ab eo fuit evocata. Unde S. Ildephonitus serm. 3. de Assumptione scribit de eâ : *Gaudens & ridens soluta est corpore, & perrexit ad Dominum.* Imò graves Auctores censem, illam ex nimio Christum videndi desiderio, amore & gaudio animam exhalâsse, ait Cornelius in illud Prov. 31. v. 25. *Ridebit in die novissimo.*

Dum S. Sabina ad minas combustionis ridebat, Ædituus & Satellites ejus dixerunt: Rides ita Deo placet, ait illa; Christiani enim sumus, & qui fide sunt in Christum firmâ atque constanti, risu ridebant perpetuo, ita Baronius ex ejus actis.

S. Mechtildis in morte ter impugnata à dæmonibus ter flevit; sed ter defensa à Ss. Angelis ter risit, ridensque velur victrix spiritum reddidit, teste Engelhardo in ejus vitâ.

S. Maria Oigniacensis moriens risit, & orans irrisit mortem; nam ut scribit oculatus testis Cardinal. Jacobus de Vitriaco Li. 2. vita ejus c. 13. Præ gaudio diutissimè subridens submissâ voce cantabat: *Quàm pulcher es Rex noster Domine.* In eo gaudio persistit cantando, ridendo &c.

Ro-

Rotæ Vita similis.

DOCTISSIMUS SACRÆ SCRIPTURÆ INTERPRES CORNELIUS À LAP. IN ILLUD JACOBI 3. V. 6. *Inflammat Rotam nativitatis nostræ*, ait: *Rotam nativitatis nostræ vocat Jacobus universum vitæ nostræ cursum*. Hujus autem sunt variae rationes.

Primo, Quia nunquam consistit, sed semper instat rotæ circumvolvit. Und Occumenicus: *Rota dicitur vita, quia in se ipsam revoluta*. & Beda. *Cursus humanae vitæ lingua contaminat, quo ad mortem usque veluti curreti Rotæ agimur.*

2dō, Sicut Rota in puncto tantum terram attingit, ita hominum vita res terrenas leviter tantum degustat: Illæ enim mox rotantur & abeunt.

3tio, Sicut Rota major rapit minorem sibi subditam & subalternam, ita rotatio cœli secum rapit & rotat Rotam vitæ nostræ. ait Cajetanus.

4tō, Quia instat Rotæ velocissimè ad metam & mortem decurrit. Unde Job cap. 9. v. 25. *Dies mei velociores fuerunt cursore; fugerunt & non viderunt bonum.*

5to, Sicut Rota rotando redit ad suū principium; sic vita nostra tum agendo, tum moriendo redit ad sui principia. Dum enim una actio finitur, incipit alia: *Sic labor laborem parit, & sœpè dum credimus, eum finire, de novo idem*

idem inchoandus est, juxta illud Eccli. 18. v 6
Cum consummaverit homo, tunc incipiet. Hinc veteres pinxerunt annum quasi serpentem actum in gyrum, qui caudam ore mordet, quia ubi cauda & finis unius anni definit, ibi os & principium alterius incipit. Ad rem Isidorus Pelusiota Li. 1. Epist. 158. ita ait: *Tempus vitæ nostræ Rota speciem imitatur, utpote quod in se torqueatur & convolvatur.* Dies enim succedit diei, mensis mensi, annus anno, ut uno finiente alter incipiat, itaque ad sui principium dies, mensis & annus quasi redeant & in se perpetuò revolvantur.

6to, Sicut in Rotâ, dum una pars deprimitur, adversa erigitur; sic in hâc vitâ, dum hi deprimuntur, illi exaltantur, & vice versa. Hæc est Rota fortunæ. Rotam hanc quisque continuò subit, ut nunc humilietur, nunc exaltetur, nunc rursùm humilietur. Unde Boëtius Li. 2. de consol. prosâ. 1. ait: *Rotam volubili orbe versamus, infima summis, summa infimis mutare gaudemus.* & S. Gregor. Nazianz. in Sentent. *Rota est incertè fixa breviò hac multiplex vita.* *Sursùm movetur, ac deorsim trahitur;* neque enim stabilis est, quantumvis ita videatur.

San-

Sanctorum Mors.

Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus, ait Regius Psaltes Psal. 145. v. 15. idque ob septem rationes.

Primò, Ob lucem virtutum totâ vitâ collectarum, quæ tunc fulgentiùs emicant, sicut lux candelæ, cum emoritur. In morte, ubi aliis sunt tenebrae, lux est animabus Sanctorum, & tunc maximè terreno vase fracto internus splendor emicat, sicut accidit ruptis vasis à militibus Gedeonis. Sic S. Francisci Seraphici anima visa est sub specie stellæ præfulgida à candidâ subiectâ nubeculâ, super aquas multas in cœlum recto tramite sursùm ferri, ut ait Lucas Waddingus in Annalib. Minorum An. 1226.

2dō, Ob donum orationis in eis usque ad mortem perseverans. Sic Vener. Beda cantans in vesperis: *Gloria Patri &c. Spiritum Deo reddidit.* Et S. Anton. Paduan. jubilando B. Virginis: *O gloriofa Domina! &c. ac intentis in cœlum oculis dicens: Video Dominum meum, animam ei reddidit.*

3tio: Ob securitatem vitae præteritæ bonis operibus collectam. Sic S. Martinus visum dæmonem securus increpavit dicens: *Quid hīc astas cruenta bestia? nihil in me funeste reperies.* De Alexandro Oliva, qui fuit 25. Generalis

neralis Ord. S. Augustini & postea Cardinalis, narrat Nicol. Crusenius in monastico Augustiniano, quod Cardinalis quotidie visitaverit sepulchrum suum dicens: Alexander quid post hæc? tandem morti proximus ait: *Quid ego timeam, qui ad nuptias propero?*

4to: Ob liberationem ab hujus vitæ miseriis & transitum ad veram vitam. Anima innocens odit purulentam mundi hujus faniem in aquis & lino voluptatum. Exclamat illa cum Authore sermonum ad Fratres in eremo serm. 3. *O mundo immunde! in te habitare, & non dolere impossibile est.* Desiderat ergo ex corporis hujus vinculis liberari, sicut avis visco & laqueis irretita. Sic Angelica Seraphina in mortis extremo agone clamabat: *Educ de custodia animam meam.* Quod si fuerit educta, aut proximè sit educenda, gaudet desuper & lætatur. *Triplex in morte congratulatio est,* ait S. Bernard. in transitu S. Malachiae, scilicet homines ab omni labore, peccato & periculo liberari. Unde S. Antonin. Archiep. Florentinus in extremo vitæ spiritu canebat: *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos,* ut refert Mainardus in ejus vitâ.

5to: Obilius prænitionem & prævisionem,
Deo

Deo illam revelante. Oravit quondam Rex David Psal. 38. v. 5. *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, quis est, ut sciam, quid desit mihi.* Quod David tam instanter à Deo petiit, hoc immensa ejus clementia multis Sanctis ultroneè revelavit, ut patet ex vitâ variorum Sanctorum, qui horam mortis sçæt prædixerunt.

6to : Ob lucem cœlestem. Sic suprà domum, in quâ S. Aldegundis Virgo ægrotabat, lux cœlestis visa est, & cum ipsâ luce hæc S. Virgo de hoc sæculo migravit.

7mo ac præcipue : Ob Christi auxilium, quod ipse servis suis in illâ horâ decretoriâ præstat, tum per se ipsum, tum per Deiparam, tum per Angelos & Sanctos jam beatos, nonnunquam etiam manifestis visionibus lactantes confertans & recreans. In primis per se ipsum. Sic S. Stephanus, paulò antequâm lapidaretur, exclamavit: *Ecce video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei.* De S. Thatillâ, amittâ suâ, refert S. Gregor. Li. 4. Dial. cap. 4. dicens: In Agone sursùm respi ciens Iesum venientem vidit, & cum magnâ animadversione cœpit circumstantibus clamare dicens: *Recedite, recedite, Iesus venit.* Cùm que in eum intenderet, quem videbat, Sancta illa

illa anima è corpore est egressa. Deinde *Per Deiparam*. S. Opportunæ Abbatissæ morienti apparuit B. Virgo , cum propè agrotantem psalmi à Clero & Sanctimonialibus cantarentur. Tum ipsa ait : Ecce advenit Domina mea B. Virgo Maria , cui vos commendo , quos in hoc sæculo amplius non videbo. Deinde extendens brachia , velut cām amplexura , exspiravit , ut dicit S. Adelelinus Episc. Sagiensis in ejus vitâ cap. 13. Sic etiam Francisca à Cruce eandem virginem moriens vidit , & in illis verbis : *Eo nunc , O Domina ! Suaviter exspiravit*. Le Blanc in Psal. 115. v. 15. N. 65. Item *Per Ss. Angelos*. Juxta illud S. Joan Chrysoft. Hom. 2. de Lazarō: *Tunc Angeli solatio sunt , tunc labantes erigunt in spem ac munsunt , ne ab hostie superenter , quorum unicē amant salutem &c.* Sic S. Oswertus Monachus à S. Michaële Archangelo contrà insultantes Dæmones in agone prævalenter defenditur , ut habet quodlib. Angelico-historicum ad diem 8. Nov. Num. 1. Sic etiam testatur S. Athanasius , S. Antonio morienti Angelos occurrisse , eumque contrà Diaboli calumnias defendisse. Denique *Per alios Santos jam beatos*. S. Gertrudis sub mortem vidit se recipi in sinum Christi , ab eoque cordi suo applicati , mox accedere vicissim Ss. Angelos ,

Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Virgines, ac singulos sua dona, & gratias, quibus excelluerunt, illi communicare. Ita habet ejus vita Li. 4 cap. 34. teste Cornelio in cap. 31. Prov. v. 25. S. Arnulphus, Suf-
fisionis Episcopus, diem suæ mortis prædixit, &
pridie ter magno fragore cella ejus concusſa est.
Cateris timentibus dixit se vocari ad cælum.
Obiit in feſto Assumptionis B. M. Virginis. Sub
primâ quaſſatione advenit B. Petrus Apostolus,
ſignificans vitæ januam patere. Sub alterâ S.
Michaël, pollicens ducatum ad cælum. Sub
tertiâ B. Virgo multis Ss. Virgitum agminibus
ſtipata, affſecurans de animâ in feſto Aſſumptio-
nis ad cælos transferendâ. Ita Baron. tom. II.
Anno Christi 1087. S. Gregorius Li. 4. Dialog.
cap. 11. describens mortem Ursini Præſbiteri
narrat, quod ei apparuerint Ss. Apostoli Petrus
& Paulus, quibus viſis cum magnâ lætitia cœpit
clamare; Benè veniant Domini me! ecce
venio, ecce venio, atque inter hæc verba
animam reddidit.



Sententiæ ad rem,

Pretiosi ab avaritiâ dicuntur lapilli quidam, floribus interspersi & sublucientes coloribus: Re autem verâ pretiosa est mors Sanctorum ejus, cùm videlicet anima ab omni inquinamento carnis emancipata ac libertati redditâ, nullam in se retinens maculam aut rugam, duris pro pietate agonibus probata, insignita corona justitiae, perque hæc omnia admirabilis decore virtutis interlucens Domino suo, atque omnium Judici se præsentavit, lapide omni pretioso longè rutilantior. Ita Basil. in ps. 145.

Pretiosa sancè, tanquam finis laborum, tanquam victoriæ consummatio, tanquam vitæ janua, & perfectæ securitatis ingressus. S. Bernard. Idem serm. 41. ex parvis ita ait: Bonorum mors optima, quoniam quidem sit ibi requies à labore, sit jucunditas de novitate, sit securitas de æternitate. Benè ergò Poëta:

Regnum calorum requies est plena laborum.

Portus nostrorum laborum est videre Deum, laudare Deum. S. Aug. serm. 45. de diversis. I, spes non falliet, quamvis contraria mallet;

Pluto relinque solum, mox adeundo polum.

Plura: *Justorum Mors & utilitas mortis.*

Plura

Plura adhuc Exempla.

Moyses, ut habetur Deuter. 34. *Mortuus est iubente Domino*: vel ut exponit Cardinalis Cajetanus *In osculo Domini*. Judæi membrant nongentos modos, quibus justi mori possunt; Inter illos autem valde aestimant mortem, *In osculo Domini*, id est sine præcedente morbo, qualiter mortuus est Moyses. Unde Cornelius locum citat. v. 7. ait: Patet, Moysen non esse mortuum ex defectu virium vel ex morbo; sed tantum ex Dei iustu & voluntate; nam validus ascendit in montem, ibique statim defunctus est, Deo nimis tamen cum dissolvente, animamque à corpore separante & educente ad limbum Patrum.

S. Laurentius morti proximus: dixit: *Gratias tibi ago Domine, quia januas tuas ingredi merui.*

S. Martyr Ignatius, qui velut electum Christi frumentum bestiarum dentibus volebat moli, in martyrii sui agone exclamasse fertur: *Iesus, Iesus, Iesus.* Inquisitus autem trisagii hujus causam respondit dignam Ignatio sententiam: *Iesum cordi meo inscriptum circumfero, hinc est, quod in agone meo sanctissimum illud nomen exclamando invocem & invocando exclamem.* Dicti hujus veritatem exploraturus satellitum quispiam

piam aperto post mortem Sancti hujus corpore
extraxit cor ejus ; & ecce , sicut Sanctus præ-
dixerat , ita Satelles dulcissimum nomen Iesu ,
& quidem aureis characteribus , cordi ejus in-
scriptum invenerat. Ita Lecuhtius in vita ,

S. Joanni Chrysostomo S. Basiliscus Martyr
noctu apparenS ita loquebatur : Joannes Fra-
ter ! crastinus dies nos loco conjunget.

S. Eligius Noviomensis Episcopus , animam
agens , discipulis osculo valedicens dicebat :
Jam non ultra loquar vobiscum , valete in pace.
Redeat terra in terram. Ita refert B. Audoenius
Plotomag. Episc. in ejus vita.

S. Edmundus Episcopus Cantuariensis , sacro
oleo jam delibutus , mirâ pietate , nec sine la-
crymis Christi vulnera , lateris præsertim , os-
culatus est , illud Isaiae concinens : Haurietis
aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

S. Petrus de Alcantara in agone suo dicebat :
Latatus sum in his , quæ dicta sunt mihi , in do-
mum Domini ibimus.

S. Ludovicus Rex Franciæ morti proximus
dicebat : Introibo in domum tuam , adorabo ad
templum sanctum tuum Ec. & iis verbis est im-
mortuus.

S. Nicolaus Tolentinus sex totis ante obitum
renibus , paulò ante preces nocturnas , sin-
gulis

gulis noctibus, suavissimum Angelorum concentum audivit, qui illi quasi prægustationem futuræ vitæ præbebat. Unde frequenter repetebat illud Apostoli: *Cupio dissoluī, & esse cum Christo.* In extremo spiritu cœpit fundere voces lœtitiæ, dicens ad Fratres rei causam quærentes: *Dominus meus & Jesus Christus, sanctissima Matri & Augustino Patri nostro innixus dixit mihi: Euge serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* in quibus verbis exspiravit. Ita in ejus vita cap. 11. & cap. 13.

S. Franciscus Xaverius Indorum Apostolus manu tenens, crebròque osculans Christum crucifixum, ac ingeminans: *O Jesu Deus cordis mei.* In cor ejus spiritum tuum depositit.

De S. Probo Reatis Episcopo narrat S. Greg. Li. 4. Dial. cap. 12. quod ad eum moribundum venerint S. Juvenalis & S. Eleutherius Martyres, candidis induiti, qui eum ad cœlestē epulum invitârunt.

Dum S. Calliopius pro Christi fide fortiter Martyrium subiret, ac pronus in caput Crucifixi in die Parasceves animam ageret, vox audita est ita sonans: *Veni Civis Christi & Co-hares SS. Angelorum.* Ita Surius 7. Aprilis,

Huic

Huic proinde aptari potest, quod de S. Malachia Archi-Episcopo Hyberniæ scriptit S. Bernardus: Lætemur, quod Angelus noster ascendit ad cives suos, pro filiis captivitatis legatione fungens, corda nobis concilians Beatorum, vota illis intimans misererorum.

Cor Rochi Gonsaletz S. J. præcisâ cervice post mortem inclamavit nomen IESU.

S. Bernardus, primus S. P. Francisci Filius, moriens dixit: Nunc sentio, quid sit in Dei timore vixisse. Nunc enim pro toto mundo nolle me aliam vitam instituisse.

B. Antonius Duratius Franciscanus, Archi-Episcopus in Macedonia, ab apparente instar pulcherrimi Juvenis, & totam vitæ ejus periodum à Nativitate usque ad mortem articulatim recitante Angelo, nunquam priùs, nunquam deinceps viso, funebri laude honoratur. Natus in Anno Angelico.

Plura ad rem exempla invenies passim in Vitis Sanctorum, Breviario, Martyrologio &c.



Exempla Sanctarum.

S. Gorgonia placidè latèque obdormivit in Domino jubilans: *In pace in idipsum dormiam & requiescam*, ut testatur Frater ejus S. Gregor. Nazianz. orat. 11.

S. Gertrudis sub mortem vidit se recipi in simum Christi, ab eoque cordi suo applicari, ut habet eius vita Li. 4. cap. 34.

De S. Gallâ narrat S. Gregor. Li. 4. Dial. cap. 13. quod videns S. Petrum rogaverit: *Suntne mihi dimissa peccata?* cui S. Petrus: *Dimissa sunt, veni.* Unde tertio die cum aliâ Sorore, quam S. Petrus nominaverat, defuncta est. Idem cap. 15. narrat transitum S. Romulæ & cælestes ejus exequias: Nam in ejus morte palam auditus est chorus virorum & fæminarum psallentium, qui animum ejus in cælum eduxit; & quanto chori altius ascendebant, tanto psalmodia lenius audiabantur.

S. Bathildis Regina Galliæ, appropinquante morte vidit scalam erectam, & stantem ante altare B. M. Virginis, cuius scalæ culmen cælum contingeret, & quasi angelos Dei comitantes, ut ipsa per illam ascenderet. Le Blanc in Psal. 115. N. 66.

B. Catharina Raconisia cordi suo inscriptum habuit: *Iesus spes mea.*

Antonia Ximenes cum audivisset morbum suum esse lethalem, præ ingenti lætitia in has voces erupit: *Exultabunt Sancti in gloria Ec.* & paulò post exspiravit, ut refert Joannes à S. Mariâ in ejus vitâ.

Cum Eleonora de Cisneros in extremâ luctâ versaretur, maxima ipsam è cælo lux circumdedit, animamque ejus in cælum abstulit. Le Blancin Psal 12. v. 1. N. 10.

Cæcilia Baldæ in ultimo articulo constitutæ stella fulgida in frontem decidit; neque inde exivit, donec est mortua. ibidem.

Anna Augustina in extremis agens exclamavit: Ah Sorores meæ, ah Sorores, si quæ video, videretis! ah quantum gaudium! in iisque verbis feliciter exspiravit.

S. Gregor. Li. 4. Dial. cap. 17. narrat, Musæ puellæ apparuisse Deiparam cum puellis virginibus in horâ ejus exitûs, eique vocanti Musam depressis reverenter oculis apertâ voce clamasse; *Ecce Domina venio, ecce Domina venio.* In eaque voce Spiritum tradidisse.



Senum Mors.

PHilosophorum Princeps Aristoteles ætatem hominis in tres divisit partes , scilicet in juventutem usque ad annum 25um , in statum seu virilitatem usque ad annum 40. & in senectutem usque in finem: Nihilominus ab aliis melius & clarius in septem dividitur partes. Inter hos est Philo , de quo S. Iridærus Li. 3. super Amos : Utique septem spatia Philo vitam describit humanam . Prima ætas est *Infantia* , quæ ab ortu usque ad sextum circiter annum durat , diciturque homo *Infans* quasi *non fans* , quia mutus nascitur. Hæc etiam ætas dicitur *Lunar*-ris propter prædominium humiditatis , cuius præcipua causa est Luna. Secunda dicitur *Pueritia* , à puritate , & durat usque ad annum cir- citer 15um , diciturque *Mercurialis* , quia tunc homines incipiunt discurrere , & scientias addiscere , quibus præest inter Planetas Mercurius. Tertia est *Adolescentia* usque ad annum 21. vel 25um , dicitur *Venerea* , quia tunc ho- mo fit aptus generationi. Quarta est *Juventus* usque ad annum 35um vel 40um vocaturque *Solaris* , quia tunc regnat floriditas ætatisque perfectio , cum sit mecia. Quinta est *Virili- tas* usque ad annum quinquagesimum & *Morti-*

tribuitur, qui est Planeta calidus & siccus præparans ad robur. Sexta dicitur *Senectus* usque ad annum sexagesimum quintum, & dicitur *Jovialis*, quia Jovi subjicitur propter gravitatem, prudentiam & præeminentiam. Ultima est *Decrepitas* usque ad finem vitæ & *Saturno* tribuitur, qui est causa frigiditatis, siccitatis pigritiae, tristitiae, aliarumque imperfectionum, quibus scatent decrepiti.

Senectus est sexta hominum æras, unde & senes à senario numero quidam dictos existimant. Alii senes à segnitie dictos esse malunt, quod tardi sint, & ad res gerendas inutiles. Alii denique à mortis vicinitate appellatos contendunt quasi semi-neces, eò quod senex peractâ majori ætatis suæ parte jam morti propinquior sit; nam ut ait S. Isidorus Pelusiota: *Senes illud tantum expectant, in terram deposito se corpore alituros*. Unde apud veteres in funere alicujus senibus exhicebatur *Silicernium*, id est funebre convivium, quod cogitarent, se mox defunctorum secuturos. Quapropter abeentes à convivio, veluti se non amplius visuri, mutuo se salutabant; nam Mors, quæ juvenibus tantum est in insidiis, senibus jam est in januis.

Sen.

Sententix.

Dlogenes rogatus, *Quid est senectus?* respondit: *Est vita brumalis, tempestatis obnoxia.*

Solon dixit: *Senectus est hyems vitae.*

Cicero in topicis: *Senectus est occasus vitae.*

S. Gregor. Nazianz. *Caput jam canescit, prope est astas vite.*

Alexis Poëta senex rogatus, *Quid ageret?* respondit: *Pedetentim morior.* unde benè Poëta: *Quos senium frangit, Mors illos proxima tangit.*

Mors senibus in januis est, juvenibus in insidiis. S. Hieron.

Adolescentiae pueritia non redditura succedit, juventus adolescentiae non mansura; succedit finiens senectutem senectus; senectus autem morte finitur. S. August. Epist. §

Optima quæque dies misericordia mortalibus ævi, Prima fugit, subeunt morbi tristisque senectus, Et labor & duræ rapit inclemens mortis.

S. Hieron. in Epitaph. Nepoti ad Heliod. Illa rapit juvenes primâ florente juventâ:

Non oblita tamen sustulit illa senes.

Obrepit non intellecta senectus. Juvenalis Satyr. 9.

Venturæ mémores jam nunc estote senectæ. Ovidius 3. de arte.

Discite venturam jam nunc sentire senectam.
Propert. Li. 4. Eleg. 12.

Qui bona consuescit semper cum laude senescit.
Eccles. 12. v. 1. Senectus plena ærumnis.

Dixit quidem Aristoteles Li. de cælo & mundo : *Mors senum sine tristitia est, quia nullo eis contingente dolore moriuntur.* Nihilominus experientiâ satis compertum est, quod ætas senectutis plena sit ærumnis, quarum plures suprà recensui titulo : *Brevitas vita.* Certè, ut ait Terentius in Phorm. *Senectus ipsa est morbus.* Unde August. Li. de Catech. rud. *Cum homines sibi optant senectutem, non aliud optant, nisi longam infirmitatem.*

Antiphanes ait : *Senectus est ara malorum ; ad ipsam enim omnia confugiſſe videntur.* Idem vocat eam officinam malorum.

Democritus dicebat : *Senectus omnimoda imperfectio est ; omnia habet, omnibus indiget.*

Pherecrates affirmat, eam esse onerosam & ubique molestam. Quinimò, ait Cicero Li. de Senectute, *In senectâ hoc reproto miserrimum, sentire eâ etate, se esse odiosum alteri.* Quare quilibet posset orare illud Psalmista Psal. 70. *Ne projicias me in tempore senectutis.*

S. Paulus Eremita Antonium ad se venientem in Eremo teste S. Hieronymo ita fuit allocutus : *En quæ tanto labore quæfisti, putridis senectute membris operit multa canities.*

Sym-

Numeros die
centum a
reptant fuit;
pi anni in die
1. Antiph
mileni vino, c
3. Venom
mortis quoti
cis, qui
Blanc in P
4. Spica
primo non
de Lemma :
cepit nocturn
Pacatum le
Matolla a
dicebat :
senex dñi
Marcella
S. P.D
prælum n
Secunda p
Magdane &
cæfelin ; ita
plantæ & v

I.

Numerus dierum hominum ut plurimum centum anni: quasi guttæ aquæ matis deputati sunt; & sicut calculus arenæ, sic exiguus anni in die ævi. Eccli. 18. v. 8.

2. Antiphanes asserit, vitam nostram esse similem vino, cum supereft modicum, acceſcit.

3. Fænum aridum est omnis senex, falcem mortis quotidie exspectat, & sententiam Judicis, qui Apoc. 14. cum falce appetet. Le Blanc in Psal. 70. v. 6.

4. Spicas albescentes fato inevitabili & proximo nonnisi falces mesloriæ manent. Unde Lemma: *Albescunt ad messem.* Ita sanè caput nestrum, canitie maturescens, indies Parcarum lethale vulnus pertimescat. Unde Marcella ad Lescalem Consulem Romanum dicebat: *Juvenis quidem citò potest mori, sed senex diu vivere non potest,* teste S. Hieron. in Marcellæ Viduæ Romanæ Epitaphio.

5. P. Dominicus Gambertus Annosam cy- pressum non abs re hoc Leminate notavit: *Saccula prosunt.* Sicuti enim iste tantundem Majestate & altitudine, quantum annis excrescit; ita etiam homo crescere deberet sapientiâ & virtutibus.

T 4

6. Oli-

6. Oliva, diuturnis annis stare solita, tandem & ipsa fato inevitabili succumbit, ruitque. Unde arida & senio deficiens Epigraphen recepit: *Nihil immortale tenemus.* Huc quadrat illud Ovidii Li. 6. Fastorum Num. 765.

Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis,

Et fugiunt fræno non remorante dies.

& aliud Ejusdem Li. 14. Tremuloque gradu
venit ægra senectus, quæ patienda diu est.

7. Physicis observatum est, juniores apes mellis colligendi causâ in campos excurrere, adultioribusque interea domi suæ, ac intrâ alvearia laborantibus. Sic Aristoteles Li. 9. Histor. Animal. ait: *Apum seniores intus operantur, adolescentes foris negotium exercent.* Unde volantibus circum alveare junioribus apibus inscribes: *Ad negotium seniorum intus.* Mentre Emblematis explicat illa Græcorum Sententia: *Opera sunt juvenum, bella viorum, ac consilia senum.* Adhuc aliud quoddam negotium senum exprimit Ecclesiastes, dum cap. 11. v. 8. dicit: *Si annis multis vixerit homo, meminisse debet tenebrofi temporis, id est mortis, ut exponit*

Lyranus.



Senes olim odiosi.

MEnander quondam senem nominavit *Moleustum animal*; senes enim non solum sibi, sed & aliis sœpè molesti sunt. Quare olim ab infidelibus malè habiti sunt. Nam Primo Onesicritus tradit, apud Bactrianos eos, qui senio confecti sunt aut morbo, vivos projici canibus, deditâ operâ ad hoc enutritis, quos linquâ suâ Entaphistas, quasi Vespilliones, vocant.

2dō. Caspii parentes suos, ubi septuagesimum ætatis annum impleverint, inclusos fame enecant. Ita Strabo Li. 11. pag. 517. Qui addit pag. 520. Caspii eos, qui septuaginta amplius annos vixerunt, fame enectos in solitudinem abjiciunt; eminùsque spectantes, si ex feretro detrahi eos ab avibus videant, beatos illos prædicant; si à feris aut canibus, non item: infelices, si omnino non detrahantur.

3tō. Indorum in more erat, Parentes interfertos solemnibus epulis præmixtos esitare, ut ait Tullius Li. 1. Tuscul. quæst.

4tō. Hyperborei habitant lucos, sylvasque: & ubi eos vivendi satietas cepit ac tedium, hilares redimiti fertis fæmetiplos in pelagus ex certa rupe præcipites dant. Id eis funus eximium est; ut resert Mela Li. 3. cap. 5.

5tò. Apud Massagetas optimum mortis genus censetur, si senio confecti cum carnibus ovillis in frustrâ concidantur, unâque devoutentur. Qui è morbo decedunt, eos abjiciunt tanquam impios, & dignos, qui à feris voren-
tur, ait Strabo Li. 11. pag. 513.

6tò. Derbices jugulant eos, qui septuage-
simum annum excederunt; carnes genere pro-
pinqui absument; vetulas strangulant, ac
deinde sepeliunt. Qui intrâ annum septuage-
simum moritur, non editar, sed humatur, ut
tradit idem Author pag. 520.

7mù denique, si qui inter Troglodytas per-
senium non possunt greges assèqui, gutture
illigato bovis caudæ incunctanter sibi vitam
præcludunt. Quod si quis mortem differt, hunc
velut ex benevolentia quâdam prius admoni-
tum, innexo laquo, quicunque velit, pri-
vandi vitâ potestatem habet. Sic & membro
aliquo captos, aut incurabili morbo correptos
è vita summovere lege statutum est, teste
Theodoro Siculo Li. 3. pag. 166. Voluerunt ni-
mirum præcavere, ne verificetur illud Cornelii
Galli:

Contrahimur, miroque modo decrescimus ipsi:

Diminui nostri corporis esse putes.

Fitque tripes prorsùs, quadrupesque ut par-
vulus infans,

Et per sordentem flibile serpsit humum,

Somnus Mors.

Sommus mortalis est somnus omnium viatorum, quia nullus est hic viator, qui finaliter ad somnum mortis veniat, ait Berchorius in suo Repertorio verbo *sommus*: Iste est somnus, quo si quis sopitus fuerit, nunquam usq; in diem judicii evigilabit. Unde mortui à S. Scripturā vocantur *dormientes*, prout Apostolus scribit 1. ad Thessal. 4. v. 12. *Nolam⁹ vos ignorare de dormientibus*, id est, defunctis. Locum hunc exponens Cornelius duplicem hujus assert rationem.

Prima est ex S. August. serm. 32. de verbis Apost. tom. 10. Mortui vocantur dormientes ob spem resurrectionis, quā celerimē evigilabunt ex somno mortis, & ex lecto, id est, sepulchro suo. Hinc pia fuit & etiamnum est, Christianorum consuetudo, ut, cum aliquis mortuus est, non dicerent: *iste mortuus est*, sed, *obdormivit in Domino*: idque ad amicorum consolationem, & ut mutuō lēse excitarent ad contemptum vitæ præsentis & spem resurrectionis. Ita Christus Joann. 11. v. 11. de Lazarō mortuo loquitur dicens: *Lazarus amicus noster dormit*; sed vado, ut à somno excitem eum. Ubi Christus, prout exponit Cornelius, Mortem vocat somnum, quia mox ab eā suscitandus

*E*vigilaturus erat Lazarus. Audi S. August. Domino dormiebat, qui eum tantâ facilitate excitavit de sepulchro, quantâ tñ excitas dormientem de lecto; hominibus autem mortuus erat, qui eum fuscitare non poterant.

Ecunda ratio est, quia magna est affinitas somni & mortis, somnus enim est mors quædam brevior, mors vero somnus longior. Hinc Poëta:

Stalte, quid est somnis gelida nisi mortis imago. Hinc etiam Maro consanguineum Lethi soporem fecit Lib. 6. Æneid. & Gorgias è somno evigilans proximus morti dicebat: *iam somnus incipit suo me fratri tradere.* Certè multi in ipso somno obierunt, vitamque cum morte commutârunt. *Holofernes jacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus.* Judith. 13. v. 4. Ipso autem sic dormiente Judith abscidit caput ejus. Sic etiam de Sisarâ dicitur Judic. 4. v. 21. *Soporem morti consciens defecit & mortuus est.* De eodem Josephus: *Cum Sisara lac avidius ingurgitasset, in somnum solutus est.* Sub quo somno Jahel clavum malleo percussum defixit in cerebrum ejus usque ad terram, sicque mortuus est.

Est quædam dormitio inevitabilis & dolorosa, quæ est exspectanda, & ista est dormitio mortis,

mortis, ait Berchorius in Repertorio verbo *Dormire*. Ista dormitio pro certo est justis suavis & pacifica, est malis infelix & terrifica, est cunctis fatalis & fatidica. Est justis amorosa, quia per hanc deducuntur ad cœli gloriam juxta illud Psal. 4. v. 9. *In pace imdipsum dormiam & requiescam.* Est etiam malis terribilis & dolorosa, quia per hanc deducuntur ad inferni miseriam juxta illud Jerem. 51. v. 39. *Dormiant somnum sempiternum & non consurgant, dicit Dominus, & deducam eos quasi agnos ad vitam.* Est etiam omnibus miserabilis & timorosa, quia per hanc deducuntur ad pristinam materiam. Jobi 21. v. 25. *Moriuntur in amaritudine animæ sua absque ullis opibus & tamen simul in pulvere dormient, & vermes operient eos.* Ita Berchor. cit.

Thomas Le Blanc in illud Psalm. 126. v. 4. *Cum dederit dilectis suis somnum,* ait: Dat Deus dilectis suis somnum, cum eos ab his sœculi curis & molestiis in æternam quietem & tranquillitatem, transfert, ubi certum est nulla esse interturbantia somnia.

Fideles, qui Christum in se ipsis habentes moriuntur, dormiunt per Jesum, id est in Jesu, puta in Jesu fide, charitate ac spe resurrectionis. Cornel. 1, ad Thess. 4. v. 13.

Sententiæ.

IN pulvere dormiam. Job. 7. v. 21.

IDormivit David cum Patribus suis, & sepultus est in civitate David. 3. Reg. 2.

IDormivit Salomon cum Patribus suis, & sepultus est in civitate David Patris sui. 3. Reg. 11, in fine.

IDormivit Manasses cum Patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ. 4. Reg. 21.

Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino, Act. 7. v. 59.

Multi de his, qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt, alii in vitam æternam, & alii in opprobrium, ut videant semper. Dan. 12. v. 2.

Descenderunt & dormierunt in circumcisio, interfectique gladio... in circuitu illius sepulchra eorum. Ezech. 32. v. 21. & 22.

Cum morimur, in paupertate dormimus. S. Aug. serm. 45. de Diversis.

Per comparationem ad divinam virtutem dormire censentur, & facilius à Domino suscitabuntur, quam dormiens ab homine exciteatur. S. Dionys. Carthus.

Dormire mori est; ante somnum verò dormitare est ante mortem à salute languescere, quia per pondus ægitudinis pervenitur ad somnum mortis. S. Greg. Hom. 2. in Evang.

Subi-

Subitanea Mors.

Plutarchus in Apophth. refert, quod dum aliquando in aulâ Julii Cæsaris inter cænandum ortus esset sermo, quod genus mortis esset optimum? Iple Julius Cæsar incunctanter responderit: *inopinatum*. Si de morte iustorum processerit hæc sententia, eidem consentio, nam, ut ait Holcot, *Mors justi subita, quam præcessit bona vita, non minuit merita, si moriatur ita.* Quinimò talis, nec tubeundo morbi molestias, nec sustinendo mortis angustias, nec sufferendo dæmonis insidias, placidè tranquilleque deducitur ad portum felicitatis æternæ, ibidem perpetuam ac felicem operum suorum mercedem percepturus. Longè aliud est de morte impiorum; Hi etenim, si morte inopinata præventi fuerint, miserrimè pereunt. Semel mortuus es, semper mortuus es; semel malè mortuus es, damnatus es; per omnem æternitatem hanc mortem corrigere, hanc damnationem excutere non poteris.

Attende ergo, ô peccator! & sequere monitum Siracidis Eccli. §. v. 8. & 9. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem; subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

Sen-

Sententia.

Momento cita mors venit. Horatius.
Improvisa lethi vis rapuit, rapietque
gentes. Li. 2. carm. ode. 13.

Improvisa mors veniens carnis nostrae habi-
taculum irrumpit. S. Gregor. Papa.

O homo! quare differas de die in diem, forte
hodie habiturus ultimum diem? S. Augustin.
serm. 202. de Temp.

Multi, cum aliis damnum fraudulenter face-
rent, subito perierunt, & ad manifestum judi-
cium abiérunt. Time, ne & tu hoc patiare inex-
cusabilis. S. Chrys. Hom. 22. in Ep. 1. ad Cor.

Ne moreris converti ad Dominum, & ne
differas de die in diem. Nescis, quid paritura
sit superventura dies: periculum enim & me-
tus est in differendo, salus vero certa & secura,
si nulla sit dilatio. Idem ibidem, cum nobis in-
opinatus sit exitus terminalis, & vitae nostrae
dubia sint ex mortis ignorantia curricula, quo-
modo sibi quisque superesse ad confitendum
tempus existimat, qui temporis sui tempus ig-
norat. S. Ambros. Lib. de Pœnit. cap. 28.

Quis novit hominum diem exitus sui? non
enim omnes in senectute privabuntur hac luce;
sed in diversis ætatibus de hoc mundo migra-
bunt. S. Basil. admonit. ad filium spiritualem.

Exem-

Exempla.

Abimelech Rex, vel potius Tyrannus Sichimorum imperfectus est a feminâ, quæ ex excelsâ turri *Frugmen molæ desuper jaciens illisit capiti Abimelech & confregit cerebrum ejus:* *Judicum 9. v. 53.*

Samson stans inter duas columnas, quibus innitebatur, domus, eas fortiter collisit, ita ut domus ceciderit super omnes Principes & cæteram multitudinem, quæ ibi erat. *Sicque multo plures interfecit moriens, quam ante vivus occiderat.* *Judicum 16.*

Filiis & filiabus Job vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti repente ventus vehementer irruit, a regione deserti, & concussit quatuor angulos domîs, quæ corruens eos oppressit & mortui sunt. *Jobi 1.*

Julius Cæsar in Senatu ex improviso occisus est a conjuratis, ut refert Plutarch. in *Apophth.*

De Attilâ, Rege Hunnorum superbissimo, Baronius ad Annum Christi 454. ita scribit: Hoc anno, Ætio adhuc vivente, Attila Ætii horatu, noctu mulieris manu cultro confoditur.

Plinius Li. 7. cap. 7. & Valer. Maxim. Li. 9. cap. 12 scribunt, Anacreontem Poëtam acino uvæ passæ pertinacius in faucibus hærente, Fabium vero Senatorum unico pilo in lacte haustu gutturi transverso strangulatos fuisse. Chi-

Chilon Spartanus, dum Victorem Olympiæ filium amplectitur, præ gaudio inter filii amplexus animam efflavit, ait Plin. Li. 7. cap. 32.

Sophocles in certamine tragædiae Victor renuntiatus, præ lætitia exspiravit, ait Valer. Max. Li 9. cap. 12.

Clidemus, dum victor auro coronaretur, repente obiit, ait Tertull de anima cap. 52. Diagoras, cum tres filios eodem Olympiæ die vincere, coronarique videret, illique coronas sibi detraetas capiti Patris imponerent, animam exhalavit, ait Gellius Li. 3. cap. 15.

Ericles, dum afferret nuntium reportatae ab Atheniensibus victoriæ contrâ Medos, vix dixerat: *Salvete, salvi sumus,* & exspiravit. Eras. Li. 6. Apophth.

Alexander II. Scotiæ Rex equo excussus service fractâ repente obiit, ut ait Hector Boëthius Li. 13. Histor. Scotic.

Lotus nobiscum est, hilaris cœnavit & idem,

Inventus manè est mortuus Andragoras. Tam subita mortis causam, Faustine! requiris,

In somnis Medicum viderat Harmocratem.

Martialis Li. 6. ubi notandum ex Sandæo Li. 1. Thliā Med. comment. 7 quod Harmocrates Medicus ignavus & indoctus tantæ infelicitatis habebatur, ut vel per somnium conspectus interficere crederetur.

Garcias Ramirus Navarræ Rex petens Pom-pejopolim ab equo ob rubum attonito , & in caput se reflectente suffocatus est , teste Fauyno Li. 4. Hist. Navar. Qui etiam Li. 5. refert, Ferdinandum Fratrem Sancii Fortis equo excussum , ob porcum se intrâ equi pedes imminentem, esse repente extinctum.

Serarius super Epist. Jacobi cap. 4. narrat , quod quidam dicens: *Cras in ibo nuptias , monitus fuerit ab amico , ut adderet: Si Deus voluerit . At ille: Si ve Deus velit , si ve nolit , ego cras cum sponsâ sedebo in thalomo meo .* Seditque cum ea totâ die , nocte verò mortui sunt ambo. Quos cùm mortuos invenissent , dixerunt: Verè dixit Bensyra , Sponsa ascendit ad Thalamum , neque novit , quid acciderit sibi.

Anachoretæ cuiusdam Discipulus ingrediens in urbem , vedit Principem ejus jam mortuum efferri ad sepulchrum cum magna pompa , unguentis & suffitibus. Cùm autem rediisset in desertum , invenit suum Præceptorem ab Hyæna devoratum. Capit itaque angi animo & dicere: *Ubi est , ô Domine ! justum judicium tuum ?* ad hæc astitit ei Angelus dicens : *Ille Princeps , cùm esset omnino sceleratus , habuit unum opus bonum , cuius mercedem per hunc honorem accepit . Ast Præceptor tuus habuit parvum aliquod delictum , quod per hanc mortem expiarvit .* Anastas. Nicenus qu. 17. in Script. Sym-

Symbola.

1.

Mare, quia tot ventis, fluctibus & procellis agitatur, & per aestus continuos nunc accrescit, nunc decrescit, symbolum est mundi, in quo omnia amaritudine, inconstantiâ & periculis sunt plena, ait Cornel. in cap. 13. Apoc. v. 1. Verum est hoc, immò verissimum, ut jam liquet ex suprà dictis titulo: *Navi similis vita.* Verùm ad præsens notandum est, quod scribit Seneca Li. 1. *In momento mare evertitur, & eodem die, ubi lusernat navigia, sorbentur.* Sic etiam est cum vitâ, unde improvisam ac violentiam alicujus mortem Abbas Ferrus navis emblemate significavit, quæ intrâ pelagi tempestatem submersa hanc ruderibus suis Epigraphen monstrabat: *Vis inopina rapit.*

2. Mortem alicujus subitaneam non inepit fulminis symbolo repræsentaveris sub Lemma: *Tonitru velocior ictus.* Velox certè est ictus tonitru, velocior autem ictus mortis subitanæ, quia in momento finitur.

3. Ferus Mars non animatâ solùm vitâ devolvit, sed evertit, quidquid stetit, ait Lipsius Li. 5. D.al. 1. *de militia.* idque plerumque sit subito & violenter. Sic etiâ mors importuna sæpius juvenes, quia sibi Nestoreos pollicebantur annos, in flore ætatis improvisò abripit. Suf-

Suspacia pia.

Memento mei, dum veneris in regnum tuum, ait Latro ad Christum in cruce pendentem Lucæ 23. v. 42.

S. Fulgentius in morbis suis orabat: *Domi-ne! da mihi modò patientiam, & poste à indul-gentiam.*

Hugo à S. Victore habuit tria hæc vota. 1. Ut cibus ejus ultimus esset Eucharistia. 2. Ut ultima ejus meditatio esset de passione Christi. 3. Ut ultimum ejus verbum esset nomen Jesu. Sic B. Catharina Bonon. nomen Jesu tertio invocans exspiravit. B. Victoria, dum agoni-zabat, nil nisi Jesum loqui & audire gestiebat.

S. Carolus Borrom. triplicem sibi gratiam à tutelari genio impetrari expostulavit, dum sic precatur: Sanctissime & vigilantissime custos Angele, constituo te procuratorem testamen-ti, ultimæque voluntatis meæ, ad impetrandas mihi à Domino Jesu has gratias. Prima est, ut donet mihi unum solum lacrymosum suspi-tuum ex infinitis illis, quæ habuit ipse, dum per tres horas vivus in cruce pependit, quorum efficaciam & virtute mitigentur lacrymabiles illi singultus, cordisque pressuræ & angustiæ, qui-bus in horâ mortis affligar; item ut gloriofissi-ma Dei mater Maria dignetur vel unico aspe-ctu

Et tu ex iis, quas ipsa sub cruce stans habuit, virginos oculos in filium unicum desigendo. *ed a gratia est*, ut tu, fidelissime custos! in illâ potissimum horâ mihi succurras, ut inveniam benignissimum judicem, ex merito flagrantissimae illius charitatis, quâ paternum ipsius peccatus in cruce fuit inflammatum pro salute peccatorum. *et tia gratia est*, ut tu ideni piissime Custos animam meam tibi habeas commendatam, eamque de ergastulo corporis egressam Redemptori meo offeras, ut eum tecum in gaudiis sempiternis videam & in æternum fruar.

S. Stephanus in agone exclamavit: *Domine Iesu suscipe spiritum meum. Act. 7. v. 58.*

S. Eligius Episc. Noviomensis, moriens oculis in cœlum intentis inter alia dixit: *In manus tuas commendabo spiritum meum... suscipe ergo me secundum magnam misericordiam tuam.*

Tria illa, quæ mulier Sareptana sibi comparavit, optatam mortem faciunt, nempe *pugillus farinæ, paululum olei & duo ligna...* 3. Reg. 17. id est, panis Eucharisticus, extrema unctione & crux Christi ex duabus lignis composita. Ad hæc ergo tria quilibet Christianus aspiret, ut moriatur cum S. Antonino, qui S. Eucharistiâ & unctione perceptâ complexus est crucifixi imaginem, sicque mortem latus aspergit.

Tene-

Tenebræ Mortis.

Siannis multis vixerit homo, & in his omnibus latatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis & dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita, ait Ecclesiastes cap. 11. v. 8. Tenebrosum tempus est tempus senectutis; senibus enim caligant oculi & hebetatur visus, ut eis Solis lux æquè ac Luna & stellarum obscurari & tenebrescere videantur. Unde Herodes Poëta græcus tempus post annos sexaginta dixit esse cœcum; scripsit enim ad Gryllum ita: *Ubi sexagesimum solem reflexisti, ô Grylle, Grylle, moritor, cinisque fias, cœcum est, quidquid inde sequitur temporis.* Vide Le Blanc Psal. 70. v. 9. nu. 41. Ecce quām tenebrosum sit tempus senectutis! at longè tenebrosius est telus mortis: nam in hoc oculi non solum caligant, sed penitus extinguntur; oculi enim & intestina præ reliquis membris citius corrumpuntur.

Mors tenebris comparatur, ait Berchor. in Repertor. Verbo: *Tenebræ.* §. 6. quia per eam homo lumine privatur & obscuratur. Sic dicitur Job 17. v. 13. *In tenebris stravi lectulum meum.* & cap. 38. v. 17. *Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, Et ostia tenebrosa vidisti?* Unde etiam istæ sunt tenebræ, post quas sperabat Job

Job ad lucem vitæ redire, dum dicebat cap. 17.
v. 12. Rursùm post tenebras spero lucem.

Æterni Verbi verbum est Joann. 1. v. 4.
Me oportet operari opera ejus, qui misit me, do-
nec dies est; venit nox quando nemo potest ope-
rari. In hunc locum Cornel. ita commenta-
tur: *Cuique homini tempus vitae est dies ad ope-
randum & merendum gloriam sempiternam:*
nox vero est mors eiusdem. Quare, qui sapit,
sequatur consilium Sapientis Eccles. 9. v. 10.
dicentis: *Quodcumque potest facere manus tua,*
instanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec
sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu
properas. Sequatur monitum S. Augustin. in
Joan. ita scribentis: *Dum vivis, operare, ne*
nocte illâ præveniare. Per noctem designatur
status Mortalitatis, ait Berchor. in Repert. ver-
bo *Nox*, ubi etiam rationem subdit dicens:
Quia sicut dies significat vitam, ita nox signifi-
cat mortem. Nox enim nihil aliud est, quam
absentia diei, quæ scilicet causatur propter um-
bram terræ, vel propter terræ interpositionem
inter nos & solem. Sic verè mors nihil aliud
est, quam carentia vitæ, quam scilicet inter-
positio terræ, id est, terrenæ & fragilis condi-
tionis habet flebiliter generare. *Posuisti tene-
bras, & facta est nox*, ait Scriptura Psal. 103.
v. 20.

Ty-

Tyrannorum Mors.

OMnis Potentatūs vita brevis, ait Siracides Eccli. 10. v. 11. & maximè tyrannidis vita brevis, ait Cornel. in cap. 14. Exod. v. 25. Ejusdem sententiæ fuit Seneca, dum Li. I. de Clementia scribit: *Reges consenescunt, liberisque ac nepotibus tradunt regna; tyrannorum execrabilis ac brevis potestas est.* Unde Thales, teste Laërtio in ejus vita, rogatus: *Quid difficile vidisset?* respondit: *Tyrannum senem.* & Juvenal. Satyr. I. *Ad generum Cereris* (puta ad Plutonem, ad orcum) *sine cede & sanguine paui* descendunt Reges & siccâ morte Tyranni. Vis exempla? Audi S. Hieron. in Epitaph. Nepotiani pag. 15. ita discurrentem: Constantius, Arianæ fautor hæreseos, dum contrâ inimicum paratur, & concitus fertur ad pugnam, in Mopsiviculo moriens, magno dolore hosti reliquit imperium. Julianus proditor animæ suæ & Christiani jugulator exercitûs Christum sensit in Mediâ, quem primum in Gallia denegarat: dumque Romanos propagare vult fines, perdidit propagatos. Jovianus, gustatis tantum imperialibus bonis, fætore prunarum suffocatus interiit, ostendens omnibus, quid sit humana potentia. Valentinianus vastato genitale solo, & inultam patriam derelinquens, vomitu sanguinis extictus est.

Hujus Germanus Valens Gothicō bello victus
in Thracia, eundem locum & mortis habuit &
sepulchri. Gratiamus ab exercitu suo proditus
& ab obviis urbibus non receptus ludibrio ho-
sti fuit; cruentataeque manus vestigia parietes
tui, Lugdune! testantur. Adolescentis Valen-
tinianus & penè puer post fugam, post exilia,
post recuperatum multo sanguine imperium,
haud procul ab urbe fraternalē mortis consciā,
necatus est, & cadaver exanimē suspendio in-
famiatum. Quid loquar de Proccpio, Maxi-
mo, Eugenio, qui utique, dum rerum poti-
rentur, terrori gentibus erant: omnes capti
steterunt ante ora victorum, &, quod poten-
tissimis quondam miserrimum est, priùs ig-
nominia servitutis, quam hostili mucrone con-
fossi sunt. Hucusque S. Hieron. His adde ea,
quæ ad fert Cornel. in cap. 14. Exodi v. 25.
dicens: En tibi Pharao à Moysē monitus, mo-
ritaque contemnens, cùm aceriamē Judæos
opprimit in latere & luto: post mensem unum
vitā & regno spoliatur: Julius Cæsar invasor
imperi post triennium in Curia à Senatoribus
confossus interiit. Cyrus à Monarchia sua, pu-
ta captâ Babylone, triennium duntaxat regna-
vit, atque à Thomyti Reginâ Scytharum cæ-
sus, capiteque amputato, ac in culeum san-
guine plenum coniecto ab ea insultante audivit:

Satia

Satia te, Cyre! sanguine, quem tantopere sicuti visi.
mortis habuit &
in suo prodens
tus ludibrii ho-
wesigia patens
olelens Valen-
tia, post exilia,
una imperium,
mores confici-
de suspicio in-
cepito, Mai-
tm tenet poti-
e omnes capti-
, quod poten-
st, prius ig-
nacrone con-
His addit ea,
Exodi v. 2. s.
monitus, mo-
terianè Judas
menem enum-
s Cesar invictor
ia à Senatoribus
narchia sua, pu-
dumtaxat regna-
Sevham c-
in caleum san-
tultane audivit:
Satis

Nero, cum sibi manus præ debilitate inferre non posset, à suo spadone interemptus est. Ita Decius, Maxentius, Domitianus, Otto, Galba, Vitellius, aliquique plurimi Tyranni celeri & violentâ morte periérunt. Plura ad rem exempla adducuntur in Scena de Peccatorum, item Principum, præsertim Hæretorum morte; ubi ea vide.

Claudat hanc Scenam Alexander Magnus, qui mundum subjugarat, & novos mundos, quos subjugaret, quærebat, & tamen sex tantum annis imperio suo gavisus est, ac sexto anno mortuus exiguo tumulo conditus sepultusque jacet. Hinc Apelles pinxit Alexandrum, quasi fulmen manu tenentem, eò quod instar fulminis omnia pervalet, sed & illicè dispa- ruerit ut fulmen. Verè de eo canit Juvenal.

Satyr. 10.

Unus Pelleo juveni non sufficit orbis,
Estuat infelix angusto limite mundi &c.
Sarcophago contentus erit: mors sola fatetur.
Quantula sunt hominum corpuscula &c.

Narrat etiam Petrus Alphonsus: plures Philosophos (fortè Gymnosopistas, qui olim quæstiones ab Alexandro propositas resoluerant) auditâ morte ad funus Alexandri accurriti se, atque unus dicebat: *Hers totius terre spacioſitas*

tiositas Alexandro non sufficit; nunc trium quatuorve ulnarum spatium illi sufficit. Ajebat alius: Heri potuit Alexander à morte multos liberare; hodie se ipsum non potest. Alius, cùm aureum ejus loculum videret: Heri Alexander ex auro fecit thesaurum, hodie aurum ex ipso fecit thesaurum; Alius: Heri Alexander terram oppressit, hodie à terra opprimitur. Denique Mater Alexandri Olympias ingemuit, dicens: O Fili! qui celi particeps esse studebas, ne iis quidem potiri vales, quæ mortalium omnium communia sunt, terrâ & sepulturâ. Mansit enim cadaver Alexandri insepultum ad 30. dies, ob Principum dissidia. Audite hæc quique terrigenum & Filii hominum! vobis dicimus, & de vobis dicimus: In terra orimur, in terra morimur, revertentes in eam, unde sumus assumti. Hic nobis angustus introitus, mora brevis, sola mors certa. Dilatatus est Alexander vehementer, multiplicatus est, & replevit terram. Attamen velit, nolit, quantumcunque recalcitret, inire debuit viam universæ carnis. Ite nunc Filii Adæ, terræ ut talpæ inhiate, agros agris, urbes urbibus, regna regnis accumulate, cras morituri. O cura hominum, ô quantum est in rebus inane! pulcher fuit Alexander, nunc est putre cadaver; fuit Cyrus, nunc est irus; fuit remex calicum, nunc esca

elsa vermium; fuit terror gentium, nunc est
præda dæmonum. Hoc speculum intuere, ti-
biq; dicio, ô Lector! *Hodie Alexandro, cras mihi.*

Queres: Cur vita Tyrannorum ita brevis?

Notum est ex jam dictis, quām benē dixerit Curtius Li. 4. *Nulla qua sita scelere potentia diurna est.* Certè, ut ait Cornel. in Li. 3. Reg. cap. 16. v. 31. Vetus est dictum, Tyraunos Principes quām rarissimè senescere propter va- ria pericula, quibus involvuntur; & quām æ gerrimè communem livoris & periculi sortem possunt evadere, & paucissimi omnino fuerunt, qui suo fato, seu morte naturali periérunt. Ab Augusto (ait Le Blanc in Ps. 101. v. 24. n. 109.) usque ad Constantiniū Magnum numerantur Imperatores quadraginta tres intrā annos 13. Vix decem ex illis reperiuntur, qui naturali morte sint defuncti. Alii ferro, alii veneno, alii laqueo periēre: hunc hostis, illum filius, alium frater, uxorve aut amicus abstulerunt. Ita ille.

R. Cum Cornelio in cap. 14. Exodi v. 26. quod exenbet in tyrannos justa Dei vindicta, ut, qui alios vitâ & bonis spoliârunt, iisdem ab aliis violenter spolientur. Sic adimpletur illud Matth. 7. v 2. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Hâc quoque ratione dicitur de Jalone 2. Mach. 5. v 9. *Qui multos de pa- tria sua expulerat, peregrè periuit &c.* Vide ibi contextum.

Fabula ad rem & Affabulatio.

Subit hie mentem, quod Äelianus lepidè refert de Tyrannis ex Äsopi scriptis: si quis suem comprehendat, ea vociferatur, idque non temerè. Etenim cum nec lanam portet, nec quidquam aliud ejus generis, statim conjecturâ mortem auguratur, sciens seipsum usui & esui esse cupientibus. Similes autem videntur subibus Tyranni, qui semper in suspicionibus & metu versantur, cum sciant, sicut tues, suam vitam omnibus deberi. Ita Äelianus Li. 9. var. Histor. Idem Li. 6. cap. 13. ita ait: Pulcherrimè à Diis immortalibus comparatum est, ut nullam tyrannidem usque ad tertiam generationem propagent, sed aut confestim Tyrannos tanquam proceras piceas perdant & extirpent, aut liberos eorum viribus denudent ac spoliem. Memorantur apud Cræcos intrà hominum memorian, hæ solùm tyrannides usque ad nepotes permanisse, Gelonis in Sicilia, Leucaniorum in Bosphoro & Cypsello datum Corinthi. Audiarthus etiam Sallustium, qui ad Cæsarem ita scripsit: *Equidem ego cuncta imperia crudelia magis acerba, quam diurna arbitror: neque quenquam à multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat. Eam vitam bellum eternum & anceps gerere, quoniam neque adversus, neq; a tergo, neq; à lateribus tutus sis.*

Um-

Umbræ similis Vita.

Dies mei sicut umbra declinaverunt, ait Regius Psaltes Psal. 101. v. 12. & Psal. 143. v. 4. Homo vanitati similis factus est, dies ejus sicut umbra prætereunt. Umbræ transitus est tempus nostrum. Sap. 2. v. 5. Vis scire analogias inter vitam & umbram? cape sequentes.

Prima. Sicut umbra obscura est; sic & vita nostra tenebris miseriis & erroribus obvoluta est. Unde jam pridem Pindatus in Pythiis Hymno 8. scripsit: *Umbræ somnium homines.* & Aufonius in Heroum tumulis: *Putris & umbra sumus.*

2da. Sicut umbra abeunte corpore, cuius est umbra, abit; sic & homines abeunte vitâ & tempore cum eo pariter abeunt. *Hesterni sumus & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri super terram,* ait Baldad Suhites Jobi 8. v. 9.

3ta. Sicut umbra nunquam stabilis constitut, sed assidue juxta ascensum & descensum solis mutatur, crescit vel decrevit: sic & homo nunquam in eodem statu permanet, sed per singulos dies immo momenta mutatur & variatur. *Quotidie merimur,* ait Seneca Epist. 24. *quotidie enim demitur aliqua pars vita, & tunc quoque cum crescimus, vita decrevit.* *Hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte dividimus.*

4ta. Sicut umbra celerrimè transit, ita & vita nostra. Unde quidam dixit:

Umbra sumus, vana simulacra fugacia forme.

5ta. Sicut Sol ascendens ad summum cœli suam umbram sensim minuit, tandem in meridie eam conficit & dispedit; sic & homo dies vitæ suæ vivendo minuit, & cum ad summum ejus diem venerit, omnino conficit & consumit. *Omne quod vivimus breve & umbra est & imago.* S. Hieron. in Ecclesiasten.

6ta. Umbra est res levissima, quæ evanescens nullum in terrâ sui relinquit vestigium: sic & homo moriens. Hinc Sponsa Cant. 2. v. 16. suspirans ajebat: *Donec aspiret dies & inclinentur umbrae,* id est, donec aspiret dies æternitatis & inclinentur umbræ temporis & mortalitatis, ait S. Gregor. *Omnia umbra, somnia currus,* ait S. Chrysost. Hom. 21. ad Theodorum Monachum. & Philo Li. de Joseph *Cuncta, quæ sub mundo sunt, umbris spectrisque sunt similia.*

7ma. Tempus vitæ nostræ est quasi umbra æternitatis Dei, quia ab illâ, sicut umbra à sole dimanat, juxta illud Ps. 99. v. 8. *Posuisti sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.* Hinc vicissim mors vocatur umbra vitæ, quia mors sequitur vitam vel ut umbra, sicut ipsa vita, velet umbra, sequitur solem æternitatis, vitæque divinæ.

Uni-

Unigeniti Mors.

Non ineptè, sed aptissimè scripsit olim Horat. Li. 2. ode 18, *Æqua tellus pauperi recluditur, regumque pueris.* Omnes omnes, qualescumque sint, debent solvere mortis tributum. Ab hoc tributo non sunt liberi etiam Regum Liberi. Mors est nomen, quod nemo scit declinare; mori est verbum, quod tempora numerat omnia, modum autem solum habet imperativum, imperat enim omnibus, parcit nemini. Non parcit etiani unigenito magnæ alicujus familie filio, à quo tamen totius familie splendor & progressus dependet. O inhumanum in genus humanum imperium! Quis non crederet, satiatam esse mortis tyranidem, dum ex amplis & multiplicatis familiis nunc hunc, nunc illum abripit? Verum nec hoc ipsi sufficit, insatiabile hoc monstrum perinde ac ignis nunquam dicit, *Sufficit:* sed omnes, ipsos etiam unigenitos, in cineres resolvit, sicque non homines tantum, sed integras etiam familias ad nihilum redigit, extinguit, & funditus evertit. Huc quadrigat illud Ausonii:

Miramur periisse homines, munimēta fatiscunt:

Mors etiam saxis, nominib[us]que venit.

Hominibus statutum est semel mori; ast nominibus gloriofis stabilitas competeret æterna.

Symbola.

H Ebdomadis sacræ ritus est, quod post extinctam ultimam candelabri trigoni candelam strepitus & fragor excitetur. Eò alludens D. Baptista Mazzolenus emblematis loco candelabrum illud depinxit, in quo unica candela accensa adhuc erat residua cum Lemmate: *Ciet extincta tumultum.* Illustrissimam quandam familiam hoc emblemata spectabat, quæ ad unicūm superstitem Principem devoluta, tandem eo mortuo, gravissimas turbas excitavit, totamque familiam amarum ad luctum provocavit. Certè, ut ait Cornel. in illud Lucæ 7. v. 12. *Ecce defunctus efferebatur filius unus matris suæ.* Luctus matris super unigenito defuncto est summissus & acerbissimus, juxta illud Zach. 12. v. 10. *Et plangent eum planetu super unigenitum.* & illud Jerem. 6. v. 26. *Luctum unigeniti fac tibi planetum amarum,* id est, vehementissimum.

Securis arbusculæ cuiusdam verticem percutiens epigraphen tenet: *Et infusa ruinam.* Familiam, è capitis sui morte penitus corruentem significabis hoc emblemate, aut etiam securi positum ad arboris radicem; hac enim ex eiusa totum arborem ruere & exarescere omnino necessè est.

Uti-

Utilitas Mortis.

Nihil habet, quod speret, quem senectus ducit ad mortem, dixit olim Seneca Epist. 88. Si de praesenti vita procedat haec sententia, vera est, nam, ut ait Juncus, *Senecta est ilias malorum.* & Comicus: *Ad senectam, ut ad cloacam, mala cuncta confluunt.* Si verò procedat etiam de alterâ vita, falsa est & gentilis; tunc enim senex Christianus, si vitam benè concluserit, habet sperare gloriā cœlestem & semipaternam, de quâ Ven. Beda serm. 18. de Sanctis ita loquitur: *Non est senectus ibi, nec senectus miseria, dum omnes occurrunt in virum perfectum, in mensurâ etatis plenitudinis Christi.* Ibi verificabitur illud Psalmistæ Psal. 102. v. 5. *Renovabitur ut aquile juventus tua.* Haec est illa regio, de quâ S. August. ibi hymnidici Angelorum chori, ibi societas civium supernorum, ibi dulcis solemnitas à peregrinationis hujus tristi labore redeuntium, ibi festivitas sibi fine, æternas sine labe &c. Ad quam proinde merito suspiravit S. Bernard. in serm. dicens: *O beata regio Paradisi! ò beata regio deliciarum!* ad quam suspiro de valle lacrymarum! ubi sapientia sine ignorantia, ubi memoria sine oblivione, ubi intellectus sine errore. Ubi ratio sine obscuritate fulgebit.

Obitus noster votis flagrantibus est petendus, & ab omnibus, qui cum miseriâ confitantur, unicè exoptandus: Etenim quis ab exilio non festinet in patriam? à jugi mætore ad perpetuum gaudium? Si mors portus est laborum, quis porrò vela facere in tempestuoso vitæ oceano exoptet? quanto diutiùs quis in terrâ commoratus fuerit, tanto majori oneratur sarcinâ ærumnarum. Dies migrationis est dies natalis. Tunc verè incipiunt homines vivere, cum vitam mortalem videntur terminare; nam qui in terrâ visibiliter moriuntur, protinus in beatorem vitam enascuntur. Geminos quidem oculorum soles obnubit: ast ad eam promovet luminis claritatem, quæ noctis est nescia & umbrarum. Arctissimum quidem corporis animæque vinculum falce immitti secat, & tandem defluente per carnem tabe in pulverem artus dirigit, solâ ossium compage reliet: ast unionem efficit cum superis nullâ ætate dissolvendam. Quis non omnibus lætiis gestiat, si diurnis nocturnisque tempestatibus in Ponto jactatus, longaque maris pericula emensus ad portum mille votis exoptatum feliciter appellat? Nemo itaque timore percellatur, si osleo indice januam vitæ feriat Libitina, mortalem deductura ad immortalitatem.

Sen-

Sententiae.

Melior est mors, quam vita amara; & re-
quies æterna, quam languor perseve-
rans. Eccli. 30. v. 17.

Laudavi magis mortuos quam viventes, &
feliciorem utroque judicavi, qui necdum natus
est, nec vidit mala, quæ sub sole furent. Eccl. 4. v. 3.

Portus nostrorum laborum est videre Deum
& laudare Deum. S. Aug. serm. 45. de Diversis.

Neque enim mendaces sunt verae virtutes,
sed ut vita humana, quæ tot ac tantis sæculi
hujus malis esse cogitur misera, spe futuri sæcu-
li sit beata. S. August. Li. 1. de Civit. cap. 4.

Non puto justum esse, hujus vitæ mortem
appellare mortem, sed recessum à morte, se-
parationem à corruptione, liberationem à ser-
vitute & à turbatione querelarum, bellorum
oblationem, tenebratum subductionem, re-
missionem laborum, fervoris tranquillitatem,
velamentum pudoris, affectionum fugam, &
ut in summâ dicam, omnium consummatio-
nem malorum. ita S. Maximus Centur. 5. c. 76.

Triplex in morte congratulatio est; homines
ab omni labore, peccato & periculo liberari. S.
Bernard. serm. in transitu S. Malachiæ.

Fidelibus mors utilis reperitur, quoniam
peccandi periculis hominem subtrahit, & in

non peccandi securitatem constituit. S. August.
de prædest. Sanctorum cap. 14.

Arimnestus interrogatus, quod homini maximum bonum esset? optimè respondit: **Bene mori.** Stobæus serm. 119.

Cicero Tuscul. i. refert, Silenus pro magno munere Regem Midam docuisse, non nasci hominem optimum esse, proximum autem quamprimum mori.

Meliùs est mori, quam miserè vivere, dicebat Polyænus teste Maximo serm. 35.

Nihil interest inter fænum & funus, nihil inter mortem distat & sortem. S. Ambros. Lib. de Tobiâ cap. 10.

Sapiens lucrum mortis amplectitur; lucrum est evasisse incrementa peccati; lucrum fugisse deteriora & ad meliora transisse. S. Ambros. Li. de bono Mortis.

Mortuus præfertur viventi, quia peccare desit: mortuo præfertur, qui natus non est, quia peccare nescivit. S. Ambros. in Psal. 118. octon. 18.

Dum morimur, ad immortalitatem morte transgredimus; nec potest vita æterna succedere, nisi hinc contigerit exire. Non est exitus ille, sed transitus, & temporali itinere decurso ad æterna transgressus. S. Cypr. plura ad rem jam alibi dicta sunt & adhuc dicentur.

Symbola.

1. **T**Huri ardenti ac concremato quidam inscripsit: *Lucro sajactura*. Sic etiam bene mori Luctum. Hac ratione scripsit Apostol. ad Philipp. 1. v. 21. *Vivere mihi Christus est, mori autem lucrum*. Audiatur etiam S. Cyprian, de Mortal. serm. 4. ita scribens: Qui cernimus cepisse jam gravia, & scimus imminere graviora, lucrum maximum computemus, si isti inc velocius recedamus.

2. Phoenici, versus rogum volitanti, Rancatus inscripsit: *Mori festinat in ortum*. Illorum omnium haec imago est, qui mortem non tantum non timent, sed ultrò appetunt, ut tandem æternæ vitae dies, tot votis expetita, ipsis ilucescat. Justis enim, è S. Bernardi sententia serm. 28. de Diversis, *Erit mors janna vita, erit initium refrigerii, erit sancti illius mortis scala & ingressus in locum tabernacula admirabilis, quod fixit Deus & non homo*.

3. Phoenix, inter flamas medius, epigraphen præfert: *Peream ne peream*. Emblemate hoc innuitur, mortem nemini non exoptandam esse, cum hominem periculo eximat, ne olim inter tot peccandi discrimina præcipitatus pereat, sed potius his omnibus exemptus vitam consequatur sempiternam.

Exem-

Exempla.

S. Gregor. Li. 1. Dial. cap. 2. refert, Marcelum à morte suscitatum à S. Fortunato Episc. Tudertino ingemuisse ac dixisse: *O quid fecisti? o quid fecisti?* volebat nempè lubentius computari inter mortuos, quam inter vivos.

Sic & S. Salvium Episc. resuscitatum ingemuisse, fusa narrat Gregor. Turon. Li. 7. Hist. Francorum.

Theodosius Imper. ut testatur Baronius Ann. 716. nu. 2. imperio abdicato virtuti insistebat. Emenso vitae curriculo loco epitaphii voluit marmori incidi: *Sanitas*, indicaturus, mortis beneficio perfectam sanitatem acquireti.

Mathathias, visâ tyranide Antiochi in Iudeos, exclamavit: *Venimi, ut quid natus sum videre contritionem populi mei?* 1. Mach. 2. v. 7.

S. Polycarpus visâ persecutione Imperatoris in Christianos exclamavit: *O bone Deus! in qua tempora me servasti, ut hoc patiar.* Euseb. Lib. 5. Histor. cap. 19.

S. Theodora accurrens ad locum supplicii inter alia dixit: *Moriar certe innocens, ne moriar nocens.* S. Ambros. Lib. 2. de Virgin.

B. Thom. Morus, capite plectendus, ad carnificem dixit: *Tu mihi hodie id beneficii praestabis, quod habentus nemo mortalium praestitit, aut praestare potuit.*

Vani-

Vanitas omnium in vita.

Quidquid venit & evenit in hoc mundo, vanum est: sicut enim præterita evanuerunt, sic præsentia illicè transiunt & evanescent, ac futura transibunt & evanescent. Ex præteritatâ rerum vanitate licet certò conjicere & metiri præsentem & futuram, ait Cornel. à Lap. in illud Eccles. 11. v. 8. *Qui (puta dies mortis & æternitatis) cùm venerint, vanitatis arguentur præterita.* Unde ait idem Eccles. 1. v. 8. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.*

Phlegon Trallianus, qui ex Censorii Tabulis Romanis catalogum contexuit de Longævis, Li. de Mirabilibus dicit, se ex iis, qui centum excessissent annos, vix invenisse tot, quibus folium impleri posset; eorum vero, qui mortem ante quinquagesimum annum obiissent (quam Mortem exterminantem vocabant Veteres) tantum numerum reperiisse, ut posset amplissima volumina confidere. Ex tot Imperatoribus (ut ait Le Blanc in Psal. 132. n. 93.) qui hactenus vixerunt, nemo ad centum annos pervenit. Vix tres quatuorze annum octogesimum attigerunt.

Homo quispiam (ut ait Picinellus Li. 22. Mund. Symb. cap. 17. n. 148.) ex superbia potius quam scientia ampullatus symboli loco hanc unicam voculam *OMNIA* scuto suo incidi fecit. Cujus tamen tumor oblique castigando alias adscriptis litteram S. ante O. ut loco *OMNIA* legeretur *SOMNIA*. Nam, ut ait August. in Psal. 131. *Omnis istae felicitates, qua videntur saculi, somnia sunt dormientium. Finitus est somnus, & nihil invenerunt in manibus suis, quia in somno videbant dignitas transitus.* Idem in Psal. 102. ita loquitur: *Totus splendor generis humani, honores, potestates, divitiae flos feni est. Multi anni tibi, breve tempus Deo. Sperne ergo, o homo! vanitatem saculi, & tempus breve tibi concessum benè impende; nam Quod semel amissum volat irrevocabile tempus.* Sequere aurea monita Benedicti XIII. Summi Pontif.

Multa audi, dic pauca, tace secreta, minori
Parcito, majori cedito, fertopatrem.
Propria fac, non dister opus, sis æquus egeno,
Parta tuere, pati disce, meimento mori.
Fide Deo, dic sæpè preces, peccare caveto,
Sis humilis, pacem dilige, magna fuge.

Robertus Rex Scotiæ orbem in symbolo suo delineavit, in summi Numismatis parte stellis variis ornatum cælum. Subdidit autem hanc Epigraphen: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Unde S. Ignatius Lojola, oculis in cælum conjectis, dicebat: *Hec! quam sorbet terra, dum cælum aspicio.* Certissimè omnia terrena cælestibus comparata nihili facienda sunt. *Hic* (ut ait S. August. orat. contrà Paganos, Judaos & Arianos cap. 21.) falsitas, ibi veritas: *hic perturbatio, illic fida possessio: hic pessima amaritudo &c.* Audiamus etiam super hoc sententiam Senecæ, quainvis gentilis, qui Li. 1. natur. quæst. verè Christianè ait: *Punctum est, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis: rursum ingentia spatia sunt.* Hoc est punctum, quod inter gentes ferro & igne dividitur. O quam ridiculi sunt hominum termini! cum te in illa verè magna sustuleris. Quoties videbis exercitus subrectis ire vexillis, dices: *It nigrum campis agmen.*

Formicarum iste discursus est, in angusto laborandum.

Ita ille.



Con-

Conquerebatur olim S, Cyprianus , scribens ad Demetrium: *Decrescit in arvis agricultura, in marinanta, miles in castris, innocens in foro, justitia in iudicio, in amicitia concordia, in artibus peritia, in moribus disciplina.* Digna certè & iusta est hæc querela, sed adhuc melius conqueri quis posset de Morte dicendo: *Defecimus omnes.* Quiemadmodum omnia flumina intrant in mare, sic quoque, in hanc fluctuosam vitam, qui veniunt, in mare, id est, amaritudinem mortis subintrant. Certè, ut ait Aristot. Li. 1. de cælo: *Genitum & corruptibile sese mutuò consequuntur.* & Maximilianus:

Cuncta suos repetunt ortus, matremque requirunt.

Si mille essent mundi (ait Antonius Campanus Episc. Interamnensis in Oratione cineritiâ Romæ dictâ) completos omnes ac resertos hominum aggeribus videremus, quos omnes tanquam Dathan & Abiron, aut Amphiarauum terræ devoravit, absorpsit, deglutivit. Ubi igitur, qui hos campos, hæc prædia, hos agros per tot ætates araverunt? ad Terram? &c. Contextum vide Tom. 15. Biblioth. Patrum pag 809.

Non minus subtiliter, quam veraciter dixit olim Quispianus: *Opus sex dierum est mundus macrocosmus; sex dierum homo microcosmus.* Vita hominis *Dies Lunæ* est, quia homo nunquam in eodem statu permanet. Job. 14. v. 2, *Dies Martis* est, Militia est vita hominis super terram. Job. 7. v. 1. Nascimur infantes, sumus de infanteriâ; peccatum incedit in nobis somitem, hinc sumus, de quo Vates Regius Psal. 101. v. 4. *Defecerunt sicut fumis dies mei.* *Dies Mercurii* est; Mercurii, qui non potest figi, tam lubrica: Mercurii cum caduceo, tam caduca. *Qui stat, videat, ne cadat.* 1. ad Cor. 10. v. 12. *Dies Jovis* est, & dies Jovis viridis sicut herba. *Sicut herba transeat, manè floreat, vespere decidat & arescat.* Psal. 89. v. 6. *Dies Veneris* est, dies amaræ passionis. *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis.* Job 14. v. 1. Et ecce post hos dies sequitur dies Sabbati, dies quietis, ut dicitur Scena 50. Hunc sequetur aliquando Dominica resurrectionis, de quâ dicitur 1. ad Cor. 3. v. 13. *Dies Domini in igne revelabitur.* Nam *Ignis ante te ipsum præcedet.* Psal. 96. v. 3. *Dum venerit ad judicium.*

Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, quis est? Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Psal 38. v. 5 & 6. Quid hoc mensurable? Cur David non dicit numerabiles? Respondet Hugo, Mensura dicit quantitatem continuam, Numerus discretam. Vita mensurari potest, quia tempus est; sed numerari non potest, quia non nisi unica dies est, juxta illud Sphyngicum: Manè quadrum, meridie bipes, vespere tripes. Unde etiam Pindarus Ode 8. v. 135. Dier unius sunt homines.

Non est sagitta, quæ tam citò ex arcu in scopum insiliat; non est avis, quæ oxyùs transvolat; non est navis, quæ Aquilone impulsa ita raptim per mare decurrat; non est umbra tam subitò apparens & dispares; non est ventus tam rapidè per terram fluitans; non est fulmen ita velociter è cælis in terras delapsum: quàm velociter ab ortu rapimur in occasum, à vita ad mortem, à cunis ad tumulum. Nec priùs ad vivendum, quàm ad moriendum in orbem ingredimur: pat est progressus vitæ & mortis &c.

Quicunque ergò mortalis es & morte damnatus, assidue de morte cogita, & ad mortem te compara. Cornel. Sap. 5. v. 12.

Vanitas Regnorum.

M. Antonius, ut refert Seneca Li. 6. de *Beneſius* ca. 3. cum fortunam suam aliò ad Cæſarem transire videret, & sibi nihil reliquum præter jus mortis, dixit: *Hoc habeo, quodcunque dedi.* Reges & Principes hujus ſaculi, dum mors ipsis imperate incipit, dicere debent: *Quod accepimus, hoc reddimus.* Acceperunt ſceptra & regna à suis Prædecessoribus, & eadem in morte ſuis relinquunt successoribus. Gilimer Wandalorum Rex victus à Belisario, & ab hoc catenâ argenteâ vincitus Constantinopolim in triumphum ductus est ad Justinianum, Imperat. Ann. Dom. 546. ubi viſā magnificentiā Justiniani meritò Gilimer exclamavit: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Ego heri fui Rex, nunc captivus & catenatus quasi mancipium. Sic etiam omnis Rex aut princeps in morte potest, imò debet dicere: *Heri fui Rex, hodie ut mancipium morti succumbo.* Quid mihi habitum jam prodest imperium? Remanent in ſeculo, cuncta quæ ſaculi ſunt; ſola virtus est Comes defunctorum, ut ait S. Ambroſ. in Lumen: O utinam hanc ſectatus fuifsem!

Omnes, Reges præſertim & Principes, longam vitam amant, & omnibus modis quærunτ;

runt; multorum tamen vota (ait Le Blanc Ps. 132. v. 4. nū. 93.) falce suâ mors intercipit, atque non cogitantes resecat & arefacit, instar fæni uno die florentis & marcescentis. Garcias narrat, quendam Zilami Regem audientem id virtutis esse magneti, ut vitam conservet, nec potum, Nec cibum sumere voluit, nisi in magneticis poculis, mortuus tamen est. Sinarum Reges multi magnis sumptibus quæsierunt poculum immortalitatis, & mortui sunt. Indorum Reges credebant, eum, qui in vase ex cornu asini sylvestris confecto bibissent, eo die affici mortis non posse, nec veneno extingui, ut refert Philostratus; mortui tamen sunt omnes. Vide Le Blanc in Psal. 132. v. 4. n. 93. Nonne magna vanitas est, quod Reges & Principes morti ac morbis subjaceant, sicut abjectissimi homines? Unde Joannes II. Navarræ Rex unas duas depinxit in symbolo suo, ex quatum unâ ignis, ex alterâ aqua effunderetur, cum hâc epigraphe: *Par obitus.*



Vani-

Vanitas Nobilitatis.

Urbanus Pontifex cuidam exprobranti generis humilitatem pulcherrimè respondebat: *Magni viri non nascuntur, sed virtute sunt.* Benè optimè; nam, ut ait S. Joannes Chrysost. *Non Majorum nobilitas, sed animi virtus nobilem & splendidum efficere solet.* Et Cicero pro Plancio: *Is gloriā maximè excellit, qui virtute plurimū præstat.* Unde Maximilianus Imper. cuidam diviti offerenti multa aureorum millia, ut nobiles designaretur, dixit: *Dirare te possum, sed nobilitare nonnisi te propria virtus potest.* Nihilominus, ut ait Sanct. Chrysost. Hom. 59. in Matth. *Nonnullos majorum excellentia inflari nimium facit.* Ignobilem horum insaniam idem reprimit sequentibus verbis: *Tu, qui magnā de nobilitate majorum te jactas, ultrā proavos atque atavos tuos si progrediaris, invenies multos ē genere tuo aganones forsā aut caupones fuisse.* Nullus est Rex aut Princeps (ut ait Cornel. in cap. 38. Genesis in fine) qui, si suos majores à bis mille annis repetat, inter eos non inventurus sit Cerdones aut his viliores.

Omnis nobilitas (ait idem Cornel. cit.) ignobile habuit principium. Quinimò multi ex vi-

lissimâ prosapiâ mox ad regnum evecti sunt; ita Saul ab asinis, David ab ovibus ad regnum evasit. Jephte ex latrone factus est Princeps, Arsaces ex latrone factus est Rex Parthorum, Gyges ex pastore factus est Rex Lydorum. Darrius Hystraspis Cyri pharetrophorus fuit, Valentianus I. Imperat. patrem habebat funes torquentem. Tamberlanes ex bubulco factus est Rex Tartatorum, Agathocles Syracusano- rum tyrannus Patrem habuit figulum. Justinus I. Imper. fuit subulcus. 2. Bubulcus 3. Faber lignarius, 4. Miles. Inde Imperator. Ecce! quâm ignobile nobilitas in multis ha- buerit principium. Quid ergò gloriaris in no- bilitate? *Quid habes, quod non accepisti? si au- tem acceperis, quid gloriaris?* Certè qui in avorum nobilitate gloriantur, non in suâ, sed in alienâ virtute gloriantur. Ethoc ergò vanitas est. Rectè Poëta:

Tota licet veteres exornant undique cere

Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.

Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.



Vanitas honorum.

Martinus V. Pontifex in medio ignis magni posuit tiaras Pontificum, coronas Imperatorum, Regum diademata, pileos Cardinalium, mitras Episcoporum, sceptrum,ensem & globum Imperitorum, additâ Epigraphe: *Sic omnis gloria mundi, supple, transit, vel in cineres resolvitur.*

Glycas Lib. 4. Annal. refert de Sultano capta à Rege Francorum, quod scilicet ille, cum in vinculis nunquam risisset, visâ rotatione currûs in risum se effuderit. Rogatus causam dixit, rotationem hanc ei repræsentasse suam & rerum humanarum vicissitudinem; quia nunc hi, nunc illi, imò quisque nunc erigitur, nunc deprimitur: quocircà vincilis liberatus in consiliariorum numerum cooptatus est. Vide Cornel. in Epist. Jacobi cap. 3. v. 6.

Communis est paræmia: *Honores mutant mores.* Sed adhuc verius dices: *Mors mutat honores.* Benè ergo Poëta: *Quid gloria, quid laus?* *Quid fama est, quid honor?* vox & opinio vulgi; *Omnia longa dies abolet, cum vivere cessas;* *Omnia sc̄ abeunt, ut lux cum sole recedit.*

Elisabetha Austriaca, Ferdinandi Imper. filia, Ducis Francisci Mantuæ uxor, arborem

frugiferam delineavit, quam fulminis telum
divideret atque evertet. Addita fuit hæc
Epigraphe: *Spoliat mors munera nostra.* Con-
stituti in dignitatibus hujus sæculi possent pro-
Lemmate uti hoc hemistychio: *Spoliat mors
munera nostra.*

Sors & Mors eisdem insidias stru-
unt: si non per sortem, saltem per mortem iis-
dem privantur. Durius quandoque *Sors*,
quam ipsa *Mors*, contrâ illos procedit, adeò
ut sortem cum morte libenter vellent commu-
tare. Sic Almansor, Arabum in Hispaniâ
Rex, cum ante de Christianis victoriam sem-
per reportâisset, postremò à Garsiâ Castulo-
nensi Comite, atque Veremundo Legionis in
Hispaniâ Rege superatus, conspectu Arabum
& alloquio humano, omnique cibo abstinuit,
atque ita citò interiit, ut refert Le Blanc in Ps.
118. v. 6. n. 105. Sic etiam M. Æmilii Scau-
ri filius, eò quod in saltu Tridentino hostibus
loco cessisset, verecundiæ ignominiâ pressus
mortem sibi conscivit, ut narrat Fron-
tius Li. 4.



Vanitas divitiarum.

Dives quidam (ut refert Le Blanc in Psal. 143. v. 16. n. 85.) pinxit Noctuam in arbore, circā quam noctuam variæ essent aviculæ & accipiter, nam accipiter noctuam juvat, dum noctua alias aves prædatur. Addita fuit hæc epigraphe: *Ego movebor.* q. d. Cum has aves prostravero & devoravero, ad alias pergam. Sed verius dixisset: *Ego movebor,* id est, mutabor à vitâ ad mortem &c. Exottus est sol cum ardore & arefecit fænum, & flos ejus decidit, & decor vultûs ejus deperit: ita & dives in itineribus suis marcescat, ait S. Jacobus in Epist. Canon.ca. 1. v. 11. Ubi sunt, qui argentum thesaurizant & aurum? Exterminati sunt & ad inferos descendérunt. Baruch 3. v. 17. & 19. Dormierunt somnum suum, & nihil in venerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Psalm. 75. v. 6. Vulgò dicimus (ait Cornel. 1. ad Cor. 7. v. 31.) dic mihi, ô villa! ô domus! ô præbenda! ô pecunia! quot dominos habuisti, & adhuc habitura es? Reverà

Gazæ sunt vane, nil sunt nisi sterlus inane:

Dum sterlus queris, per lucra vana peris.

Vanitas est, divitias perituras querere, & in illis sperare, ait Thom. Kemp. Li. I. de Imit. cap. 1. *Ubi Cræsi immensum aurum?* ait Ascanius Martinengus in Gen. Eodem die victo solus Cyrus ex Asiâ subactâ extulit trecentos millions, ut ex Plinio refert Cornel. Ital. 45. v. 3. *Ubi immensus Cyri thesaurus?* Cyrus post tres annos monarchiæ suæ à Thomyri Reginâ Scythiæ vitâ, regno, bonisque omnibus spoliatus est. *Ubi immanes divitiae Salomonis,* in cuius regno tanta erat copia argenti, quanta & lapidum, imò & argentum pro nihilo putabatur? Ascanius citatus. Solus pater ejus David, ut dicitur I. Patal. 22. v. 14, reliquit ei pro fabricâ templi centum millia talentorum auri, quæ, ut ait Cornel. in Lib. 3. Reg. cap. 6. ad nostram monetam redacta faciunt mille & ducentos millions. Insuper reliquit ei mille milia talentorum argenti, quæ tantundem efficiunt, puta mille & ducentos millions auri. *Ubi jam sunt istæ divitiae?* Mortuus est Salomon, & nihil invenit in manibus suis. *Destructum est templum,* ejusque thesauri periérunt.



Vanitas pulchritudinis.

Antonia Borbonia, Ducissa Guisæ & Anna-
malæ, pro Symbolo sibi sumpliit verba
hæc: *Fides ostendit, spes & charitas vincit.* Eadem cum morti proxima rogaretur, ut manus
osculandas filii astantibus præberet, ait: *Filiæ charissimi!* Nolite cinerem hunc & pulverem
osculari. Quid enim ego sum, præter aridam
& siccām terram? ita refert Hilarius de Coste
in ejus elogio pag. 59. Certè vana est pulchri-
tudo, ut dicitur Prov. 31. v. 30. *Est temporis*
& morbi ludibrium, ut ait S. Gregor. Naz. orat.
31. Morbi quidem, quia teste Boërio Li. 3. de
consol. Prosâ 8. *triduane febris igniculo dissol-*
vi potest. Temporis verò, quia ut canit Seneca
in Hyppolito: *Momento rapitur, nullaque non*
dies formosi spolium corporis abstulit. Res est
forma fugax. Consonat Ovidius Li. 2. de Arte:
Forma bonum fragile est, quantumque accedit
ad annos,

Fit minor & spatio carpitur illa suo.

Forma est flos juventæ, qui deflorescit in senes-
câ. Maximus serm. 44. Pulchritudo est ho-
bis domesticus, raptor quietis, materia laboris,
tormentum libidinis. Petrarcha Li. 1. de

Remed. utriusque fortunæ.

Vanitas voluptatum.

Dixi ego (sunt verba Salomonis Eccles. 2. v. 1.) in corde meo: vadam & affluam deliciis & fruar bonis: & vidi, quod hoc quoque esset vanitas.

Lætitia sæculi vanitas est, cum magnâ expectatione speratur, ut veniat, & non potest teneri, cum veniat. Iste dies, qui latus est, cras utique non erit. Transeunt omnia, evolant omnia, & sicut fumus evanescunt. Væ, qui amant talia. S. Aug. Tract. 7. in Joann.

Vanitas est, carnis desideria sequi, & illud desiderare, unde postmodum graviter oportet puniri. Thomas Kemp. Li. 1. cap. 1.

Deliciae non sunt aliud, quam pretiosum stercus. S. Greg. Naz. orat. 38.

Omnis voluptas, quæ nec ex Deo, nec in Deo suscipitur, voluptatis excrementum est. Nicetas in orat. 38. Nazianz. sub finem.

Plato, & ex eo Philo Lib. de Joseph censuit, omnes res & gaudia mortaliū non esse aliud, quam somnia vigilantium.

Voluptas non hominis, sed pecoris est. Seneca.

Voluptas brevis est & temporaria, dolor autem perpetuus & fine caret. S. Chrysost. Hom. 1. in Genesim. + Vani-

Vanitas Scientiarum.

A Pud Arabes (ut refert Le Blanc in Ps. 143.
v. 4. n. 45.) proverbium est: *Mundus
transit, tanquam scriptura delebitur, sapientia
sterilis est ut sculptura.* Intelligenda hæc ve-
niunt, non de scientia Dei, sed de sapientiâ
mundanâ & carnali, quæ *inimica est Deo.* ad
Rom. 8 v. 7. Mundus, ut olim respondit
Philosophus, *Schola Vanitatis est:* quidquid
enim in eo addiscitur præter Deum, vanitas est.
Sicut ute vel follis (sunt verba Cornelii in illud
Sap. 13. v. 1. *Vani sunt omnes homines, in
quibus non subest scientia Dei*) vino vacuus, sed
vento turgidus, vanus est, quia nil in se habet
solidi; sic Philosophus, Orator, Theologus
Dei practicâ cognitione, gratiâ & amore desti-
tutus, & inani scientiæ vento fastuque infla-
tus, vanus est & stultus: Bulla est vento tu-
mida, quæ mox ab aëre disflabitur: pappus
est, cuius villos mox aura disperget, rapor
est, tumus est, qui mox tenues vanescet in au-
ras. Ita ille. Sunt, qui scire volunt eo tantum
fine, ut sciant, & turpis curiositas est. Et
sunt, qui scire volunt, ut sciantur & ipsi, &
turpis vanitas est. Et sunt, qui scire volunt,
ut scientiam suam vendant, & turpis quæstus
est. S. Bernar. serm. 36. in Cant.

Vanitas ædificiorum.

Magnum nominis & gloriæ suæ monumentum relinquere voluit Nemrod cum suis, dum sub annum 120. à diluvio incepit ædificare turrim, *cujus culmen pertingat ad celum.* Gen. 11. v. 4. Veram vanæ sunt hominum cogitationes coram Deo. Inceperunt ædificare, & non potuerunt consummare. Risit Deus hanc stultam eorum præsidentiam, ac re ipsâ dixit: Levi flatu hoc opus dissipabo, confundam tantum linguas eorum &c.

Quò abiēre septem illa ædificia, toto orbe decentatissima, scilicet Babylonis muri, Diana Ephesiæ templum, apud Rhodios Solis colossum, Ægyptiæ pyramides, Sepulchrum Mau soli, Tauris Pharea, Simulacrum Jovis Olympici? Ascan. Martineng. in Gen. Fuerunt, perierunt. Præclarè ad rem Ovid. L. 15. Meta. Nunc humilis veteres tantummodo Troja ruinas Et pro divitiis tumulos ostendit avorum.

Clara fuit sparta, magnæ viguère Mycena:
Vile solum Sparta est; alta cecidere Mycena.
Oedipodionæ quid sunt nisi nomina Theba?
Quid Pandionæ restant, nisi nomen Athenæ?
 Fuit Ilium & ingens gloria Teucrorum:
 Fuit Nina, & ingens gloria Niniadum.

Vide Cornel. in Proph. Nahum c. 2.

Va-

Vanitas omnium.

Joanna Regina Hispaniæ, Ferdinandi Regis Filia, Philippi uxor, orbi insidentem pavonem delineavit, plumas extendentem cum Lemmate: *Vanitas*. Jactet se quisque de divitiis, jactet se pulchritudine & de viribus corporis, ista certè omnia mortalia sunt. Ridendi sunt, qui te de mortalibus jactant, à quibus rebus plerumque aut vivi deseruntur, aut mortui eas necessè est, ut deserant, ait S. August. in Psal. 58. conc. 2. Certè, ut ait Horat. in arte Poët. *Mortalia facta peribunt*. Unde Frontejus:

*Res nostris pereunt oculis ac auribus omnes,
Tamque citò fugiunt, ut nullas mente tenere
Atque videre diu, vel in illis dicere quicquam
Apposè certòve queas, nec si sapis, ausis.*

Ite nunc vani mortales (ait Cornel. in cap. I. Eccles. y. 11.) æternate cum Romanis in terris nomina vestra, incidite illa in marmoribus, erigite in Statuis, statuite in Colossis, brevi hæc omnia delebit succedentis ævi oblivio. Attendite ad illud Nasonis 15. Metam.

*Tempus edax rerum, tuque insidiosa vetustas,
Omnia destruit.* Item ad illud Thuaezi:

*Temporis exacti veniens oblitivo tempus
Inducit: rerum quæ porrò cumque gerentur,
Vix minima ad seros manabit fama nepotes.*

Joannes Jacobus Medices posuit in Symbolo Maringam pilas ventosas, adjectâ Syringâ, quâ illæ pilæ, seu inflati folles aëre implentur. Epigraphe erat Hispanica, sicque sonabat: *Todo es viento.* id est: Totum ventus est & inanis aëris, quod in hoc mundo quæritur: vento inani turgescunt omnia. Quisquis igitur sequitur vanas mundi opes & honores (ait Corn: in Eccles. cap. 1. v. 14) similis est pastori, qui pascit, non oves, sed ventos, id est illi, qui tentat rem inutilem & impossibilem: quis enim ventos pascere & regere queat?

Vidi cuncta, quæ sunt sub sole, & ecce universa vanitas & afflictio spiritus, ait Ecclesiastes loco mox citato. Pro afflictio spiritus legunt hic aliqui *malitia spiritus*, q. d. omnia, quæ in mundo sunt, malefico & quasi venenato spiritu sunt plena. Ex his patet, quām benē quispiam cecinerit:

Salsum mare me absorbe,
Quia cuncta, quæ in orbe,
Nihil nisi falsitas, nihil nisi vanitas.
Nulla fides, nulla quies,
Nulla est secura dies,
Cuncta miscet falsa sors, cuncta turbat
falsa mors.

Sententiae de Vanitate vitæ.

Quæ est vita vestra? Jacob. 4. v. 15.

Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Ibidem.

Universa vanitas omnis homo vivens. Psal. 38. v. 6. Defecerunt in vanitate dies eorum. Psal. 77. v. 33. Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam. Horat Li. 1. Ode 4. Mortis habet vices, lentis quæ trahit vita geritibus. Seneca. Nec vita sanè dicenda est, quâ nimirum soli vivitur morti. S. Bernard. Li. de fallaciâ vitæ. Anima, corpori conjuncta, est sicut in sepulchro sepulta. Philolaus. Spes mortalium sunt somnia vigilantium. Plato, quem de more secutus Philo Li. de Joseph. ait: Vigilantium imaginationes somniis sunt simillimæ; veniunt, abeunt, occurrant, refugiant, & priusquam comprehendantur, avolant.

S. Greg. Naz. in carm. de vitæ itineribus eius sequentia tribuit epitheta:

Lanugo, spectrum, ros & levis umbra, vaporq;

Flumineus fluxus, fluxus & æquoreus;

Somnia, fluctivagæ navis vestigia, ventus,

Penna celer volitans, pulvis & aura levis.

Circulus æquali qui motu cuncta volutat,

Constans atque rotans, fixus & interiens.

Quid

Quid est vita?

Bulla evanescens, flos unâ nocte senescens,
Fabula valdè brevis, fumus & ipsa levis.

2. fænum.

Somnus, bulla, vitrum, glacies, flos, fabula,
Umbra, cinis, punctum, vox, sonus, aura,
nihil.

3.

Navis poma vehens, aqua, fabula, transitus,
umbræ,

Flos fæni, fumi virgula, bulla, vapor.

4.

Ignis, bulla, vapor, flos fæni, virgula fumi,
Nebula, scena, forum, pulvis & umbra, nihil.

5.

*Hic quæ vita? mori, quæ fæs? supereesse dolori:
Quid caro? vilis humus, quid carnis gloria? fu-
mus.* Ita Hugo Cardin.

Explicatio quorundam.

Ignis se ipsum consumens, juxtâ illud D. A-
lexandri de Cuppis: *Sum mibi causa mali.*

Bulla levis & brevis. Jacob. Maserius. Un-
de adagium Varronis: *Homo Bulla.*

Vapor ad modicum patens. Jacobi 4. v. 15.

Flos fæni. Jacobi 1. v. 10. manè florens . &
vesperi decidens. Psal. 89. v. 6.

Virgula fumi. Fumus ascendendo desicit, ait
D. Arelius. Aquila loco *Virgula fumi* Cant. 3.
v. 6. apud Theodoret. legit; sicut similitudo fumi.

Sym-

Symbola Vanitatis.

1. **M**undus est instar Scenæ, in quâ peragi-
tur fabula vitæ hujus; homines per-
sonæ sunt, intrant, abeunt; locus theatri est
terra. *Generatio præterit*, inquit Eccles. cap. 1.
v. 4. *& generatio advenit*, terra autem in ater-
num stat. Duæ in Scena sunt portæ, ingre-
dientibus ortus, sive vita, egredientibus occa-
sus sive mors. Vester quisque hic commodato
accipit; Qui agit Regem, non auferet secum
purpuram, quam hic gestavit. Brevi finitur
hæc Comœdia. Audi Senecam: *Prima, quæ*
vitam dedit hora, carpsit. Ita Cornel. in illud 1.
ad Cor. 7. v. 31. *Præterit figura hujus mundi*.
Idipsum ad vivum in se ipso repræsentavit mori-
iens Augustus Cæsar, ut refert Sueton. in ejus
vitâ; Nam astantibus in agone dixit: *Satisne*
belle, Amici! personam nostram egimus? Illis
respondentibus: *Bellè*, reponerat ipse: *Va-*
lete ergo & plaudite, ac reduc[t]â cortinâ ani-
mam exhalavit. Ecce! quomodò Mors hujus
vitæ comœdiam finit, eique finem impo-
nat. Est interim *Mors* (ut ait S. Chrysost. Hom.
5. ad populum) *Larva contemptu digna*, illi
præsertim, cui quadrat illud Virg. Æneid. 11.
de Pallante: *Quem non virtutis egenum*
abstulit atra dies.

2. Si.

2. Sicut torrens pluvialibus aquis colligitur, redundat, perstrepit, currit & currendo decutrit, id est, cursum finit: sic est omnis iste cursus mortalitatis. Nascuntur homines, vivunt, moriuntur, & aliis morientibus alii nascuntur. Quid hic tenetur? quid hic non occurrit? quid non quasi de pluvia collectum sit in mare, in abyssum? S. August. in Ps. 109.

3. Sicut manè virens herba & suis floribus vernans delectat oculos contemplantium, paulatimque marcescens amittit pulchritudinem, & in fænum, quod conterendum est, vertitur: ita omnis species hominum vernalis in parvulis, floret in juvenibus. viget in perfectæ ætatis viris; & repente, dum nescit, incanescit caput, rugatur facies &c. ac denique succidimus repente & avolamus.

4. Cancellis quibusdam, qui corpore in majorem molem excrescente angustius domicilium (scilicet vacuas concharum testas, in quibus delitescunt) deserunt, inscriptum est hoc Lemma: *Simul emigrabimus omnes.* Sic vita nostra, consentanea ad hanc idem, nullâ unquam gaudet stabilitate, & non nisi in sepulchro quietem reperit.

3. Vo-

5. *Voces adamauto notat Atropos*, ait Claudio*nus* Li. 2. contra Russinum. Quod ideò factum est, ut scilicet sint indelebiles & perpetuae. Sed quænam sunt illæ voces? Fortè erunt illæ, quas scriptas legimus Eccles. 3. v. 1. *Suis statu transiunt universa sub celo.* nam, ut ait Justus Lipsius de Constantia Li. 1. cap. 16. *Nihil quidquam stabile & firmum arbitratur illæ rerum esse voluit præter se ipsum.* Quare lubrica & inconstans rerum omnium conditio significatur Symbolo Lunæ, quæ semper mutatur &c.

6. Luna in splendoris fastigio sublimis paullò post gradum revocat. Unde Lemma: *Mox disparate formæ.* Sic etiam humana forma singulari penè momentis atteritur, donec in deformes ac inglorias rugas desinat. Unde Job: *Nunquam in eodem statu permanet.*

7. Aresius testudini inscripsit: *Nunquam non hospita.* Ita sanè nostra humanitas in hæc tertis assiduam agit peregrinationem. Vide Scenam 4.

8. *Hyacinthus gemma*, ut ait Plinius Li. 37. cap. 9. *Primo quoque aspectu gratus evanescit, antequam satiet, adeoque non implet oculos, ut penè non attingat, marcescens celestis nominis sui flore.* Sic & est de vita.

g. Visco-

9. Viscosa exspiratio per antiperistasis accensa & in aere instar flammæ sublata demun oculos nostros effugit , & versus Sphaeram suam nativam evolat. Unde lemmata : *Oculos elata fecellit.* Sic caduca hominis vita , quantumvis illustris resulserit , in momento disperret & quasi evanescit.

10. Pyramis ingenti mole ad fastigium usque erecta , uno denique lapide clauditur , addito lemmate : *Lapis omnis clauditur uno.* Sic quidquid in hac vitâ opum , ædificiorum , sapientiae aut heroicorum facinorum congesseris , illa omnia uno tantum sepulchrali lapide absolves. Unde S. Gregor. Nyss. interpretans illud Eccles. 1. v. 3. *Quid habet amplius homo de labore suo?* ait : Perinde est , ac si diceret , quid habet ex humanis omnibus laboribus , de quibus nihil apud eum reddit amplius ? Agros colit , navigat , militaribus operibus affligitur , mercaturam exercet , damnum patitur , luctatur , litigat , pugnat &c. quid ei per hæc , qui vitam suam consumit , amplius affect ? An non simul atque desit vivere , omnia tecta sunt oblivione ? &c.



Novem Emblemata Vanitatis.

Sapientia quinto capite sacra Scriptura recenset novem Emblemata brevitatis & vanitatis vitae, suntque sequentia: 1. *Transierunt omnia tanquam umbra.* Hic in umbra vivimus, ergo vita ista umbra est vitae, atque imago, non veritas, ait S. Ambros. in Ps. 22. Vide plura ad rem in Scena LX.

2. *Nuntius percurrentis.* Nuntium, cum afficerur, tamdiu duntaxat consistit, quam diu ab ore dicentis ad aures audientis perfertur. Rumores sèpè falsi sunt, & sive veri, sive falsi sint, citò pertranscunt & evanescunt instar somnii. Cum essem Lovanii (ait Cornelius in hunc textum) quotidie per urbem rumores miri, sed facti spargebantur, multosque commovebant, sed illicè evanescabant. Inquisitum est in Auctores, & comprehensi sunt duo, qui, quod noctu somniarunt, manè in vulgus spargebant. Ita ille. Solemne hoc est, ac nimis usitatum etiam aliis in locis; suadendum interim & optandum est, ut reflectant ad illud, quod dicit Veritas ipsa Matth. 12. v. 36. Dico vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.

3. *Nar-*

3. Navis, quæ pertransit fluctuantem aquam,
enjus, cum præterierit, non est vestigium invenire, neque semitam carine ejus in fluctibus. ¶.
10. De hoc jam actum est Scenâ 36. Quibus
adde, quod Piscorum sepulchra fuerint ad
mare & portus, juxta illud Propertii Lib. 3.
Eleg. §.

*Iterates curve, & lethi contexite causas:
Terra parum fuerat, terris adjecimus undas.*

Sic ibidem sepulti sunt Ajax & Cato, teste Plutarcho in eorum vitâ, ac Mathathias cum filiis Machabæis, ut patet i. Mach. 13. ¶. 19.

4. Avis, quæ transvolat in aere, cuius nullum invenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans levem ventum, & scindens per vim itineris aërem, commotis aliis transvolavit &c. ¶. 11. nam omnia hujus mundi gaudia illicò transeunt, imò transvolant. Unde S. Cyprian. Li. de laud. Mort. Vana sunt universa, quæ cernimus, & quæ infirmis radibus positæ, soliditatis suæ vim nequeunt sustinere.

5. Aër post emissionem sagittæ statim iterum in se reclusus, ut ignoretur transitus illius, puta sagittæ. ¶. 12.

Emblema hoc Cornelius ita explicat: Sicut postquam sagitta in scopum destinatum emitta est, illicò aér per eam divisus in se ipsum revolvitur ac reddit. ita ut ignoretur ejus trajectus vel transitus; sic prorsus vita nostra, ubi ad mortis metam devenit, nullum sui relinquit vestigium, sed res omnes in se redeunt, ac opes ad hæredes transeunt, domus ab aliis habitantur, agri & vineæ ab aliis coluntur, perinde ac si herus eorum jam defunctus nunquam eas posse disset, sed tantum eas instar sagittæ celerimè pertransisset, vel potius pervolasset.

6. *Lanugo*, quæ à vento tollitur. v. 14. Lanugo est mollis lana, quæ vento levissimo huic illucque impellitur, movetur & amovetur: sic & vita nostra, levissimis etiam morborum ventis; huic illucque agitatur, ac tandem abripitur, fatalique mortis urnâ absorbetur.

7. *Spuma gracilis*, quæ à procellâ dispergitur. v. 15. Spuma fit ex fluctibus maris vel fluminis inter se collisis; cessante autem fluctuum collisione statim perit & evanescit, quinimodo per ipsos etiam fluctus inter se collisos iterum dissolvitur: sic etiam vitæ nostræ fastus & inflatio levi adversitatis aut infirmitatis procellâ facilè dissipatur.

8. *Fumus*, qui à vento diffusus est. v. 15.
Fumus

Fumus ascendendo deficit, & sese dilatando evanescit, ait S. Greg. Papa Li. 1. Epist. 5. Sic etiam homines, quò altius extolluntur, eò citius evanescunt, unde dicitur Psal. 36. v. 20. Deficientes quemadmodum fumus deficient. Vita nostra, ut ait S. Chrysost. Hom. de Avarit. Fumo in aërem evanescente fugacior est, & umbrā prætereunte inanior. Idem Hom. 9. in Ep. ad Heb. inquit: *Quid sunt res humanae? cinis & pulvis, & tanquam pulvis ante faciem venti, fumus atque umbra, & folium, quod circumfertur, & flos & somnium, & narratio & fabula, ventus, aëris mollis temere diffluens, penitus non consistens, fluentum prætercurrentes, & si quid est his minus & abjectius.*

9. Memoria Hospitis unius diei prætereun-
tis. v. 15. Hæc memoria cum ipsâ die desinit: sic & vita nostra cum ipsis ejus diebus, adeo-
que ultimo ejus die desinit. Quemadmodum
clepsydram non extremum stillicidium exau-
rit, sed quidquid ante defluxit: sic ultima ho-
ra, quâ desinimus esse, non sola mortem fa-
cit, sed sola consummat. Tunc ad illam per-
venimus, sed diu venimus: Mors non una ve-
nit, sed quæ venit ultima, mors est. ita Seneca
Epist. 24.

Reliquiae cogitationum.

Nimagine pertransit homo. Psalmus 38. v. 7.
In hunc locum R. P. Le Blanc n. 60. ita ait:
Vita nostra transit in imagine, sed inani, um-
braticâ & volatili; idque fit deinceps modis.

Primo imaginis per umbram expressæ vitam
compara. Nunquid ex umbrâ panis esuriens se
saturare poterit? umbratica est facili felicitas,
vera tantummodo in futuro spectatur. Alcui-
nus Epist. 46. Vide etiam Scenam 60.

2dō. Vita nostra similis est imagini in tabel-
lâ depictæ, quæ facilè corruptitur & destrui-
tur: quid enim facilius, quam hominem mori?
Multæ millia hominum generalis conditio mortis
invaserit, ait S. Bernard.

3rdo. Similis est illis imaginibus fallacibus,
in quibus variæ colores apparent pro diversitate
aspectus, cum tamen, si eas ad solem obver-
tas, solitos tantum colores habere videas, nem-
pè album & nigrum. Sunt multa fucis illata,
qua luce purgantur tuâ, ut canit Deo Ecclesia.

4t̄o. Similis est imaginibus, quæ oculis cer-
nuntur in vitro concavo aut extuberante per-
spiciliotum quorundam, quæ res majores &
pulchritiores, quam sint, ostendunt. Sic etiam
in hac vita plus in imagine, quam in rei veri-
tate nobis applaudimus.

5tè. Vita nostra & ejus bona sunt imago
apparens in speculo, quæ levi halitu obscura-
tur & desinit, aut levi speculi inflexione muta-
tur, decurtatur & desinit.

6tù. Sunt imago & figura in aquâ apparens
aut efficta. Vedit quondam canis Æsopi ima-
ginem carnis, quam in ore gestabat, in aquâ
apparentem; quia autem imago illa major ap-
parebat, quam ipsa caro, dimisit carnem ex
ore voleus apprehendere imaginem ejus, last
nihil cepit, quia dimissâ carne etiam imago
ejus disparuit. Sic etiam in hoc sâculo omnia
in imagine pertransiunt. Certè, ut docet Na-
zianz. orat. 16. potius fides adhiberi potest iis
figuris, quas pueri per ludum in arenâ figurant,
quam hominum prosperitati.

7mò. Sunt imago, quam nobis in Phanta-
siâ nostrâ efformamus vigilantes & in ejus as-
pectu nos recreantes. Unde Mercur. Trismegi-
stus vocat hominem *imaginationis imaginem*.

8vò. Sunt imago imaginationis in dormi-
entibus, quæ statim fugit somno recedente.

9nò. Sunt imagines à Lemuribus objectæ.
Cum aurum dare non possunt, auri imaginem
in arido folio obtrudunt.

10mò. Homines vanis inhiantes sunt ima-
gunculæ illæ, quæ rotulis ferreis, intus occul-
tatis, aguntur & cursitant.

Interludium de Vanitate.

Betrachte nur recht die Welt,
So wirst wohl herzlich lachen:

Es ist gar schlecht bestellt

Mit allen ihren Sachen.

Wo ich mich nur hinwend,

Da find ich nichts als eytel:

Pracht ist an allem End,

Doch ist kein Geld im Beutel.

2. Man findet manch' grossen Hauns

Gar prächtig aufgezogen:

Den Hauren umb sein Ganz

Doch öfters hat betrogen.

Was hilfft doch frembdes Gut?

Man muß es wieder geben:

Sonst kommt ein scharffs Ruth

Auff dich nach deinem Leben.

3. Wie viele seynd da nicht

Durch Ehren-Stell erhoben?

Das Glück thut seine Pflicht

Denselben angeloben:

Über ein kleine Zeit

Falschheit der Welt sie stürzet,

Oder des Todes Reid

Das Leben stark verkürzet.

4. Ein Geiz-Halß setzt sein Herk
 Auff lauter Geld und Güter:
 Mit grosser Sorg und Schmerz
 Gibt ab davon ein Hüter.
 Hat er nun Rist und Rast
 Mit Gold und Geld gespicket:
 Der Tod ihm dan auffpast,
 Ins Grab ganz lehr ihn schicket.
5. Hör auff, O frische Magd!
 Mit Schönheit jetzt zu prangen:
 Der Tod geht auff die Jagd,
 Zielt schon auff deine Wangen.
 Er acht dein Schönheit nicht,
 Vor nichts er sie thut halten,
 G'swind, wie ein Glas zerbricht,
 Wird er sie bald verstatten.
6. O Hoffart thue doch
 Dein Kleyder-Pracht ablegen;
 Besser des Todes-Joch
 Hinführo thu erwegen.
 Wan schon der Kleyder-Pracht
 Dich noch so schön auffputzet,
 Gegen die Todes-Macht
 Doch ganz und gar nichts nutzet.
7. Es ist die Seithen zart
 Von Würmen hergekommen:
 Der Edelsteinen Art
 Aus Drachen ist genommen.

Hieraus

XIII.
im Habs
dütter:
schmerz
ter.

spiech:
si,
nicht,
Mug:
prangen;
g, an-
gen-
ft,
ten,
bricht,

gus;

nicht,
tigt,
tigt.

Sinaus

Scena LXIII.

507

Hieraus macht man ein Staat,
Man thut darauff stolzieren:
Es ist doch in der That
Wie Roth zu æstimiren.


8. Es thut auff manchein Kopff
Ein Doctors-Muß auffstehen,
Ist doch ein armer Tropff,
Nicht viel thut er verstehen,
Hiedurch Proces gar offt
Unrechts verspieler werden:
Der auff Gesundheit hofft,
Muß kriechen in die Erden.

9. Hast du auch schon den Witz
Platonis ganz erreicht,
So bieth dir doch den Spitz
Der Tod, und nicht abweichet.

Galenus war fürwahr
Ein Doctor wohl erfahren,
Doch war die Todten-Waar
Sein Platz nach alten Jahren.

10. Verstand und Wissenschaft
Thut viele hier auffblasen:
Der Tod mit aller Kraft
Sie zopfet bey der Nasen:
Er schreibt ihn Leges vor,
Den müssen sich ergeben:
Dem Doctor und dem Thor
Beständig thut nachstreben

11. Roma die edle Stadt
 Gar herrlich war erbauet:
 Was Kunst erfunden hat,
 Das wird darin beschauet:
 Allein nach langer Frist
 Ist alles d'rin zerfallen:
 Was schön gewesen ist,
 Nicht mehr thut jetzt gefallen.
 12. Alles mit einem Wort.
 Anjeho dir will sagen:
 Vanitas an allen Orth
 Gar leicht ist zu erfragen.
 Drumb der die Welt veracht,
 So weisslich thut nachdencken:
 Lust, Ehr und Pracht verlacht,
 Darnach sich nicht will lencken.



Vena-

Venator animarum Diabolus.

L Epidum quidem & jocosum, non tamen omnino instructuolum fuit illud Theatrum, quod mihi aliquando ob oculos venit, dum transirem Bavariam. Erant in eadem depictæ ac per proscenia distributæ variæ Personæ, quarum qualibet peculiarem habebat inscriptio-nem. v. g. Summus Pontifex habebat hanc: Ich bette vor euch alle. Imper. Romanus: Ich regiere euch alle. Miles: Ich streite vor euch alle. Agricola: Ich arbeite vor euch alle &c. Tandem post omnes has Personas ultimò in proscenio comparebat Diabolus cum hac: Beseret euch, sonst hohle ich euch alle. Spectator benevoli! Hoc in meo Theatro omnis generis & statūs Personæ hucusq; in Scenam prodierunt, prodit nunc tandem & comparet Diabolus ipse. Nefarius iste spiritus antehac saepius non tantum se transfiguravit in angelum lucis, sed & ve-lut alter Proteus diversissimas turpissimorum animalium figuræ assumpsit. Primis Parentibus nostris apparuit in specie serpentis Gen. 3. vel, si Eugubino fides, in formâ Basilisci, qui Rex est serpentum. S. Antonio Eremitæ apparuit specie Ursorum, Leonum, luporum, Gigantum &c. Sagis (quæ sub patibulis

suos cum dæmone conventus & choræas habent) apparet & ab eis adoratur in formâ hirci, ut habet Cornel. in Lucam cap. 8. v. 27 & 32. Aliis aliâ in formâ apparuit. Sed quâ in formâ eundem hic procedere putas? Non in aliâ, quâm in personâ & sub larvâ venatoris. Dæmon est ille Nemrod, de quo dicitur Gen. 10. v. 9. *Ipse capit esse potens in terrâ, & erat robustus venator coram Domino.* Venator, ait Cornelius non tam ferarum, quâm hominum: quia vi & insidiis homines captabat & opprimebat, vel spoliando, vel necando, vel in servitutem abducendo, quomodo Brasiliæ aliquæ Indi etiam nunc homines venantur. S. Isidorus Li. 6. Etym. opinatur, Nemrod homines à Deo abductos ad idolatriam, nempè ad cultum ignis coegerisse. Hoc autem est Diaboli proprium, qui est rebellis & potens in terrâ, id est in animâ terrenâ, quæ in laqueos ejus se præceps conjectit. Venator, ait Cornelius citat. idem est quod latro & prædo; unde Aristoteles latrocinium posuit inter genera venationum. Diabolus prædo est & latro, nam, ut ait Thomas Anglicus, Diabolus dicitur quasi duobus bolis devorans hominem, scilicet animam & corpus. De Diabolo dicit Christus Joan. 8. v. 44. *Ille homicida erat ab initio.* &c.

Retia Diaboli.

DOc̄tissimus S. Scripturæ interpres Corne-
lius à Lap. in illud Jerem. 16. v. 16. *Ecce,*
ego mittam p̄scatores & venatores. Ita commen-
tatur: Tropologicè p̄scatores & venatores ati-
matum, sunt dæmones Dæmon ergò non so-
lùm venator, sed & p̄scator est. Utriusque est
expandere rete, hujus ad capiendos pisces, il-
lius ad illaqueandas aves. Utroque modo ca-
piuntur à dæmonे homines, unde Ecclesiastæ
9. v. 12. dicitur: *Nescit homo finem suum, sed*
sicut pisces capiuntur homo, sicut aves laqueo
comprehenduntur, sic capiuntur homines in tem-
pore malo, cum eis extemplo supervenerit. Cre-
derem tamen diabolo magis congruere nomen
venatoris, quam p̄scatoris. Rationem desmu-
mo ex S Hieron. dicente, penitus non inveni-
ri in Scripturis S. sanctum aliquem venatorem,
p̄scatores inveniti Sanctos. Malitiæ ergò dia-
bolice magis accommodata est ars venatoria,
quam ars p̄scatoria. Hic autem venator sua
expandit retia; nam ut ait Thom. Le Blanc in
Ps. 24. v. 15. n. 77. *Omnia retibus plena sunt.*
Diabolus laqueis cuncta complevit.

Mundi nulla pars, ut ait Mercur. Trismeg.
in Pimandrâ ca. 3. est dæmonum prælentiâ de-
stituta. Quinimò Magister sententiarum in 2.

dis. 11. docet, quemque hominem habete dæmonem antagonistam, ad tentationem deputatum à Luciferō, sicut habet Angelum bonum ad custodiam deputatum à Deo. Quilibet hominum sua expandit retia, ut capiat incautos. Unde S. Paulinus Epist. 2. ad Severum ait: *Tota hujus mundi figura, qua præterit & per oculos corda prolectat, diabolicis prætenta retibus in quilibet sui specie laquens menti & gladius est.* Jerusalem civitas desolata apud Jerem Thren. I. v. 13. conqueritur dicens: *Expandit rete pedibus meis.* In quem locum Cornel. à Lapita commentatur: Rete vocat insidias, quasi Chaldæi quasi venatores, in omnibus viis Iudeis tetenderant, ut nullum eis pateret effugium: omnes enim vias incederant, ut Judæos fugientes interciperent. Sic etiam genus humana num merito conqueri posset contrà dæmones dicendo: Expanderunt rete pedibus meis. *In præsenti etenim vitâ* (ut ait S. Gregor. Hom. 11. in Evang.) *quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus.* Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obfident. Retia eorumdem sunt varia, præcipue tamè rete eorum est avaritia. Per rete, ait Albertus Magn. serm. de S. Andrcâ, notatur avaritia, sive rerum concupiscentia; avaritia quippe est rete diaboli, quod expandit super faciem universæ terre.

Laquei

Laquei Diaboli.

S. Antonius, teste S. Athanasio, in visu totum mundum conspexit laqueis plenum, quos animabus sursùm ascendere conantibus tendebant dæmones, illisque eas illaqueabant ac capiebant. Unde dolens oransque: *Domine, quis hos laqueos evadet?* audivit: *Humilitas.* Dæmon enim omnibus in rebus homini tendit laqueos, eosque cuiusque indoli & affectui oppositos; guloso enim offert epulas & vina, ambitione honores, iracundo duella, timido pericula, avaro opes &c. Audi S. Leōnem serm. 7. de Nativit. dicentem: *Non desinit hostis antiquus deceptionum ubique laqueos pretendere. Novit, cui adhibeat astus cupiditatis, cui illecebras gula ingrat, cui apponat incitamenta luxuria, cui infundat virus invidia. Novit, quem mœrore conturbet, quem gaudio failat, quem metu opprimat, quem admiratione seducat.* Omnia discentit consuetudinem, ventilat curas, scrutatur affectus; *Eibi causas querit nocendi, ubi quemque viderit studiosius occupari.* Exclamavit olim David 2. Reg. 22. ¶ 6. *Funes inferni circumdederunt me, prævenerunt me laquei mortis.* Idipsum & quilibet viator in hac vitâ meritò exclamare posset; nam quocunque te vertas, ubique laquei, ubique pericula.

Optimè dixit quondam Siracides Eccli. 9. v.
20. In medio laqueorum ingredieris. Unde S. Augusti, in Ps. 141. Ignoras, quia in medio laqueorum ingrederis. Quid est in medio laqueorum, in via Christi, & hinc laquei & hinc laquei. Laquei à dextris, laquei à sinistris. Laquei à dextris prosperitas seculi, laquei à sinistris adversitas seculi. Laquei à dextris promissiones, laquei à sinistris terrores. Tu in medio laqueorum ingredere, à via noli discedere, nec promissio te capiat, nec terror elidat. Dæmonis laquei sunt ejus fraudes & fallaciae, de quibus paulò infrà. Laqueos hos nobis abscondit juxta illud Psal. 141. v. 4. Absconderunt laqueum mihi. In quem locum S. Chrysost. Homil. 15. ad pop. Diabolus suas occultat insidias: quapropter magnâ nobis cautione & vigilantiâ opus est. Occultat enim laqueum in eleemosynâ, nempe vanam gloriam, in jejunio arrogantiam & in aliis alia &c. Quod si hilaquei non sufficient, vocat in adjutorium carnem & mundum, ut & ipsi laqueos suos extendant. Caro pro laqueis habet delicias, blanditiias, jocos, ludos, potationes, otium, luxum &c. Mundus verò habet opes & honores juxta illud 1. ad Timot. 6. v. 9. Qui volunt divites fieri, incident in tentationem & in laqueum diaboli &c. Plura ad rem vide suprà in Scenâ: Navisimilis homo.

Sagit-

Sagittæ Diaboli.

Cunctæ ferè gentes, ut notat Lorinus, Jovem, Apollinem & Cupidinem armaverunt arcu & sagittis, quæ feriunt eminūs, quod videatur proprium Deo. Jovi arma illa dederunt ob facultatem puniendi; Apollini propter vim persuadendi; Cupidini propter vim ad amorem attrahendi. Si his fabulis adhibenda foret fides, non minùs Plutonem talibus armis instructum esse crederem, neque sagittæ ipsi decicerent, quia Vulcanum haberet sibi vicinum. Relinquamus figmenta fингentibus, & transamus ad vera. Etiam diabolus quā venator suas habet sagittas. Si S. Scripturam, veterēsque consulamus historias, peritissimos inveniemus sagittarios. In arte jaculandi expertissimus fuit Jonathas, cui S. Scriptura 2. Reg. 1. v. 22. hanc laudem attribuit: *à sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Jonathæ nunquam rediit retrorsum, sed, ut addit Cornelius, penetravit corpora hostium, etiam fortissima & pinguissima, eoque sanguine suo cruentavit, transfixit & interemit.*

Alcon Cretensis, cum filium dormientem ingenti serpente implicitum videret, arcum è vestigio atripit, atque ita sagittam direxit, ut illæso filio serpentem confixerit. Valerius Flac-

cus Li. i. Domitianus Imperator in expansam manūs puerilis palmam, pro scopo objectam, sagittas tantā dexteritate direxit, ut omnes per intervalla digitorum innoxiae evaderent: quinimò ipse adeò jaculandi peritus fuit, ut eminūs emissis sagittis caput cervi coronaret.

Laudatissimus Heros Godefridus Bullionius, Dux Lotharingus, Hierosolymam urbem ob-sidens in turrim Davidicam ejaculatus est telum, quo tres simul columbas confixit. Om-nibus his & aliis palmam præripit venator dia-bolicus, qui artem hanc jaculatoriam longis-simo jam tempore exercuit, ac in ipso mundi exordio Protoparentes nostros Lethali vul-ne-re transfixit. Venator iste astutissimus non tantū de nocte, sed etiam de die suas emitit sagittas, unde Psal 90. v. 6. dicitur: *A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris.* Sed quenam est ista sagitta volans in die? S. Hieron. ait esse sermonem Hæreticorum, nam *instar sagittarum sermones ipsorum corda vulnerant.* S. Bernard. serm. 33. in Cant. ait: *Sagitta volans in die est inanis gloria.* Thom. Le Blanc in dictum jam Psal. n. 33. ait: *Sagitta volans in die & luce est illusio dæmonis sub specie boni ac virtutum illudentis, & se transfigurantis in Angelum lucis.*

Præd

operator in expansio-
pro scopo objectus
exirexit, ut omnes pe-
nitentia evaderent: quo-
citus fuit, ut nimis
coronaret.

defridus Bullinus,

polymam urbem ob-

m ejaculatus est in-

bas confixus. Om-

nius venator dia-

culatoriorum longil-

ac in ipso mundi

os Lethali vulne-

atitudinibus non

die sicas emitit

citur: Agitā

lentance in ten-

ta volans in die?

m Harrenorum,

nes informe corda

n. 33, in Cant. air:

u gloria. Thom.

n. 33, air: Sagin-

atio demonis lab-

oris, & settans-

Prad

Præda Diaboli.

Fonsoeca in suo Theatro amoris cap. 19. refert, quod Diabolus olim magno Antonio sequens ænigma proposuerit. Ipse in Mauri specie laquidis onustus ac retibus in venationem festinavit; hoc cum videret S. Abbas, percunctatus est eum, quod tenderet: ad quod ipse respondit: *Ad venationem.* Dum autem ultius teciscitaretur, *prædam quam indagaret?* reposuit: Lunam dimidiā, Solem (vel ut alii volunt, bovis oculum) & rotæ quartam partem. Hoc ænigmate significabat, quod veneret cor hominis; nam littera C refert medium Lunam, littera O circulum Solis, & littera R est quarta pars vocabuli *Rota*. Quam avidè deglutiat corda hominum, patet ex eo, quod in solâ civitate Mexicanâ, ubi in idolo colebatur, quot annis plus quam viginti millia cordium puerorum & puellarum sibi fecerit offerri, ut testatur noster Joannes Zummaraga, primus ibi Archi-Episc. in Epist. ad sui Ordinis Congregationem collectam Tolosæ Anno 1532. Cum igitur devorandis hominum cordibus tantopere delectetur, in ea præcipue fatalem suum arcum dirigit. Cor humanum vendicat sibi Deus, dum Prov. 23. v. 26. dicit: *Præbe fili mi! cor tuum mihi;* ast diabolus conatur illud præripere, ac velut *prædam deglutire.*

Pi-

Piscatores piscibus duntaxat, Aucupes avibus, Venatores feris sylvestribus insidias struunt, ut experientia docet: Quid ergo venatoribus cum hominibus agendum est dicet forte quispiam. Audiat ille sententiam Psalmis Regii Psal. 48. v. 13. dicentis; *Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Nam primò Vulpes sunt scelerati malitiosà astutia, ut ait S. Basilius. 2dò peccator est simia per cacozeliam & alienorum vitiorum imitationem. 3. *Lupus est ob rapacitatem.* 4tò Leo ob rabiem & arrogantiam. 5tò Tigris propter acervandi, custodiendique auri anxiam curam. 6tò. Leopardus ob morum perversitatem atque subdolam varietatem. 7tò Ursus propter barbaram & misericordiæ expertem crudelitatem, quæ etiam in supplices ac mortuos sævit &c. Hæc & plura vide latius deducta apud Thomam Le Blanc in Textu Psalmistæ citatum. Omnia pessimum est, quod homines subinde sint brutis pejores. Audi ad hoc comparationes Luciani, quas citat Cornel. in Prov. Salom. cap. 1. v. 1. in hunc modum: *Graeulo loquacior: viperâ virulentior: vulpe dolosior: Limace tardior: Delphino lascivior: vulture edacior: glire somniculösor: Sue indoctior: asello stolidior: Lepore timidior: Hirundine bibacior &c.*

Artes Diaboli & fallaciæ.

Diabolus Doctor mendacii ipse est adversarius effectus generis nostri, inventor mortis, superbiæ institutor, radix malitiae, sceleorum caput, Princeps omnium vitiorum, persuasor turpium voluptatum &c. Ita S. August. ad Julian. Unicum & totum hujus studium est, ut homines Viatores arceat ab ingressu Cœlestis Jerusalem. Unde summum ejus nos perdendi desiderium Auctor operis imperfecti in Matthæum Hom. 5. sic declarat: *Diabolus non manducat, non bibit, non dormit, nec opus aliquod aliud operatur, nisi ut tentet, ut fallat, ut subvertat. Hic est cibus illius, hic honor, hoc gaudium.* Hunc in finem varias excoxitavit artes & fallacias, quibus nos decipiatur. Inter has illa est calliditas Diaboli, ut eâ parte, quâ infirmiores sumus, nos oppugnet, sicut Dux oppugnat arcem eâ parte, quâ debilior est, ait S. Gregor. 31. moral. 17. qui & addit: *Dolosus adversarius simul ferire nititur & aperte sœviens & insidiis latens &c.* Sapè enim tentationem proponit de libidine, & subito fraudulentiū cessans elationem suggesterit de servata castitate. Rursùm semel victus & fugatus iterum iterumque redit ad nos tentandum; ut edit ad Christum Matth. 4. v. 5. & 8.

Tal-

Talmuditæ (ut testatur Cornel. in cap. 2., Gen. v. 23.) fabulantur, Adam ante Evam aliam habuisse uxorem, ex limo terræ productam, nomine Lilis, cum eaque vixisse 130. annis, quibus fuit excommunicatus ob efum pomi vetiti, atque toto illo tempore ex ea non homines, sed dæmones genuit. Hæc interim sunt eorum deliria, quibus ipsi coguntur confiteri, quod sint Fratres dæmonum, cum Pater eorum Adam dæmones genuerit. Insana fuit etiam sententia Platonis, dum in Apologo dixit: *Dæmones surs Deorum filii spurii*, quia Deos fecit adulteros. Dæmones ergo nec sunt Adami, nec Deorum filii, sive spurii, sive legitimi, sed quoad naturam suam ab initio mundi à Deo creati sunt. Natura eorum non tantum erat bona, sed & gratiâ sanctificante dotata; verum quia paulò post Philautiæ vitio, semetipsos nimis amando & aestimando, locum dederunt, à gratia & veritate deflexerunt, ac facti sunt spiritus mendaces & dolosi, qui animarum saluti continuas struunt infidias. Quare iis sedulò invigilandum ac fortiter contrà eos pugnandum. Ne timeas tibi, ô homo! sed audacter eundem aggredere & invade. Audi quid dicat Theodorus Studita Ep. 68. *Timidus est Diabolus, rejiculus, imbellis, ideoque animositate quādam longè abigendus.* Unde Jacobus c. 4 v. 7. *Resistite Diabolo, & fugiet à vobis.* Dia-

Diaboli typus fuit (ut notat Cornelius in Zach. Proph. cap. 3. v. 1.) Naas Rex Ammon, qui ad Jabaitas, fædus cum ipso contrahere volentibus, dixit 1. Reg. 11. v. 2. *In hoc feriam vobisum sediss, ut éruam omnium vestrum oculos dextros.* Ecce quanta astutia & malitia! *Milites, ait Abulensis, oculum instrumentum scuto tegunt, dextro vero in pugnam gerunt.* Si ergo eruisset ipsis oculos dextros, hoc ipsis non tantum fuisset ad ignominiam, sed per hoc etiam ad quodlibet bellum facti fuissent inutiles. Sic etiam Naas (quod hebraicè idem est quod serpens) Diabolicus oculos dextros nobis eruere conatur. *Dexter oculus eruitur* (ait Gregor. Li. 5. in Libros Regum sub initium, quando in ons eâ caccitate percuitur, ut ultrà ad videnda cœlestia non aperiatur. Dexter oculus eruitur, ut nulla dextera cogitatio ad ullam dexteram actionem dirigatur. S. Nilus in Ascetico. Vedit aliquando Zacharias Satanam stantem à dextris summi Pontificis, ut adversaretur ei. loco cit. Quid hoc? cur Satan stetit à dextris & non à sinistris? Audi Sententiam Eliae Cretensis in orat. 1. Nazianzeni super hoc ita ratiocinantis: *Satan semper res nostras dextras, id est, qua cum laude sunt conjunctæ, oppugnat, non vero sinistras.*

Aristoteles Li. de Mirabil. auscultat. fol. 1156. refert, in Diomedæâ Insulâ maris Adriatici esse templum Diomedis admirandum & Religione sacrum. Illud obsidetur ab avibus magnitudine vastis, rostris prælongis & turgidis. Græcis accendentibus aves illæ nihil inferunt molestiæ; cæterum barbaris, qui accidunt, venientibus subvolant, & pedibus rostrisque eorum capita lacerant, inflictisque multis vulneribus eos interimunt. Contrariam omnino indolem habet Diabolus, cui revera quadrat illud tritum:

*Extraneos mordet, solis blanditur amicis,
nempè suis. Quare Picinellus ex D. Marino
importunos ejusdem mores Li. 5. cap. 10 N.
104. proponit sub Symbolo Panis, quo do-
mesticis quidem blandus, extraneis verò mor-
dax existit. Mordax maximè existit servis Dei,
quos proinde in oratione & precibus impedit &
perturbat. Quò efficacior est oratio, tantò cal-
liius impediri ab adversario solet, ut docet
S. Bernard. serm. 4. de Quadrag. Attende in-
terim, ô homo! salutare monitum, quod refert
Blosius in monili c. 3. nempè: S. Birgittæ, dum
orans temptationibus fatigaretur, dixit Virgo Dei-
paras; Diabolus explorator invidus querit impe-
dire bonos, dum orant; tu verò filia, quacunque
temptatione pulseris, persiste in desiderio vel bonâ
volyntate & conatu sancto &c.*

Appa-

Apparatus venatorius.

AD apparatum venatorium spectant equi, canes, arcus, pharetra, sagittæ, rete & laquei, quæ omnia h̄ic reperies. Primo quidem adfunt equi. Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors & infernus sequebatur eum, ait Scriptura Apoc. 6. v. 8. Equus pallidus est in vidia, quā maximē in nos diaboli incitantur. 2dō, Canes eorum sunt detractiones. Sic dicitur 3. Reg. 21. v. 24. Simoratus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes. Et Psal. 21. v. 17. Circumdederunt me canes multi. In quem locum Anonymous aliquis ita fuit commentatus: *Sicut canes dentibus mordent & lacerant; ita Iudai Christum detractionibus mordendo ejus famam lacerabant.* 3tō, Arcus eorum est hypocrisis. Osee 7. v. 16. Reversi sunt, ut essent absque jugo facti: facti sunt quasi arcus dolosus. Arcus dolosus est, ait in hunc tantum Cornelius, qui inter jaculum aliò mox vertitur, quam in directum, quo tenditur & respicit. Sic dæmones jaculando arcum suum mox huc, mox illuc inflestant, ne insidiæ eorum ita facilè advertantur. 4tō, Sagittæ sunt blasphemjæ. Ps. 72. v. 9. Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum eransivit in terrâ. Homines in terris se in vicem sagittant

gittant detractionibus. Unde Gregor. Naz.
Nibilest, quod à lingue sagittatum atque im-
mune sit. Deum autem & sanctos blasphem-
iis suis sagittare præsumunt dæmones. 5tò,
Rete eorum est avaritia. Habacuc I. v. 16.

Immolabit sagena sua & sacrificabit reti suo:
quia in ipsis necessaria est pars ejus & cibus ejus
electus.... Propter hoc ergo expandit sagenam
suam, & semper interficere gentes non parcer.

6tò, Laquei eorum sunt fraudes. Jerem. 5. v.

26. Inventi sunt in populo meo impii insidiantes
quasi aucupes, laqueos parentes & pedicas, ac
capiendo viros. Sicut decipula plena avibus, sic
domus eorum plena dolo. 7mo, Esca, nempe
voluptates, divitiae, honores &c. Non capit la-
queus, ait S. Ambrot. serm 14. in Psal. 118:
nisi ante esca te ceperit. Dum prædam capis, la-
queo ipse te necis. Esca laquei avaritia est; esca
diaboli luxuries est, quibus vult nos, inescare,
non pascere. Omnem hunc apparatum ordinat
diabolus ad capiendas animas. Ipse est Rex So-
domæ, qui ait Gen. 14. v. 21. Da mihi animas,
catera tolle tibi. Unde Procop. Gazaus ad cap.

1. Exodi: Insigne lucrum & amplas divitias pu-
tant, si animas hominum à Deo abstrahant &c.
Et Radulphus Flaviaceus Li. 2. in Levit. c. 2.
Pascuntur maligni spiritus mentibus nostris, &
gratum est eis sacrificium, cum homo sic corpore
moritur, ut ad aeternum supplicium pertrahatur.

Statura & figura Diaboli.

IN carnatus Dei filius, dum aliquando ex homine quodam obsesso spiritum immundum expellere vellet, interrogabat eum: *Quod tibi nomen est?* ad quod ille respondit: *Legio mihi nomen est, quia multi sumus.* Marci 5. v. 9. Aliqui, ut refert Cornel. in cap. 26. Matth. v. 53. censem. Legionem continuisse 12 millia & quingentos; legio enim, inquit, continebat 10. cohortes, cohors 50. manipulos, manipulus 25. milites. Alii verius & melius censem, quod Legio propriè contineat 6666. Quidquid sit de hoc, sufficit, quod magna dæmonum copia eundem omnino hominem obfederit, ex quo sequitur, staturam & figuram eorum non esse adeò magnam. Quinimò cum naturâ suâ sint spirituales, adeòque nullam habeant extensionem aut quantitatatem molis, sequitur clarè, quod spectatâ præcisè naturâ nec staturam nec figuram habeant. Constat tamen ex variis historiis, quod subinde varias assumptionerint figuras & staturas dæmones (ait Cornelius in Isai. cap. 34. v. 14. in illud: *Occurrent dæmonia, onocentaurus & pilosus &c.*) monstra & larvas induunt, ut partim homines, partim equi vel asini videantur, idque ad hoc, ut homines territent & ludificant. Id patet ex vitâ S.

An-

Antonii apud S. Athanasium: Vidit enim Antonius querens Paulum I. Eremitam in deserto bestiam pubetenus humanam, quae deinde in asinam desinebat. Bestia haec onocentauri speciem referebat; nam, ut refert Gesnerus cap. de *Afino*, Onocentaurus est animal collo, pectori, mammis muliebribus & humeris, brachiis ac digitis humanis; sed dorso, lateribus & pedibus asininis, uti & colore cinereo. Hac in figurâ apparuit diabolus S. Antonio: aliis autem aliis sub formis apparuit, quas omnes hic pertransito, ac cum quâ venatorem repræsento sub larvâ Faunorum & Satyrorum. Fauni & Satyri sunt Sylvarum Dii, quos Poëtæ fingunt cornigeros & capripedes. His similes esse dæmones docet Cornelius, dum explicans illud Isaiae 13. v. 21. *Pilosí saltabunt*. ait: Pilosi Fauni & Satyri, de quibus Plinius Li. 7. v. 2. Dæmones scilicet, qui in sylvis & locis desertis apparent hirsuti specie hircorum, quasi Dii nemorum. Isti dicuntur saltare, quia, ut notat Idem in cap. 34. v. 14, *Gaudent & assistunt choreis dæmones*. Unde Conrad. Clingius de locis Theolog. cap. de Chorea: *Chorea est circulus, cuius centrum est diabolus, circumferentia omnes Angeli ejus*. Et S. Basilius tradit, saltationes didicisse homines à dæmonibus.

Vidisti nunc, spectator benebole! figuram diaboli; sed quis ei color? *Æthiopes* (ut ait Cornel. in Cant. c. 1. v. 4.) *Judam* & dæmones pingunt albos, *S. Petrum* verd & *Angelos* pingunt nigros. Pingant ipsi, quidquid velint, ego sentio cum dicto Cornelio, dum in cap. 3. *Habacuc*. v. 7. ita scribit: *Æthiopes* typi sunt tum dæmonum, tum hominum impiorum, quia hi deformes & atri sunt moribus, uti *Æthiopes* pelle & cute. A colore procedamus ad staturam. Dæmones (ait idem in cap. 5. *Ja-cobi* v. 19.) inferni incolæ mystici gigantes sunt, imò gigantum & superborum parentes. Hinc Scriptura infernum vocat locum gigantum *Sap.* 16. v. 6. *Ilai.* 26. v. 14. & *Jobi* 26. v. 5. Per gigantes (ait iterum in cap. 9. *Prov.* v. 18.) significantur dæmones & damnati: hi enim gigantibus, uti scelere, ita & damnatione sunt similes, ac cum Deo bella & odia æterna gerunt. Ipsi etiam gentiles, teste *Macrobius* Li. 1. *Saturn.* c. 20. ajebant, gigantes Poëtarum significare impiam gentem Deos contemnentem & negantem; ideoque draconum pedes eis affinxerunt, ut repræsentarent, nihil eos rectum cogitasse, torius vitæ eorum gressu atque progressu in inferna teridente. Ad hoc alludens *Job* dicebat cap. 26. v. 6. *Ecce gigantes gerunt sub aquis, & qui habitant cum eis.*

Fabula & Affabulatio.

Solus Og, Rex Basan, restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus ejus ferreus, qui est in Rabbath filiorum Ammon, novem cubitos habens longitudinis & quatuor latitudinis &c. Deut. 3. v. 11. Ex his Thalmudici sequentia fabulantur. *Primo*, Og fuisse reliquum ex diluvio, & ex gigantibus, qui ante diluvium fuerunt, itaq; Og octingentos & plures vixisse annos. *2do*, Lectum hunc fuisse cunas Og, cum esset parvulus; nam cum crevit in vitum, ajunt solum pedem ejus fuisse 120. cubitorum, non communium, sed giganteorum; ac consequenter tam ipse, quam lectus ejus facile leucam integrum occupassent. *3to*, Quod Og adventantibus Hebræis montem duarum leucarum eradicaverit, & in caput suum imposuerit, ut Hebæos omnes uno montis hujus jactu obrueret. Deus autem misit formicas, quæ montem perforantes eum descendere fecerunt usque ad humeros Og; mox crescentibus ejus dentibus ad decem cubitos non potuit montem à se projicere. Id videns Moyses, qui altus erat 10. cubitos, accepit securim tot cubitorum, atque in Og insiliit, eumque occidit. Og hic typus fuit Luciferi, qui restitit Michaëli, quique in superbiâ adeò excrevit, ut Altissimo par esse voluerit &c.

Epi-

Epilogus.

529

Vivendum bene pro felici morte.

Parænæsis.

Post vitam mors Certò sequetur:
Sed qualis sors Ex tunc tenetur?
Æterna vox Justos beabit:
Infernî nox Malos damnabit.
De suâ spe Agnus gaudebit;
Deceptum se Lupus lugebit.
Tunc iste grex Conscendet thronum,
Quem Christi lex Traxit ad bonum,
Econtrà styx Claudet captivos,
Quos noxæ pix Infecit vivos.

Ergò

eMenDate peCCata Vestra;
ne fVror sVper VentVrVs argVat & obrVat
Vos.*

Deus enim est

peCCati, noXæqVe IVstIssIMVs VInDcX.*

Talis te sequetur merces,

Quales actus hîc exerces,

Hinc in vitâ age bonum,

Quisquis cœli cupis thronum.

Licet mors & vita sint omnibus communes,

Pandunt tamen ita retia & funes:

Iltis capiuntur, qui declinant crucem,

Nam hi moriuntur, nec spectabunt lucem,

Crucem si portâris, superi ter bonâm

Pro te præparabunt Angeli coronam.

Z

Pru

Prudentis est præteriorum meminisse, caute
rè agere præsentia, futura prospicere & cave
re, dixit olim prudentissimè Isocrates.

Utinam ergò omnes

Saperent præterita;

1. Bonum omissum.
2. Malum commissum.
3. Tempus amissum.

Utinam intelligerent præsentia;

1. Vitæ brevitatem.
2. Salvandi difficultatem.
3. Salvandorum paucitatem.

Utinam præviderent futura.

1. Mortem, quâ nihil miserabilius.

2. Judicium, quo nihil terribilius.

3. Pœnas inferni, quo nihil intolerabilius.

O homo! dum vivis, memorare novissima
semper;

Hæc quoque continuò mente revolve tuâ.

Sis memor inferni, cuius tormenta dolorem

Perpetuum cauſant, ac sine fine manent.

Peccatis sunt ista tuis benè debita merces,

Nî tu pœniteas, displiceantque tibi.

Hinc modò nil tardes, sed placa Nu minis iram,

Nec tibi pro veniâ tempus abire sinas.

Para-

Paradinus aliquando depinxit leporem in circulo, qui gladiis ex omni parte succinctus erat, ne evaderet. Additum fuit hoc Lemma: *Malo undique clades.* q. d. Quocunque se verat malus, pereundum est. Non ita res se habet cum justo, qui mortis venturæ continuò memor, quotidie in bono proficere satagit. Hic civis erit sanctæ illius civitatis, cuius Angeli cives sunt, Deus Pater templum est, Filius ejus splendor, Spiritus S. charitas est, ut ait S. Bern. de præmio patriæ cœlestis. Civis erit illius civitatis, de quâ S. Augustinus in medit.

*Solis gemmis hæc structura necitur,
Auro mundo tanquam vitro urbis via sternitur,
Abest limus, abest finus, lues nulla cernitur.*

Quis igitur ad hanc patriam tam felicem non suspireret? Quis non dicat cum S. Ignat. de Lojolâ: *Quam sordet mihi terra, dum cœlum aspicio!* Meritò ergò contra juventutem conquesta est S. Anysia Martyr dicens: O infidissimam ætatem, quæ aut lædit, aut læditur! Pulchra res est senectus! Heu mihi! Longitudo temporis me mæsticiâ afficit, quæ tamdiu separat à cœlestibus.

Maximilianus secundus Imperator in suo
ymbolo pingi curavit Aquilam in nubibus
volantem, humi verò coronam, gladium,
hastam, mundum cum Lemmate: *Nil huma-
na moror, dum super astra feror.* Quis, quæ-
so, non festinaret pervenire ad illud regnum,
quod S. August. ita describit: O regnum verè
beatum, carens morte, vacans sine, cui nulla
tempora succedunt per ævum, ubi continuus
sine nocte dies nescit habere tempus, ubi vi-
ctor miles illis hymnidicis sociatus Angelorum
choris cantat Deo sine cessatione canticum de
canticis Sion, nobile perpetuò caput ample-
ctente coronâ. Ita ille in *Medit. cap. 22.* In
civitate Dei Rex est veritas, lex charitas, dig-
nitas æquitas, pax felicitas, vita æternitas.
Idem. Ibi hymnidici Angelorum chori, ibi
societas civium supernorum, ibi dulcis solem-
nitas à peregrinationis hujus tristi labore re-
deuntium, ibi festivitas sine fine, æternitas
sine labore &c. Idem. Nox ibi nulla, nullæ
tenebræ, concursus nubium nullus, nec fri-
goris aut ardoris asperitas ulla, sed talis erit
rerum temperies, quam nec oculus vidit,
nec auris audivit &c. Ven. Beda serm. 18. de
Sanctis.

Serpens, exutâ veteri pelle meliorem spe-
rans, inscriptionem præfert: *Ut meliorem refe-
ram.* Hinc conjicies, quantum supremæ mer-
cedis accipiendæ fiducia in humano corde possit.
Homo enim immortalitatis veste probè consi-
deratâ omnem cuiusvis boni carnalis jacturam
nihili aestimat. Felix reverà ille, dè quo S.
Greg. Naz. carm. 14.

*Magnus homo est, immo novus angelus, ipse senectâ
Si positâ ut serpens sydera summa petat.*

*E*sote prudentes, sicut serpentes, monet ip-
semet Christus Math. 10. v. 16. Serpentis astu-
tia, ait S. Hieron. ponitur in exemplum, quia
toto corpore occultat caput, ut illud, in quo
vita est, protegat. Ita nos toto periculo cor-
poris caput nostrum, quod Christus est, custo-
diamus, id est, fidem integrum & incorrup-
tam servare studeamus. zdd, ut ait Isidorus
Pelusiota Lib. 1. Epist. 26. Serpens arte ac ver-
sutiâ vetustatem exuit, in arctâ quâdam & an-
gustâ rima sese comprimens ac senium depo-
nens. Vultigitur nos quoque per arctam viam
& afflictionem, veterem hominem exuere, ac
pro eo novum induere, qui ad ejus imaginem
renovatur. *Angusta porta* & *arcta via est*, que
ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt
eam. Math. 7. v. 14.

Duæ sunt hominis nativitates, nasci & renasci. Nascimur ad laborem, renascimur ad quietem. Nascimur ad miseras, renascimur ad æternam felicitatem, ait S. Augustinus. Quanto labore digna est requies, quæ non habet finem? Si verum vis comparare, & verum judicare, æterna requies æterno labore rectè emitur. Idem in Psal. 91. Sapientissimè ergò Angelus apud venerabili Bedam Li. 3. Hister. Angl. cap. 19. mortalibus occinit: *Nullus labor durus, nullum tempus longum, quo gloria aeternitatis acquiritur.* Si ergò sapis, O homo! Age, cave, curre, festina. *Age, ut in hac spiritualitate proficias: Cave, ne quod acceperisti bonum, incanus & negligens custos amittas;* *Curre, ut non negligas; Festina, ut celerius comprehendas.* S. Hier. Memento semper finis, & quia præteritum non redit tempus, age age nunc, quid quid agere potes. Dum tempus habes, congrega tibi divitias immortales. ita Thom. Kemp. Li. 1. de imitat. cap. 23. Optimè ergò S. Barlaam Eremita discipulo suo S. Josaphat sualit dicens: *Hodie te vitam Religiosam inchoasse cogita, hodie finitum.* Quod & ipse strenuè fecit, ac indies in virtute profecit.

Iſraēlitæ in deserto die ſextâ collegerunt manna pro die Sabbati. Sic enim dicitur Exodi 16. v. 22. *In die ſexto collegerunt cibos duplices, id est duos gomor per ſingulos homines.* In hanc rem Origenes Homil. 3. in Psalm. 36. ita loquitur: *Dum ergo ſumus in die ſextâ vi- tæ, colligamus manna & cibum, quo vi- vamus in Sabbato futuræ quietis & gloriae.* *Hic opus, hic labor est.* Tu interim, ô homo! Ut coelos adeas, hic nulli parce labori:

Si tibi vim facias, te ſuper astra vehet.

Regnum cœlorum vim patitur, & violenti- rapiunt illud, ait Veritas ipſa Matth. 11 v. 12. Ad magna præmia perveniri non potest, niſi per magnos labores... Delectet ergo men- tem magnitudo præmiorum, ſed non deter- reat certamen laborum, ait Sanct. Gregor. Pa- pa Hom. 37. in Evangelia. Qui certat in ago- ne, non coronabitur, niſi legitime certaverit. 2. ad Timoth. 2. v. 5. Unde, ut ait S. Chryſoft. Tomo 3. ſermone de Martyr. tu Christiane! de- lucatus es miles, ſi putas te poſſe ſine pugnâ vin- cere, ſine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimica, atrociter in prælio iſto concer- ta. Aut vincendum aut percutendum eſt. Si cupis æthereis cingi tua tempora ſertis,

Fortiter hic certa, iuſtiſamque tene.

S. Franciscus Xaverius Li. 2. Epist. 5. Joanni tertio Lusitaniæ Regi (ac in eo cæteris Principibus & Prælatis) hoc saluberrimum dat consilium, ut quotidie per quadrantem horæ divinam illam sententiam meditando: *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Germanam ejus intelligentiam à Deo petat, cum sensu animi interiore conjunctam, & simul omnium precationum suarum illam velit esse clausulam: *Quid prodest homini &c.* Quoniam proprius, inquit, quām ille existimat, adest hora, quā illum Rex Regum & Dominus Dominantium ad rationem reddendam evocaturus est, illud intonans: *Redde rationem vocationis tuæ.* Verus fuit vates, nām paulò post Rex vitā functus est, ut refert Cornel. in Prophet. Amos cap. 8. v. 1. Sic etiam Agapetus Diaconus in suis admonit, nu. 67. Justinianum Imperatorem sequentibus est adhortatus: Dignitatum splendores mors haud reformidat, omnibus enim voraces suos dentes infligit. Ergo ante illius ineluctabilem adventum opum copiam transportamus in cœlum. Nemo enim, quæ colligit in mundo, illuc profectus abducit, sed omnibus in terrâ derelictis nudus de vitâ suâ reddit rationem.

Apel-

Apelles Pictorum celeberrimus, dum aliquando interrogaretur, *Quare tam tardè pingat?* optimè respondit: *Pingo aeternitati.* Ita & quilibet hominum dicat: *Vivo, operor aeternitati,* non infelici & inferæ, sed felici & supernæ. Cogitant hoc iedum multi aeternare famam suam, familiam suam, non in cœlis, sed in terrâ, adeòq; in vanum. *Mors etiam faxit nonnib[us] que venit,* ut in littore maris cumuli alti super alios appulsi, priores occultant; ita in vitâ quoque priora & sequentibus celeriter absconduntur, ait M. Anton. Imper. Lib 6. de vitâ suâ. Benè ergò idem Li. 12. infert: *Quām ridiculus ē peregrinus, qui miratur ea, quæ in vitâ sunt?* Mitemur potius ea, quæ nobis futura sunt post mortem. O quām pauci sunt, qui hoc seriò perpendunt! Econtrà plurimi sunt, quibus objici posset illud Senecæ de Brevitate vitæ cap. 4. *Tanquam semper victuri vivitis, nunquam vobis fragilitas vestra occurrit.* Et aliud ejusdem: *Omnia tanquam mortales tenetis, omnia tanquam immortales concupiscitis.* Epist. 12. 1. Interim gens absq; consilio est, ē sine prudentiâ. Utinam saperent & intelligerent &c. Deut. 32. v. 28. & 29.

Quemadmodum Socrates, teste Laërtio in ejus vitâ, de cœlo & syderibus disserere nolebat

bāt dicens : *Quæsuprā nos, nihil ad nos.* Ita
 impius & Atheus Machiavellus nihil de futurā
 & cœlesti gloriā scire volebat. Dicebat pessi-
 mus ille homo , se malle cum Platone , Aristo-
 tele &c. damnari, quām cum pauperibus Apo-
 stolis cœlum ingredi. Quām impia sit hæc sen-
 tentia , patet inter cætera ex eo , quod ipsimet
 etiam peccatores & amatores hujus fæculi con-
 trariæ sint opinionis ; nam , ut ait Cornelius in
 cap. 23. Numer. v. 10. Omnes etiam mali bo-
 nām mortem appetunt, sed bonam vitam fugi-
 unt , quia benè mori felicitas est , sed benè vi-
 vere laboriosum est , unum tamē sine alio non
 conceditur. Æternitas à morte pendet , hæc
 à vitâ bonâ vel malâ : periisse semel æternum
 est. Ita ille , qui etiam commentario suo in
 librum Sapientiæ sequentia subjunxit : Con-
 cupiscentia dilabitur & æternat. Sola sapien-
 tia beat & æternat. Transit sceleris voluptas,
 manet gehennæ æternitas. Transit virtutis la-
 bor , manet gloria æternitas. Transit ho-
 nor , fugit aurum, tempus avolat ,
 stat firma æternitas.



Sententiæ ad rem.

A Nte obitum operare justitiam. Eccli. 14.
v. 37.

Non demoreris in errore impiorum , ante mortem confitere. Eccli. 17. v. 26.

Qui timent Dominum , præparabunt corda sua , & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Eccli. 2. v. 20.

Esto fidelis usque ad mortem , & dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2. v. 10.

Opus est justitiam tenere , fidem diligere , sperare in Deo , diligere Deum & proximum . Post illos labores habebimus diem sine occasu . S. August. in Psal. 138.

Quantò plùs fini appropinquas , tantò magis bonum cum augmento operare . Ita Ptolemaeus in præfatione Almagesti .

Si omnes transimus , aliquid , quod transire non potest , operemur , ut cum transierimus & illò venierimus , unde non transeamus , opera nostra bona ibi inveniamus . S. August. serm. 31. de Verb. Dom.

Redime te homo , dum vivis & potes , dum pretium in manibus habes , ne , dum te mors amara prævenerit , & vitam simul & pretium perdas . S. August.

Qualis unusquisque est, talis finis sibi videatur. Aristoteles.

Ante senectutem curavi, ut benè viverem, in senectute, ut benè moriar. Ita de se ipso Seneca. Idem dicebat: Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas, tantum bonam clausulam fac.

Mors similis vitæ, respondent ultima primis. Ita Poëta.

Qualem mors invenit hominem, talem homo invenit mortem. Idiota cap. 19. de contemplat. Mortis.

Omnino necesse est, vitæ præsentis finem futuræ cohærente principio, nec ibi tolerabilis dissimilitudo est. S. Bernard. serm. 2. in festo SS. Apost. Petri & Pauli.

Quam felix & prudens, qui talis nititur esse in vitâ, qualis optat inveniri in morte. Thom. Kemp. Li. I. cap. 23.

Hinc

Ut tibi contingat mors felix, vivere disce;

Ut possis felix vivere, disce mori.

Ita Cælius Caleagninus

Ergo age, dum potis es, præsentibus utere, ne cras

Exspectes, si vis discere, disce hodie.

Ita Achilles Bochius.

Vivens ergo sæpè morere, ut mortuus vivas.

Ne moriare, opus est mortem præcurrere morte.

Finis

Finis coronat opus.

Cornelius à Lap. in fine commentariorum suorum ordinariè ponit pro suo symbolo serpentem in circulo circumvolutum, & caudam mordentem, quod est æternitatis hieroglyphicum. Deinde rānum lauri & ensem de cussatim serpenti appinxit. Denique in loco superiori addita est calvaria demortui, cui insidet alata clepsydra, quæ tempus significat summâ velocitate præteriens. Epigraphen ad didit hanc: *Vive æternitati. Momentum unde pendet æternitas vita & necis. Inferiùs subjunxit: Elige, huc crux ducit, puta ad lauream; huc voluptas, scilicet ad gladium ultorem. Collimant hæc ad illa verba Eccli. 15. v. 18. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.* Infelix reverà ille homo, qui in fine finali dese ipso coram supremo jadice cogitur fateri illa verba, quæ Li. 4. contemplat. habet doctissimus idiota in hunc modum: *Cognoscebam, quod ante oculos meos erat vita & mors, bonum & malum, gloria & pœna: & cum liberum arbitrium haberem, eligendi alterum ex his, elegi tanquam fatuus & iniquus mortem, malum & pœnam.*

Non ita facias, amice Lector! sed sequere

saluberrimum monitum, quod habetur Deut.
30. in fine, nempe: *Elige ergo vitam, ut et tu
vivas et semen tuum, et diligas Dominum
Deum tuum, atque obedias voci ejus et illi ad-
hereas, ipse enim est vitatua et longitudo die-
rum tuorum. Amen.*

Candens ac atrum vidisti, ut spero, theatrum:
Atra relinque solo, candida redde polo.





Series & Ordo Scenarum.

Prologus. Proponit argumentum totius ferè
Theatri.

1. *Scena I.* Adamus Dux Vitæ & Mortis.
2. Administratorii Spiritus Angelici.
3. Amaritudo mortis.
4. Arbor inversa representat hominem.
5. Brevitas vitæ.
6. Cœtitudo mortis. Ibi sequitur interludium germanicum.
7. **Concio Mortis ad Vivos.**
8. Crudelitas Mortis.
9. Desiderium mortis.
10. Divitium mors.
11. Doctorum mors.
12. Dulcedo mortis.
13. Ecclesiastici mors.
14. Elogia Sanctorum, & quorundam aliorum.
15. Epitaphia sacra & profana, ubi iterum interludium germanicum.

Se.

Series & Ordo
Scenarum.

- Scena 16.** Flori comparatur vita.
- 17. Fragilitas vitæ.
- 18. Gemitus morientium.
- 19. Hæsiarcharum mors.
- 20. Hæreticorum Principum mors.
- 21. Helluonum mors.
- 22. Homo quid est?
- 23. Hypocitarum mors.
- 24. Incerta mortis hora.
- 25. Justorum mors.
- 26. Juvenum mors.
- 27. Laus benè mortuorum.
- 28. Longæva vita.
- 29. Luctus post mortem.
- 30. Medici mors.
- 31. Memoria Mortis.
- 32. Militum mors.
- 33. Miseria vitæ.
- 34. Monita morientium.
- 35. Mors quid est?
- 36. Navi homo similis.
- 37. Nundinis comparatur vita.
- 38. Orandum pro defunctis.
- 39. Parcarum descriptio.

(545)

Series & Ordo

- Scena 40.* Peccatorum mors.
41. Peregrinatio super terram.
42. Philosophi mors.
43. Pisci homo similis.
44. Pomo similis vita.
45. Pontificum mors.
49. Præmatura mors.
47. Præfigia mortis.
48. Principum mors.
49. Puerperæ mors.
50. Quies mortis.
51. Ritus in morte Sanctorum.
52. Rotæ similis vita.
53. Sanctorum mors.
54. Senum mors.
55. Sominus mors.
56. Subitanea mors.
57. Suspiria pia.
58. Tenebrae mortis.
59. Tyrannorum mors.
60. Umbræ similis vita.
61. Unigeniti mors.
62. Utilitas mortis.
63. Vanitas omnium in vitâ. Ubi sequitur
tertium & ultimum Interludium germanic.
64. Venator animatum Diabolus.
Epilogus. Vivendum benè pro felici morte.

Erra-

Errata Principaliora sic corrigenda.

- Paginâ 8. Lineâ 9. *tertiâ* lege *sexâ*.
P. 12. lin. penult. *civibus* lege *viribus*.
P. 16. lin. 2. *namis* lege *ramis*.
P. 22. lin. 14. *moritur* lege *moritor*.
P. 28. lin. 19. & lege est.
P. 38. in fine *trempe* lege *trampel*.
P. 39. lin. 1. *Benelope* lege *Penelope*.
P. 43. lin. 10. *speciei* lege *spei*.
P. 58. lin. 8. *querimur* lege *querimur*.
P. 66. lin. 3. ly *non* deleatur.
P. 75. lin. 18. lege aliis erudiendis.
P. 76. lin. 20. *imitant* lege *irritant*.
P. 78. lin. 6. lege *Geoponicon*.
P. 93. in fine *cedere* lege *cedere*.
P. 101. lin. 13. quo lege qui.
P. 132. in fine lege *terræ*.
P. 133. lin. 3. *thelis* lege *tholis*.
 & lin. 14. *fulcit* lege *fulsit*.
P. 137. lin. 10. qui lege quæ.
P. 139. circa finem *sceptra* lege *septem*.
P. 143. circa medium *potes* *tate* lege *potente*.
P. 148. lin. 9. *praster* lege *pfresten*.
P. 151. circa medium *griess* lege *greiff*.
P. 157. lin. 19. *veftitur* lege *vertitur*.
P. 163. lin. 21. *compellens* lege *compellans*.
P. 171. lin. 15. *uti* lege *ubi*.

Errata.

- P. 172. lin. 4. *abiens* lege *absens*.
P. 173. lin. 8. *Aulicus* lege *Aulus*.
ibidem circa finem *quadraginta* lege *quadrin-*
gentia.
P. 177. in fine lege *enavigant*.
P. 195. lin. 3. *prius* lege *pilces*.
ibidem lin. 9. *queque* lege *queaque*.
P. 200. circa finem *neo* lege suo.
P. 202. lin. 3. *tempestate* lege *tempestatis*.
P. 205. circa finem *consuetus* lege *consultus*.
P. 215. lin. 10. *juncta* lege *juxta*.
ibidem lin. 18. *hinc* lege *huius*.
P. 244. lin. 8. *facto* lege *facto*.
ibidem lin. 22. *imperant* lege *imperent*.
P. 257. lin. 4. & 5. lege *calvariam*.
P. 260. lin. 2. & 10. lege *convivis*.
ibidem lin. 8. *luxumentis* lege *luxum*, *mentis*
dissolutionem.
ibidem lin. 12. *erit* lege *eris*.
P. 261. lin. 1. lege *Pompilius*.
& lin. 8. *tum* lege *tunc*.
P. 272. lin. 7. lege *occides*.
P. 287. lin. 4. *vocitantem* lege *vocitatum*.
P. 313. circa medium lege *Maria*.
P. 355. lin. 19. lege *refrigerandam*.
P. 382. in fine lege *corrumpi*.
P. 394. lin. 2. *vedere* lege *videre*.


P.


Errata.

- P. 409. paulò post medium lege insidiæ.
P. 419. circa finem nostrâ lege nostrum.
P. 426. circa medium v. 15. lege v. 5.
P. 428. in fine lege: quamvis contraria mallet
Pluto: relinque solum &c.
P. 429. lin. 11. iusta lege jussu.
P. 430. lin. 5. lege Leuchtius.
P. 435. lin. ultimâ morti lege marti.
P. 436. lin. 10. æras lege ætas.
ibid. lin. 19. alituras. lege abituros.
ibidem lin. 20. exhibebatur lege exhibebatur.
P. 437. lin. 13. redditura lege redditura.
ibidem lin. 15. senectutem lege juventutem.
P. 441. lin. 8. lingua lege linguâ.
ibidem lin. 21. præmixtor. lege præmixtos.
P. 442. post med. laquo lege laqueo.
P. 451. lin. 6. lege immittentem.
ibid. lin. 12. thalamo lege thalamo.
P. 460. circa finem. eura lege curas
P. 466. lin. penult totum lege totam.
P. 467. lin. 19. sibi lege sine.
P. 469. post medium oblationem lege ablato-
nem. 471. lin. 18. mortis lege montis.
P. 473. lin. 18. reperiisse lege reperiisse.
P. 474. lin. 12. dinicias lege divitias.
P. 475. post med. rursum lege sursum.
ibid. post med. vincilis lege vinculis.
P. 476. lin. 22. terra lege terra.

Errata.

- P. 477. lin. penult. *te* omittitur.
- P. 483. lin. 9. *capta* lege *capto*.
- P. 488. lin. penult. *temporania* lege *temporaria*.
- P. 489. lin. 19. *rapor* lege *vapor*.
- P. 494. circa finem *desuit* lege *deficit*.
- P. 497. circa finem *Scenam 4.* lege 41.
- P. 505. *betrachte* lege *betracht'*
- P. 509. lin. 5. *eadem* lege *eodem*.
- P. 511. lin. 12. *homo* lege *hamo*.
- P. 512. in medio *quasi Chaldaei* lege *quas Chaldaei*.
- ibid. paulò post med. *incederant* lege *in sedent*.
- P. 513. lin. 9. *oppositos* lege *appositos*.
- P. 517. ante medium *venaret* lege *venaretur*.
- P. 518. in medio *sto* lege 6tò.
paulò post *textu* lege *textum*.
- P. 520. ante med. *suns* lege *sunt*.
- P. 521. lin. 4. *volentibus* lege *volentes*.
post med. *mons* lege *mens*.
- P. 522. post med. *Panis* lege *Canis*.
ibidem *quo* lege *qui*.
- P. 523. lin. 20. *tantum* lege *textum*.
- P. 524. ante med. *parentes* lege *parantes*.





A
TH
VITA

JOS
Ere

MEN

Colur

S
thac mi

Per
In Dom

ndem A
Verifi

APPENDIX
THEATRI
VITÆ & MORTIS

à
F. JOSEPHO KUCKEISEN
Erecti & ordinati,

Continens

MEMORIALE

Augustissimum

Super

Columnas Coronatas

SEPTEM

ex hac miseriarum & lacrymarum

Valle

Per Mortem Beatam

In Domum glorioſiſſimæ æternitatis
translatas.

Ab eodem Auctore adjectis variis sententiosis
Versibus & huic materie congruis
Miscellaneis

Dedicatum & Consecratum

Septem

CAROLIS

Augustissimis

Romanis

Imperatoribus

Gloriosissimæ Memoriæ,

Juxta

Illud sapientis Thaletis

Milesii dictum:

Vita perit, mortis gloria non moritur.

Beati enim mortui, qui in Domino moriuntur.

Apocal. 14. v. 13.

EPI-

EPITAPHIUM

CAROLI I.

magni ex Histor. Vitæ ejus..

Sub hoc conditorio est corpus,

CAROLI

magni

Atque orthodoxi Imperatoris , qui Regnum
Francorum nobiliter ampliavit , & per annos
quadraginta septem felicitè tenuit. Decessit
septuagenario major Anno Domini

DCCC XHH.

Indictione sextâ V. Februarii.

Memoriale

ad

Tumulum ejus.

I.

Ecclesiæ Christi , tu lux , tu gemma fuisti :
CAROLE flos Regum , decus orbis , &
orbita legum.

I.

Ex officio Ecclesiastico Aquisgranensi.
O Spes afflictis , timor hostibus , hostia victis ,
Regula virtutis , juris via , forma salutis ,
CAROLE servorum pia suspice vota tuorum.


† 2

III.

Ex Theatro Electionis
& coronationis Romano-
Cæsareæ M. A. Pastorii
J. U. D.



C A R O L I
magni
Christianissimi Romanorum
Imperatoris, Corpus
hic conditum est sepulchro.



EPI-

III.
anno Electionis
Imperii Romano-
M. A. Paforii
U. D.

EPITAPHIUM CAROLI III.

Calvi ex Thesauro R. P.
 Pliger S. J.



Sta

Viator,

Vel saltem reflexâ mente
festina lentè :
ut discas

Alieno periculo, & damno
ad

Salutem tuam propriam
sapere :
circa hunc tumulum
latet

anguis in herbâ.

Fide, sed cui fidas, vide.

Uni morti, quam nunquam vides,
nunquam fide.

Est

Hæc ossea, & lanceo pede ambulat :

Humi reptat, & suspenso gradu incedit :

Frigida est, verum ipsius vestigia

Terra inuenit stigmata,

In quibus maledictionis legitur character.

† 3

Ubi

Ubi illa stat : omnia cadunt :

Ubi illa passum fecerit ,
omnia patiuntur.

Æquo pulsat pede pauperum tabernas ,
Regumque turres.

Nec eō usque sublīstīt , quoad impetratæ
audientiæ signum percipiāt ; sed omni posita
humanitate , nequidem insinuata
subintrat.

Paucis dicendo :

Hoc in passu Judæi Aulici & Domestici
Privilegio gaudet.

Non tantūm deponēta Silicernia
falcī subjicit ,

Sed & vernantes Adonides decerpit ;

Non ubique se mors tam propè ostendit ,
ubique propè est,

Blanditur per amabilem ætatis florem ,

Et continuò improbum unguem imprimit ,
ut marcescat flosculus.

Ex mortuali calvaria disce fallaciam .

Cæcam se simulat :

Et tamen evibratis sagittis

Certiōr iectu ferit quām Argus .

Edentulam se fingit :

Et morsu uno intetimit

Innumerabilia millia hominum .

Ex

Exanguem & ja lat :

Et sanguis oceanos exhaustur.

In hoc uno non fallit,

Quod omni fronte exuta amet videri.

Inde viator subsiste, & disce

Libitinæ technas eludere;

Etiam per somnium

Insidiis illius invigila,

Ut novo stratagemate

De ipsa morte triumphes.

Incertum est (inquit Seneca Epist. 24.) quod te

loco Mors exspectet:

Itaque tu illam omni loco exspecta.

Latet

Mors

In dulcissimis bellariis,

ut inescatum suffocet;

Innatat falerno,

ut blandè in præcordia influat,

Insidet rosis, & floribus, seque ingerit

in nares pestilentiae Mephitis.

Imò non est in toto humano corpore tantillum

spatium, quod morti pro janua non sufficeret,

per quam ingressa

Animam è sua regia exturbaret.

Tot portas habet, quot poros,

Per quos super equo pallido in velhi possit

Per modum triumphantis.

Aflieta insidiis

Mavult plerūmque occulta viarum

Exquirere, ut obruat incautos,

Imitatur auncipum astutiam,

Qui ex occulto alliciunt,

ut fallant.

Dum ad vitæ delicias invitare putantur,

Vitam illicè eripere sentiuntur.

Fidat ergò qui volet,

Longamque annorum messem sibi promittat;

Falcem sentiet prius,

Quām floruerint aristæ.

Jacebit, antequam bene steterit,

Stupebit se mori, cum optimè vivere studebit.

De Pompei Capite,

Pupillus & Spado tulère Sententiam;

De Crasso

Crudelis & insolens Parthus.

Cajus Cæsar

Jussit lepidum dextro Tribuno præbete cervicem,

Ipse Chereæ præstigit,

Sifaras

Dux exercitus Regis Jaben

Lac à Jahel propinatum confidenter hausit,

Ast

Quām primùm oculos male credulus clausit,

Clavo in tempore capitis sui ad cerebrum usque

defixo toporem morti consociavit.

In:

Imperator

Otho III.

Cum chirothecis venenatis ab uxore crescentis
Consulis Romani sibi oblati mortem
induit.

Ne igitur

Concione funebri finitâ

Diutiûs te detineam

Viator !

Ad marmor tumuli hujus Cæsarei
mecum propius accede.

Sub hoc

Jacet, atque tacet

C A R O L U S I I .

Calvus

Quasi non fuisset unctus oleo :

Romanorum Imperator ,

Rex Galliarum

olim gloriosissimus,

Morte præcoce & venenatâ
extinctus ,

Quia

Serpentem in sinu fovit,
à simplicitate Christi excidit ,

Ideò in manus nefandi Regicidæ incidit.

Imperio Romano

Annis duobus,

Regno Galliarum

† s

Ye-

Verò
triginta quatuor
Laudabiliter præfuit,
In hoc unico verò sibi ipsi defuit,
Dum adjuratum hostem Christi Judæum
Pro archiatro suo aluit,
qui
Blanditiis , & incantationibus dementato , &
iniquissimâ fraude decepto pro medicante
bolo venenum subtrusit ;
Quo sumpto paulò post miseram
efflavit animam.
Et hæc est finalis , sed lethalis ,
Mæsta æquè ac funesta Aria ,
Quam tibi canit Imperatoris hujus
mortualis Calvaria ,
Humata Mantuæ in Italia
Arno Domini DCCCLXXVIII.
Fœlix , quem faciunt aliena pericula cautum.



Me-

Memoriale
ad
Tumulum ejus
Ex responsō prudentum
Inclytissimae Domus Sorbonicæ
Parisien sis.

In CAROLO nostro res est notoria rostro :
Qualiter hic periit , Mantua testis erit.
Rex fuit illustris Gallorum sex ferè lustris :
Atque annis binis Cæsar ; & ecce cinis.
Lumina tum clausit,cum toxica credulus haustit,
Quæ dat Apella dolo pro medicante bolo.
In Calvo si non tibi Calva occasio dœmon
Doctor Apella perit , quis modo tutus erit ?
Sanguineis factum lacrymis deploro peractum:
Dicere plus nolo , sed monuisse volo.
Hinc servare cutem, si vis adamasque salutem
Prageniem Satanae , vipercamque fuge.



EPITAPHIUM
CAROLI III.

Ex libr. Epigramm.
J. J. de R. J. & M. D.



MONUMENTUM

Religionis & Pietatis

est

Tumulus

CAROLI III.

Romanorum Imperatoris

Semper Augusti

Musarum amici.

à

JOANNE

Summo Pontifice

Anno Christi

DCCCLXXXI.

Investiti, & Coronati.

Tenuit

Imperii clavum

Duobus

Lustris Romanis;

ast

Ut Libitinæ technas eluderet,
Et de morte ipsa Cæsar triumpharet,

ne

Majestatis suæ jura violaret,
atque ex improviso sceptrum
è manu eriperet:

Illud

In manus

ex Fratre suo

Nepotis

A R N U L P H I

[resignavit :

factus

In templo Domini Dei sui

Columna,

exeundo indè nunquam,

æternatura.

Obdormivit piè in Domino & sepultus est
Meinawienti in Monasterio , requiescat
. in æternâ pace, Amen.

Mc-

Memoriale

ad

Tumulum ejus.

Virtutum columen , decusque vitæ
Crassum ne CAROLUM hoc putas sepulchro
Condi , sed tenues soli favillas :
Nam , quem Relligio fovet , viator !
Et servat pietas Magistra vitæ :
Vivit , non moritur , sed est columna
In templo Domini , feret Coronam.
Hinc noster Carolus manet perenne
Virtutum columen , decusque vitæ .



EPI-

EPITAPHIUM
CAROLI IV.

Ex lib. Epigram.
J. J. de R. J. & M.D.



Noli mirari viator !
Dum in hoc sepulchrali marmore
autum servit pro sepiā :
quō

Inscribitur aureis litteris ad omnes Posteros
æternatura aurea aureæ bullæ fundatoris
memoria.

Et quia jam olim tempore Moysis
lex scribi cepit in lapide:
Ideo hoc sub lapide conditur
Legislator

Augustissimus & invictissimus
Romanorum Imperator

C A R O L U S I V.

Rex Bohemiæ
Electus Rex Romanorum Bonnæ ad Rhenum
MCCCXLVII.

Co-

Coronam ferream accepit Mediolani,
Et ex favore summi Pontificis
Clementis VI.

Aurea eidem à duobus Cardinalibus
Imposita fuit.

Ast

Quia ex post ab aliquibus Electoribus contrà
ipsum Guntherus Francofurti ad Mœnum
electus est,

Credi posset hoc tempore justitiam naufragium
timuisse, quod ad tabulas confugerit, & in bul-
la aurea à Carolo erecta limites tamen electo
quam Electoribus posuerit.

Pontem Pragensem
Ex quadratis lapidibus impensis
multis restauravit :

Nec non
Urbem Pragenam plurimis
aedificiis pretiosis auxit, &
Metropolim totius Regni Bohemiæ
esse voluit :
fundans

Arch-Episcopalem in eam sedem,
& universitatem
Anno Christi
MCCC LXX.

Cum viveret Carolus,
semper causas egit
pro bono publico:

Im-

Imperii Atlas , & Pater Patriæ

Semper Augustus;

multarum linguarum gnarus

& juris peritissimus

ensem ad tabulas reposuit

Legis armaturam.

Uni Deo jus omne

omne Dominium

atque proprietatem

ex aße vindicavit.

Inter Doctorum Comitia,

& publica disputationum certamina

tam avidus , ut desuper prandii

ad tedium Aulicorum usque oblitus

& ab iisdem monitus responderit

dicens :

Mihi verò nondūm tempus est ,
hæc sunt mea suavissima fercula.

Tandem

Completis triginta duobus annis sui Regimitis,

ætatis verò sexaginta tribus pie in

Domino obiit

Pragæ :

Vade Viator , & precare ei

Requiem sempiternam.

Me-

Memoriale
ad
Tumulum ejus



Imperatoris CAROLI, Viator!
Ossa conduntur tumulo sub isto;
CAROLUS verò super astra regnat
omne per ævum.

CAROLUS clarus Sator ille legum,
CAROLUS Pragæ Reparator urbis,
CAROLUS præstans Heliconis auctor,
alter Apollo.

Aurèæ Bullæ, quoque criminalis
Legis hic Lator fuit, atque tutor:
Ense munitas tabulas ferebat
Pacis amator.

Sed diem cœlum CAROLO statutum
Dixit, ex Christi meritis Beato
Inde mortali sine fine gaudet

lege solutus



EPI-

EPITAPHIUM
CAROLI V.



Hic jacet intus
CAROLUS quintus,

Memoriale

ad
tumulum ejus.

Europæ domuit, tollentes Cornua Reges
CAROLUS, atque Asiac terror & horror
erat.

Et pedibus Lybiam calcavit, viator & illi
Innumeras Victus præbuit Indus opes.
Deinde sibi frenum injecit, Fratriq; regendum
Imperium, & Nato cætera regna dedit,
Atque, ait, è nobis & honores temnere &
unum hoc
Discite mortales, pulvis, & umbra sumus.

Ex Hippolyto Capilupo.

EPI-

EPITAPHIUM

C A R O L I

V I. ex Libr. Epigram.
J. J. de R. J. & M. D.



Sta

Viator!

Inspice

Tumulum,

lege

Epilogum:

tub

Hoc marmore

requiescit

Serenissimæ, & Gloriosissimæ

Domus Austriacæ

Stirpis masculinæ Habsburgicæ

Ultimus

C A R O L U S

VI.

Augustissimus, & Invictissimus

Romanorum Imperator,

Germaniæ, Hispaniæ, Hungariæ, &

Bohemiæ Rex potentissimus &c.

nec

nec mirare
post cognominem

V.

Dominatūs Austriaci
limites nullum extendisse latius.

Huic
intra jactum teli Athesis, &
Padus, Boetis, & Iberus, Rhenus, ac
Danubius, ipseque Oceanus constiterat.
Sedit in forti arcus ejus.

Genes. 49. v. 24.

Solem enim nactus erat lucinum in
sagittario Anno Domini MDCLXXXVI.

Cujus
manus docuerat DEUS ad prælium, &
posuerat ut arcum æreum brachium ejus.

Psalm. 17. v. 35.

Fortitudinem, & constantiam ejus
Inter elementorum conspirantium pugnas,
Inter hostium Barcellonæ mœnia
igne ac ferro gravissimè quatentium furias
semper invictam:
Per efractos Barcellonæ, Gibraltaris, ur-
biumque plurimarum muros,
per dejectos non uno prælio Gallo-His-
panorum cuneos:

Tur-

Turcarum multivarias clades
Victricem multoties
fama vulgaverat.

Occiduô

Illachrymanti Germaniæ
felicitatis suæ sole Josepho
erat Hic unicè superstes
Austriaci sanguinis

Phœbus:

à mari Hesperio reversus
Resumpsit Orientem, cui cessus Occidens
obtigerat.

Veruntamen, qui ex calidissimo Hispaniæ
climate amore boni publici totus
æstuans sol advenerat in Germaniam,
orbemque nubibus belli circumfusum
invenerat, opportunè è nubibus eluctatus
protulit armorum & Majestatis suæ
splendorem, & exultantibus inter ad-
versa (quæ Germaniæ involverant Hor-
izontem) tandem Rastadii erexit arcum
Pacis.

In coque collocavit servatam Augusti
Diadematis, ac Germanici nominis gloriam,
ut arcu illius intento, & latentibus
etiam in pharetrâ sagittis Barbaræ sibi nationes
pertimescerent.

Ele-

Electus Francofurti ad Mœnum
sole in librâ existente
Anno Domini MDCCXI.

Imperavit
qua
Pater Patriæ
amantisimus,
qui
aut nunquam nasci debuisset, aut
nunquam mori.

Ait
dum mors etiam
Regibus imperat,
eidem
Diem dixit,
Anno quô
Viennæ in Austriâ naturali,
beatâque morte in Domino piè
& sanctè obdormivit
M DCC XL.

Reliquitque nobis semèn
In Serenissimâ & Potentissimâ suâ filiâ
Mariâ Theresiâ,
nata Anno 1717. sole Majestatem suam
exhibente in signo tauri,
ut nimirūm
denuò labanti succollaret
Europæ.

Faxit

Faxit Deus,
ut in millia crescat
&

In signo Crucis Hicrosolymitanæ &
Ungariæ coadunatae Vincat.

Memoriale
ad tumulum
ejus.

Parca volens Carolo vitæ præscindere
filum,

Hos Capiti assistens edidit ore sonos.
Corpore te solvam, tua sed monumenta ma-
nebunt:

Namque horum potui juris habere nihil.
Forteque certamen dum dat sapientia natæ,
Hæc hostes etiam vincere in orbe dabit.

II.

Hic caput in terras humile incurvate potentes,
Imperium in Reges mors quia fæva tenet.
Pan calamos frangat, frangat Germanus
Apollo

Plecten & absistat sollicitare chelyn:
Non parcat lacrymis suspiria longa ciendo.
Austriaci lugens Teutona turba chori,
Mortuus est Carolus! mors ultima linea
rerum:

Sextus & Augustus nomen ad astra tulit.

Quin-

Quinque Deo reddens totidem centena re-
cepit;

Vivus enim fuerat, jam modo Divus erit.
Nempe tot est gradibus melior sors illa su-
perna,

Quot distant numeris verba notata suis.

In patriam rediit, nos in tristi orbe reliquit:

Hunc tenet aula nitens, nos lacrymosa dies.

Regnavit vivus, regnat super æthera divus:

Intravit Domini gaudia vera sui.

Hinc equidein faveo Carolo cœlestia regna,

At mihi condoleo, qui sine Patre gemo.



†

Epi-

EPITAPHIUM
CAROLI

VII. ex Libr. Epigam.
J. J. de R. J. & M. D.



Sapientia
ædificavit sibi Domum,
excidit Columnas septem.

Prov. 9.

positis texit:

Septima
Desiderabatur;

quæ

in hâc miseriatur & lacrymatum
Valle

expoliti debuit

C A R O L U S

VII.

Romanorum Imperator
semper Augustus,

Ex

Domo Serenissima, semperque Catholica
Electoralis Bavariae,
Columna fortis.

Natus

Natus

Anno Domini

M D C X C V I E.

IIX. Iduum Augusti,

ELECTUS

Francofurti ad Mœnum

Anno Domini

M D C C X L I I :

IX. Calendar Februarii;

Coronatus

ibidem, anno eodem

Pridie iduum Februarii.

In Domino beatâ morte superveniente
translatus,

In Domum Gloriosissimæ æternitatis
æternæque Sapientiæ

Anno Domini

M D C C X L V .

X. Calendar Martii.

Fuit

Sapiens & infatigabilis;

In ultimo etiam confictu

Sui ipsius

Victor.

Nullius rei magis Dominus, quam mundi,

Cujus miseræ felicitatis ne capax quidem,

Dum fortunæ videretur invisus,

Sentiens subdolos, quos credidit amicos;

† † 2

Ast

Ast providus in hoc vel maximè,
Quod labores dederit tempori,
Consilium reliquerit Serenissimo
Suo filio pro testamento
Pacis,
Famam, & quietem posuerit æternitati
Generoso, grandique animo
Tanti Victoris animus major,
Quam ut posset à fortunâ inconstanti
Circumagi, quin quiesceret corpus
in solo proprio.
Circa eum cum moverentur omnia,
semper immotus,
Pavidus nunquam, multas cum pateretur,
nullas sensisse visus est angustias:
cunctis celsiorem se fecit adver-
sitatibus, quam ut ad illum
doloris tela pertingerent.
Tanta illi in administranda iustitia
Recti Reverentia,
& æquitas,
In affabilitate serenitas,
ut natura credi potuerit,
quod erat virtus.
Paucis dicendo cum Seneca Epist. 59.
talis (erat hujus) sapientis animus,
qualis mundi status
supra lunam;
semper illic serenum est.

Co-

Cogita Viator, & imitare:
vita perit, mortis gloria
non moritur.

Precare requiem, & fave ei gloriam
semipiternam. Amen.

Memorale
ad
marmor tumuli ejus.

Hic tumulus, cumulus meritorum fortis
Achillis

Augusti Caroli Cæsaris atque Dúcis.
Filius Herois magni, semenque Leonis
Bojorumque Dúcis celsa columna stetit.
Defensor Patriæ, Turcarum terror & horror,
Belli multoties cum Patre natus erat,
Hostes prostravit crebrò Victricibus armis,
Laureolam & Palmashuic Praga victa dedit:
Cæsaris est meritus gener augustissimus esse
Josephi primi: Cæsar & ipse potens;
Et cum Septimio tandem dixisse refertur:
Omnia tum fueram, me nihil, ecce, juvat.
Hinc spernens mundum cupiebat corpore
solvi,

Esseque cum Christo pacis amore suo.
Dumque sui simili nato sapiente reliquo
Obdormivit, adhuc vivit utrique Polo.
Monnachiumque licet lacrymis parris irriget
ossa,

Attamen in Nato nunc pater alter adest.

Additamenta Miscellanea.

Memoriale
ad
tumulum protoplasti
Adami

Ex libr. Epigrammatum
J. J. D. R. M. D.

Dum loquitur serpens Evæ, fit mortis origo
Fitq; malum Malum, dum mala Mala tulit.
Ecce dat Adamo malum malesuada Parenti:
Credit, edit, lædit seque suosque, perit.
Hinc jacet in tumba velut escâ capta columba,
Et gemitu pullos in sua fata vocat.

Ad tumulum Evæ.

Aspiciens Vetitum Mater temeraria Pomum
Eva Virum perdis, semina mortis edis;
Stas peritura btevi perituros nos paritura:
Qui nondum fuimus perdita turba sumus;
Ex que tuo tumulo prodit mors omnibus uno:
Ex uno Malo prodiit omne malum.

Epita-

Miscellanea

Epitaphium
Uxoris Loth.

Hoc est sepulchrum
Intus cadaver non habens.

Hoc est cadaver,
sed

Cadaver idem est ac sepulchrum sibi.

Epitaphium
Ovidii.

Hic ego, qui jaceo tenerorum lusor amorum
Ingenio perii Nalo Poëta meo.

At tibi, qui transis, non sit grave, quisquis
amasti,

Dicere Nasonis molliter ossa cubent.

Epitaphium
Cujusdam Anonymi.

Hic requiescit,

Qui dum viveret, nunquam quievit.

Epitaphium,
seu
Elogium lugubre.

Hic jacet

R. P. Martinus Surmont, Ord. FF.
Prædic. Philosophiæ & Theologiæ
in diversis locis Professor,
profundus in docendo;
acutus in argumentando:

Qui

Quamvis in solvendis argumentis facilis;
mortis tamen argumentum, à nemine utque
nunc solutum, insolutum reliquit, illique
omnibus S. Romanæ Ecclesiæ Sacramentis
ritè præmunitus succubuit.

Abi Viator

& cum Seminario Ruremundensi
plora vel ora.

Epita-

Epitaphium

Divi Alberti magni, Episcopi
Ratisbonensis Ord. Prædicatorum
ex thesaur. M. Joannis Buchleri.

Magna Parens, Altrixque Virûm Germania,
Alumni

Incedis meritò laude superba tui.
Naturæ ac rerum vires, causasque latentes,
Hoc nemo nobis doctiùs explicuit.
Magnus ob egregias facundi pectoris artes
Dictus es: at Christi nunc ope Major eris.

Vado mori

Judæi Medici,

Qui Carolum calvum Imperatorem
Romanorum & Regem Galliarum
propinato veneno occidit.

Judæum mentitus eram, Christo maledixi:
Hostis Christiadum vivaque pestis eram.
Ut canis immundus vixi, legem violavi:
Intentusque lucris, hinc homicida fui.
Menstrua, quæ toties tetigi, muliebria dicent,
Quod neque Judæus, sed sine lege fui.

†† 5

Me.

Me genuit Satanae Synagoga maligna magistri,
Et fraus promovit; Doctor Apella vocor.
Ast quia subiectum fallax, hinc fallor ab arte:
Præmisi multos, nunc quoque vado mori.
Tangere Christiadum pulsus temerarius ausus
Ad stygias undas morte repulsus eo.

Epitaphium ejusdem.

Hæc recubant fossâ Medici damnabilis ossa;
Hostis enim Christi duplice morte perit:
Febris adest ardens, ferò medicina paratur:
Non mali Medici frigorat ora liquor.
Vitrioli dulcis, nitri dulcesque liquores
Æstum febrilem non cohibere valent.
Tartareus miserum cruciat me spiritus ardens,
Infernal is edit Viscera nostra lapis.
Nam sulphur vivum comixtum cum pice poto:
Ater Vulcanus pharmacopola meus.
Christiadum multos hue misi, qui mihi fisi,
Nec tamen hic socios solor habere mali.
Sed magis hic angunt totidem maledicta fu-
roris,
Quot perpetravi turpis Apella neces.



Epi-

Epitaphium

Psittaci empti 4. mill. flor.
Brabantic. ex auth. Anonymo.

Rara avis interiit dragmarum millibus empta
Bis senis; Domino flebile delicium,
Psittacus interiit Swertii, sunt funera nummi
Tanto pro pretio, nil nisi verba dedit,
Ne tumulo careat, Vacuâ condatur in arcâ,
Ne titulo, scribam, hic millia multa jacent:
Plenam sic rursus contrectet Swertius arcam:
Plumas sic numeret, qui numerabat opes.

Memoriale
ad
Tumulum Medici
ex
Fracastorio.

Dum medicâ montane doces ope Vincere fata
Et lachesi invitâ vivere posse diu,
Letheo indignans pressit te Parca sopore,
Et secuit vitæ grandia fila tuæ.
Sic animas & tu, Asclepi, dum subtrahis orco,
Te quoque savorum perdidit ira Deum.

Memoriale
ad
Tumulum
Andreas Vesalii Medici, ex thesaur.
Buchleri.

Quo non arte prior fuit medendi,
aut Asclepius, aut Senex Machaon,
aut magnus Podalirius: medentum
Princeps Vesalius celebriorum:
Dum morbi bonus artifex medetur
cunctis: nec sibi jam medetur ipse
summus Pæoniae Magister artis,
fato mortuus heu nimis maligno.

Memoriale
Ad Tumulum
Gulielmi Pudæi Juris - Consulti,
& Consiliarii Regii.

Budæus Columen decusque Græcum
Budæus latiæ Corona linguæ:
Budæus Dubii lucerna juris:
Budæus Pater elegantiarum,
Et fons totius eruditioñis:
Budæus Patriæ jubar coruscum,
Regis delicium sui, suæque
Tempestatis honos, lepos, Voluptas,
Hic terræ exuvias reliquit orbi
Famam, astris animam. Viator, ito.

Memo-

Memoriale
ad
Tumulum
Apiani Astronomi, & Cosmographi.

Hoc Apianus habet, quod erat mortale, se-
pulchro,

Immortale, Deo tempora pacis agit:
Sic caput ante pio, qui misit in astra labore,

Sub pedibus fœlix nunc videt astra suis.

Astra videt fœlix, quisquis demisit in astra

Et caput, & studuit querere mente Deum.

Ad eundem.

Hos Apianus habet tumulos: da pingua jura,
Sparge rosas, manes ac Venerare pis.

Edidit hunc nequii quæ vivere Misnia: semper
Præstantes agitant fata sinistra viros.

Excepit tellus, & fovit Norica: clara
Et famæ docto nomina ferre dedit.

jura Poli, Cœlique vias, & sidera novit:
Trinacio celebri non minor arte sene.

Nunc Cœlo positus, quæ mente solebat adire,
Omnia sub pedibus lucida signa videt.

Tu passis luge Germania mœsta capillis:
Arte tibi hâc similem non feret illa dies.

Memoriale
ad
Tumulum
DOMINI JACOBI DIERNA,
Serenissimi Principis Electoris
Coloniensis Consiliarii Aulici
ætatis suæ Annorum 51.
ex libro Epigrammatum
J. J. de R. J. & M. D.

Ætatis post lustra decem vir hic unius anni
Decessit fato Jacobus Dierna beato;
Intravit Domini gaudia Vera sui.
Certamenque bonum postquam certâsset in
orbe,
Servâssetque fidem, cupiebat corpore solvi.
Prostravitque vitum lentula febris, hydrops.
Claruit, & vixit quâ Consiliarius Aulæ,
Consilioque sibi pô tremò profuit ipsi:
Dum sacra cuncta capit, regna poliq; rapit.
Sabbata LVCe sVâ ter qVIntâ IVnIvS orbI
attVLIt: atqVe DlEs eMorlentIs erat.
Æternam requiem, pacemque precare viator
Atque mori discas, si æternum vivere curas:
Hic te præcessit, tuque sequeris cum.

Me-

Memoriale
ad
Tumulum
Olandi Lassii, Musici.
Ex thesauro M. Joannis Buchleri.



Bruta orpheus, Saxa Amphion, Delphinus
Arion,
Traxit: at Orlandus, post se terramque tre-
tumque,
Post se traxit item molem totius Olympi.
Quantò igitur major, quantoque potentior
unus
Orlandus tribus his, Amphione Arione & Or-
pheo,



|Nenia.

Nænia.

R. P. Petrus Bacherius Ordin. Prædicator.
Ecclesiastes eximus sibi exequias
in extremis decantavit.

Si canitur niveis post mortem nænia Cygnis,
Dum premit innocuum longa senecta caput,
Cur mihi non liceat, triplices mea fata sorores
Dum truncant, proprias concinere exequias?
Intempestivis albescunt tempora canis,
Utraque quin frontem ruga senectat:
Caligant oculi, sunt hæc præludia mortis,
Torpent officio pesque manusque suo.
Ganda Vale, fratresq; valete, valete propinquij,
Liber ab exilio regna paterna sequor:
Consequar hæc meritis Christi, rogo: sublevat
ægram
Spes mentem, trepidis anchora firma viris.
Sæpè per infestos scopulos, & naufraga saxa,
Nostra est inanis cymba rotata notis:
Non tamen à vero me de viuis abstulit error
Dogmate, tentata est, non temerata fides.
Sæpè, fatebor enim, peccati nectare captus,
Neglexi æterni jussa verenda Dei:
Da veniam fasso, pavidaque illabere menti,
Vulnera vulneribus dilue Christe ruis,
Discute mortales nebulas Dominator Olympi,
Migrantemq; animam, quâ potis arte, juva.


Lux

Lux perit , intereo, morsurget , corporis hujus
Exuvias viridi suscipe terra sinu :
Sic placuit Cyro viridanti in gramine condit,
Rex tantus tumuli saxa operosa fugit,
Hic locus arridet , majorum hic ossa quiescunt,
Bunderii cineres , Gruteriique patris,
Jungo Rigermannum , Sylvanum , Wincu-
siumque,
Ætate & meritis , eloquioque pares,
Non ego Coyatum , non te Rufilarde filebo,
Olim nam impensè favit uterque mihi.

Epitaphium

Abbatis XXXIII, Steinfeldiae peste absumpti.

Ecce ego Joannes Abbas cum Fratribus una
Octo transimus de mundo, à Morte vocati:
Quos inter Custos primarius, atque Magister,
Subprior, atq; Prior ceciderunt mense sub uno,
Post natale JESU trecenta revolvite lustra,
Annos inde novem , nostrum sic discite finem.



Pia

Pia Suspiria

Domini Roterungii Confiliarii Aulici Monasteriensis, quam anno 1743. quo tempore hic Bonnae Dysenteriā laborans decumbebat, & mortuus est: composuit, & propriā manu Scripta extradidit.

Sit Summa in cunctis gloria Summa Deo:

Cunctis Sanctorum mea jungens omnia votis
Ipsum sume Deus tibi mecum consecro Jesum,
Te laudans & amans, supplex reverenter ado-

rans,

Cordicitus pangens summæ bonitatis abyssum
Promptis Martyriis me sacrificando Jehovæ,
Lauris & psalmis tibi me cupiendo sacrari
Pro cunctis donis grates referendo perennes,
Optans summe Deus tibi tot præconia laudum
Affectusque pios, tot glorificantia facta,
Quod potuere, queunt, quot & exoptare valebunt
Cunctorum mentes, præsentes atque futuræ,
Et quot possibles potuissent atque valerent,
Quot tua velle potest, potuit, poteritque vo-
luntas.

Promptè velle meum conformans velle su-
premi
Vivens ac moriens & nunc & semper in ævum;
Cuncta petenda petens in dulci Nomine Jesu,
Per

Suspiria

Confiliarii Aulicis Mus.
anno 1743. quo tempore
etiam laborans deu-
tus est: compolam, &
scipiebat erradit.

gloria Summa Dei:

ea jungens omnia voles
me cum confero Jesum,
supplex reverenter ad-

tos,

et bonitas absum
sacrificando Iehova,

et cupido latini
retendendo perennes,

in tota preconia ludum
glorificans facta,

non descupare valorem
resentes auge fuisse,

et illas auge valent,
potuit, potuisse ve-

litas.

confidamus vel fe-

peri

ante & fons in eum
in dulci Nomen Iesu

P.S.

Per quem suppleri cupio, quæcunque requiris,
Pro me, pro vivis, defunctis denique cunctis,
Ut tibi per cunctos existat gloria major.

Summe Deus, meus omnis amor, tibi jungar
amore,

Inque tuo solo totus consumar honore.

Ah bonitas miserere Deus, miserere precantis,
Sum miser ah miseri tu miserere mei.

Cujuscunque boni solus fontalis origo,
Semper velle meum te sit amare Deum,
Et sanctum Nomen glorificare tuum.

Da facienda Deus, præcipe quæque voles,
Fiat perpetuo, quod tibi cunque placet.

Virgineæ Matri Jesulini jungar amore,
Et Jesulo jungat me Marianus amor;

Uni me Jesu Matris amore tibi;

Uniat æternum me tibi Matris amor.

Totus in æternum diuinum solvat amorem,

Inque Dei laudes totus amore ferar.

Gloria sit Patri, genito sit gloria Verbo,

Et sit Spirato gloria summa Deo.

Uniat æternum me sibi divus amor,

Qui te summe Pater genito conjungit in ævum,
Amen.



Nota.

NOTA.

MAcrobius lib. 2. cap. 10. Saturnal.
Item Plinius lib. 10. cap. 4. &

Plurarchus in Historiis suis narrant, Romæ diversis temporibus enutritos, edoctosque suis se varios corvos, qui vocem non tantum humanam imitati varia verborum vocabula, & salutationes, sed etiam lyræ, buccinarum, tympanorum, aliorumque instrumentorum sonum, animaliumque rugitum, mugitum, latratum, balatum, aliosque strepitus & vagitus gutture suo figurare, & referre noverant, in tantâque aestimatione erant, ut non modò pro vivis Romanî Imperatores magnam pecuniæ summam expenderent, & emptos alerent, sed etiam aurâ vitali destitutos Pompâ funerali præcure sôrre tibicine ad rogum deportatos sepulchrali urnâ dignos judicarent: quò ergò putas, & judicas in vivis, & olim post mortem honore dignus erit, corvus ille, quem ferè inter miracula mundi numerandum, ex ovo non mali, sed boni corvi progenitum, Germaniæ pulillum, in Germania enutritum novi, qui paterno ex nido successivè usque in Italiam evolavit, artemque canendi tam fausto successu, eaque in perfectione didicit, ut indè redux omnium animos in admirationem, suique amorem trahat, & inter artes Musicæ patriæ nostræ virtuosos aestimari possit pro gemma pretiosissima in

an-

annulo aureo. Ne igitur memoria illius etiam post seros Nestoris (quos ipsi precor) annos, morte superveniente unquam deleatur, aut pereat, sed ad omnes Posteros laus ejus æternatura perennet, hinc placuit mortalitatis nostræ fatum (quod nemo etiam Imperatorum evitare potest) sequenti elogio prævenire.

Elogium

DOMINI ANTONII RAB,
Serenissimi Principis Electoris Coloniensis
Musici Aulici Virtuosi.



Roma suos jactat corvino sanguine natos,
Et titulo magno laudis honorat eos.
Ast mihi, si liceat, vel verum dicere fas est,
Rab nostrum corvis præfero Roma tuis:
Orpheus in sylvis, inter Delphinas Arion,
Huic non, si noscas, dixeris esse pares.
Nam virtute suæ Vocis miracula tanta
Præstat, ut & superos in sua vota trahat.
Luce suâ quod sol astris, interque Planetas,
Atque inter stellas Cynthia clara poli.
Hoc etiam Rab est Princeps ex arte canendi,
Inter vocales teutonicosque choros.
Utque calore suo recreat sol cuncta per orbem,
Atque vigore suo singula luna fovet;
Taliter & mœstos recreat Rab arte canendi,
Sicque canore favet, sicque sonore fovet.
Est igitur quod sol astris, interque planetas
Atq; inter stellas luna serena vagas. Epi-

V
Apabetum
E
Iuanis
lara, avis, at
Batum, blatt
Cena, cinis,
Tyberiorium
limis, exuvia
la, fumos, f
ida, globus
Homs, hippo
Inpositura, j
Ina, labor,
Mecor, mo
Na, nox, nux
Oppidulum,
Pons, pulvis,
Quatio, quili
Rivus, Rete, R

Fpitaphium Corvi,

Quem Roma olim funebrali pompa
dignum habuit.

Sæpius in priscis chronicis legisse recordor,
Quod docuit corvos Roma superba loqui:
Taliter unus, *Ave Cæsar*, dixisse refertur
Augusto, ut venit victor ab hoste redux;
Insuper est alius Romæ nutritus & iste
Plurima, quæ didicit, verba sonora dedit,
Et quæ rostratus pro rostris dicere amavit,
Atque ad Romani rostra volare fori;
Tyberiumque suo compellans nomine dixit:
Tyberi Cæsar sit tibi fausta dies,
Post hunc Germanic-Drusum, populumque
salutans,
Matutinum illis ferre solebat Ave:
Quosque tonos edunt lyra, buccina, tympana
Martis,
Protulit hos etiam per sua rostra sonos.
Mille sciens unus discrimina reddere vocum,
Mille sonos unus fingere mille jocos.
Ast huic perpetuum fata imposuere silere,
Hinc avis ista jacet, perpetuòque tacet.



Vitz

Vitæ & Mortis

Alphabetum rerum similitudine expressum.

Ex libro Epigrammatum

Joannis Kettenis, Canonici Regularis
Tungrensis.

Aura, avis, ardor, arundo, anfractus, amaror,
Arena,

Bustum, blatta, botrus, buccina, bulla, blitum.

Cœna, cinis, cursus, casus, comœdia, carcer.

Diversoriolum, Diphtera, dragma, dolus.

Exitus, exuviae, exilium, Echo, Euripus, egestas.

Fax, fumus, fucus, fabula, flos, folium.

Gleba, globus, glacies, gramen, glans, guttula,

Gyrus,

Halitus, hippodromon, hospes, hiatus, hydrops.

Impostura, jugum, jaculum, jocus, ignis,
imago.

Luna, labor, ludus, larva, lacerna, lutum.

Mæror, momentum, mora mortis Musica,
mimus.

Nix, nox, nux, nubes, nænia, naufragium.

Oppidulum, obsidio, offendic'lum, onus,
ode, odor, olla.

Pons, pulvis, punctum, pruna, pruina, pila.

Quæstio, quisquiliae, quadriga, querela, qua-
sillus.

Rivus, Rete, Ratis, Ros, Rosa, Rheda, Rota.

Som-

Somnus, stuppa, sonus, sorobs, saltus, scena,
sagitta.

Tinnitus, trames, testa, tabernia, teges.

Urna, vitrum, ventus, vinc'lum, ver, umbra,
volatus.

Xylophagus, Xenium, Zona, Zygena, Zygos.
Hic limes hominis de limo sumpti, Hæc una
mortaliū per viam remotionis definitio.
Unde nihil hic dixerim amplius:


Pulvis & umbra sumus, pulvis nihil est nisi
fumus
Si nihil est fumus, nos nihil ergo sumus.



lens, forobs, fain, fena
lagua,
er, nha, taberta, tegor.
venna, vink lom, va, amora,
viana
lencim, Zona, Zygia, Zygia
vain de lomo fumpo, Ravan
er van remodos d'elito,
o d'elito arqlos:

ca lomas, polvoral et nai
fins
us, novabil ergola





TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

